



JOHAN PAVLI
PERNVMIA
PATAVINI
MED, OPVS
AVREVM
FRANKFORT.
1596







4911/A/1

Schotinus

36154

P. Sekotinus

Ex Libris [illegible]

[illegible]

Gasperomnia hora factus Gellii Sekotini

Sum ex Libris Johannes Thubalkayn

Non es.

Wilhelmus

IOHAN. PAVLI PERNVMIA PATAVINI MEDICI SVO TEMPORE LONGE excellentissimi

NOVA AC PLANE SINGVLA-ris, omnes totius corporis humani affectus præter naturam medendi ratio.

OPVS EXIMIVM AC VERE AVREVM, propterque methodum expeditam, ac doctrinam præclaram, non solum inter Neotericorum scripta admirabile, sed vel antiquitati iure comparandum.

Nunc primum studio & opera
LAVRENTII SCHOLZII MED. VRAtislauiensis in Germania editum.

Cum Indice rerum & verborum locupletissimo.

1596.

FRANCOFVRDI
Apud Andreæ Wecheli hæredes, Claudium Marnium, & Iohan. Aubrium.
Cum S. Cæsar. Maiest. Priuilegio.

LAVRENTIO SCHOLZIO VRATISLAVIENSI, FILIO suo vnico & carissimo.

PAVLO POST: SI DOMINVS DEVS noster volet: Philosophiæ & Medicinæ studiis operam daturo,

THERAPEVTICAM HANC PERNVMIANAM: quam ipse nunc, ad commodi publici bonum, prælo submittendam curat:

CVM PATERNO TVM CONSILIO, tum voto: vt vbi tēpus aduenerit, istiusmodi & similium Scriptorū lectioni, qui simul & summe vtiles, & summe sunt necessarii, præ aliis, incumbere velit, & beneficio gratiæ diuinæ, in pium bonumq; virum: in doctum Philosophum: & in salutarem Medicum euadere queat:

LAVRENTIVS SCHOLZIVS, PHILOsophiæ, & Medicinæ Doctor, Pater, vt Pater:

SICVT COMMENDAT ET DONAT: ita simul precatur & optat:

TV PATER NOSTER QVI ES IN COELIS ANNVE.

IOHANNIS PAVLI PERNVMIA, MEDICI PATAVINI

Ad Lectorem candidum

PRÆFATIO.

ADmirabuntur quamplurimi, quod post tot doctißimos viros, qui de curandis affectib. præter naturam pertractarunt, ego vnus inter omnes forsan primus, quamplurima in praxi non solum vtilia, sed etiam quam maxime necessaria, ab omnibus fere practicis prætermissa, non modo animaduerterim, sed eadem etiã pertractare ausus fuerim. Verum vbi aut rationem, aut Hippocratis & Galeni auctoritatem, aut vtrumq́; potius audire voluerint, non puto quicquam amplius reliquum futurum, quod aliquem merito torquere, aut ancipitem, ambiguumq́; retinere debeat. Primum enim cum nihil reperiatur in vniuersa arte medendi, quod ita nobis vtile sit, vt

est

est ea, quæ de principiis, & arte curandi tractatio, quemadmodum a Galeno, in libris methodi medendi, iis verbis memoriæ proditum fuit: non posse quenquam vllius artis scientiam nancisci, nisi methodo quadam habita per vniuersalia vocata theoremata, quod sine vniuersalium cognitione probe exercitatio non procedat, neque sufficiens Medicus quis effici posit, non modo non magnarum ægritudinum, sed ne minimarum quidem, etiamsi innumera sibi pararit documenta, qui methodi curatiuæ ignarus, & inexpertus fuerit, libro de puero epileptico. Nihilominus huiusmodi pars (cuius tanta dignitas est, vt vel sola sine aliis perfectum Medicum efficere posit) ab omnibus fere practicis omissa fuit. Deinde quod ars alendi ægros, ea quoq; prætermissa sit, cum tamen & necessaria, & summopere difficilis exsistat. Necessaria sane, cum ex Galeno lib. de dign. & medic. aliis auxiliis non semper vtamur, sed alimento carere nullum animal posit, siue valeat, siue ægrotet. Difficilis autem, cum primo de diebus decret. pauci medici recte præscribant victum in ægris, ob eam forte, quam 11. meth. rationem aßignat, quod ars

Methodus seu rationalis ars curandi est potisima pars medicinæ.

Διαιτητική.

ipsa tota cum sit magna non leuissima eius pars sit, scientia ordinandi victus. Tertio loco quod cum ad effectum rem perducunt nulla habita simplicium affectuum præcognitione, de compositis & implicitis affectibus duntaxat pertractant, cum tamen simplex prius sit composito, 2. Meth. sub finem, & inventis simplicibus facile sit composita adinvenire, 1. de diffic. respir. Vnde legitimum docendi modum ita mutarunt, & transformarunt, vt veteris illius modi procedendi, nulla amplius apud nos vestigia supersint, quod a Galen. etiam 3. metho. iis fere verbis animaduersum fuit, sane, inquit, solemnis veteribus doctrina (quæ vtinam nunc esset in vsu) maxime naturalis est, quippe ii simplicis cuiusque affectus propriam curationem dicunt, præcipueq́ omnium Hippocrates. Medendi namque Methodus ad hunc modum bellissime procedet, si de singulis simplicibus seorsim præceperimus, mox de compositis omnibus alteram aliquam methodum indicauerimus, cum ad hunc modum duntaxat Artifices fiant, lib. de crisibus, primum quidem, & maxime totius artis subiectæ materiæ simplices vires, mox ipsarum etiam cõpositiones,

positiones, quot & quales sint agnoscendo. Quarto, quod cũ affectus implicitos curare incipiunt, dũ aliis instrumentis nec vtuntur nec vti possunt, quã humores mobiles & præcipites, de vno ad alium locum mutando, nũc a versione, nunc repulsione, nũc deriuatione, immobiles vero, & qui non amplius retrocedere possunt, nunc emollitione, nunc maturatione, nunc digestione, nunc attractione, nũc cauterisatione. Qualitatib. immutatos alterando, nunc condensatione, nunc emplasticatione, nũc rarefactione, nunc abstersione, nũc incisione. Nimia quantitate peccãtes euacuãdo, nunc purgatione, nũc venæsectione. In visceribus obstructis vtẽdo apertione. In dissoluta membrorũ compositione vnione. In excremẽtis fluẽtibus, suppressione. In suppressis fluxione. Dum inquam prædicta omnia moliuntur, non adhuc scitur, quid sit auersio, quid repulsio, quid deriuatio, quid emollitio, quid maturatio, quid digestio, quid attractio, quid cauterisatio, quid condensatio, quid emplasticatio, quid rarefactio, quid abstersio, quid incisio, quid purgatio, quid venæ sectio, quid apertio, quid vnio, quid suppressio, quid fluxio, quibus modis inter se distinguan-

tur, & qua arte fieri debeant, vt mirum sane sit, quomodo tot instrumenta, quorum natura adhuc non cognoscatur, recte tractari poßint. Quintum, quod me ad scribendum impulit est, quia antiquorum medicamenta temporibus istis adeo sunt neglecta, vt nullus sit, qui suis potius quibusdam, quam aliorum compositionibus non vti malit, quod sane peßimi exempli est, quoniam si diuinißimam artem, quam obseruarunt antiqui in suis cõpositionibus, non intelligebant, saltim inspicere debebant, quantum antiquorum medicamentis tribuendum sit, exemplo Galeni, qui fere semper Antiquorum medicamentis vti maluit, quam noua introducere, vtpote quod Galeno ea præcipue medicamenta semper magis placuerint, quæ non solum arte cõposita, sed etiam multorum seculorum experientia sint comprobata. Has igitur ob causas videns artem medendi, eam præsertim, quæ in actione consistit, mancam esse, atque incoatam, operæ pretium facturum me existimaui, si artis curatiuæ principia primum tractarem, quæ præeuntia expedirent iter, atque animum lectoris, ac tanquam lucem quandam præeuntem ostenderent, qua via progre-

Ordo dicẽdorum.

progrediendum ſit, qua non ſit, ne noſtros ſequerer, qui nullum legitimum modum, aut rationem obſeruantes, quibus ad propoſitum ſibi finem peruenire poßint, non magis artem medendi docere potuerunt, quã ſi nauis clauum regeret ille, qui nomen quidem portus noſſet, ſed nec vſum dirigendæ, obliquandæq́ nauis haberet, nec vllam viam, aut rationem cognoſceret, qua ad illum portum poßit perueniri. Vt non ab re horum errores detecti atq́ indicati maxima exornent gloria ſeculo noſtro viros eximios. Secundo artem illam curandi, & principia prioribus duobus libris declarata, in tertio libro ad ipſum experientiæ vſum reuocaui, & quomodo in arte alendi ægros includi debeant oſtendi, ita vt quiſque facile artem alendi, cum iis quæ in arte curandi palam expreſſa ſunt, compoſitam videre poßit, & libero curſu quandocunque libuerit ab arte curandi ad artem alendi deſcendere, & rurſum per totidem gradus ab arte alendi ad artem curandi aſcendere. Tertio vlterius progreſſus, particulariter artem curandi vniuerſam, ſingulis affectuum generibus, accommodare conati ſumus, eamq́ prioribus tribus libris quaſi adumbratam,

posteriorib. quatuor libris quasi expreßimus illam in affectibus simplicibus & solitariis, quod simplicium cognitio, veluti principiorum naturam obtinẽtium prior exsistat. Et in simplicib. & solitariis a curatione causarũ incepimus, eo quod symptomata, & morbi, nonnisi earũ causis prius amotis remoueri poßint. Et ex causis primum ab antecedente, quam a continente exordiũ sumsi, ꝙ continens ex antecedente nascatur, & incremẽtũ suscipiat, qua ratione quartũ librũ curationi causæ antecedentis dicaui, quintũ curationi causæ continẽtis, sextum curationi morborũ, septimum curationi symptomatum, vt ex iis præcognitionib. tanquã principiis, ac veluti cõmentariis quibusdã facile modo sit iter ad curationẽ affectuũ simul implicitorũ, de quib practici in suis libris vberrime pertractarũt. Verum vt quarto etiã satisfacerem, dũ affectus hos simplices, & solitarios curo, nunc auersione, nunc repulsione, nũc aliis instrumẽtis vtens, singula instrumẽta medica instrumẽto diffinitiuo declarare conatus sum, sciẽs quod ars & methodus docendi scientiarũ & artiũ vita ac spiritus exsistit. Si quidẽ ars animos addiscentiũ stupidos, obtusos, desides, vr-

get,

get, propellit, excitat & inflāmat, ac per cæca & lubrica quasi manu ducit addiscentē, & (vt ita dicā) indicat & ostendit digito latentia plura, quæ per se absq; arte & methodo cōsiderata, vita ac spiritu priuata, ac ex toto mortua inhærent. Quapropter vniuersas partes huiusce artis propriis diffinitionibus clausi, easq; tanquā principia quædā, & summa artis capita ad vsum, & casus omnes accommodaui, atq; vtrunq; simul tanquā vinculo quodā adeo ligaui, vt facile quisq; casus omnes, qui quotidie in manibus versantur, ad sua principia reuocare poßit, & rursum ab iis diffinitionib. & principiis per singulos casus secure expatiari. Ne autē alicui ex quinq; rebus initio propositis deficere viderer libro octauuo artē cognoscendi medicamenta, tū a natura, tū ab arte facta conscripsi, & plura medicamēta cōposita examinaui, in quib. (vt opinor) liquido ostendi artē curādi prioribus libris enarratam, vniuersam in Antiquorū compositionib. inclusam fuisse, vt hinc Medici nostrorū temporū tot ineptis suis compositionibus aliquando parcere deberent: qua ratione mirū alicui non erit, si hoc opere ego medicamētis aliorū, & præsertim quorundā doctißimorum recentiorum duntaxat vsus

fuerim, quod ſane feci, tum quod omnia fere ex Galeno ab ipſis tranſcripta fuerint, tum etiam quod videntur huiuſmodi medicamenta aliis omnibus fore anteponenda, non modo, quia mera arte compoſita, ſed ob id præcipue, quod & ab antiquis, & a Galeno, & ab hominibus etiam noſtrorum temporum longiſſima experientia ſint comprobata. Hæc ſunt amice Lector, quæ non ita facile, aut pauco ſaltem labore, ſed longi temporis animaduerſione, ex Galeni doctrina concepi, quæ ſi bona quadam earum fortuna a te benigne accipientur, curabo poſtmodum vt habeas etiam vniuerſam naturalem Philoſophiam hoc ordine diſpoſitam, & hac docendi via declaratam,

Vale.

ANTONII

ANTONII POLI VENETI

De Iohan Pauli Pernumia Therapeutica

IVDICIVM.

PERNVMIA noster, almi collegii Patauini ſplendor, Patriæ, & familiæ ſuæ ornamentum, Galeni & excellentiſſimorum Medicorum anima, Latinorum præceptor, ſapientũ amicus, vtpote ſecũdus Æſculapius, inter Antiquos eſt celebrandus, & inter modernos ſumme honorãdus. In his libris non nouam Practicã, nec nouam in arte curandi opinionẽ videbitis: ſed totam Medicorum, præſertim Galeni, materiam habebitis, non confuſam, non informem, non vt chaos, & molem indigeſtam, ſed intelligentia plenam, formatam miro ordine, atque optima compoſitione diſpoſitam, maximum fructum afferentem. QVOD SI QVIS SEMEL HOC OPVS PERCVRRERIT,

QVAMVIS MEDIOCRIS ERIT INGENII, PRINCIPATVM APVD MEDICOS OBTINEBIT, ET DOCTISSIMVS INTER PRACTICOS ERIT CENSENDVS. A primis enim generibus in hoc opuſculo vſque ad vltimas ſpecies ſpecialiſſimas procedit, nullo membro, aut aliqua membri parte intacte relicta, ſed vera arte diuidendo (vt docet diuinus Plato) quicquid ad artem curandi attinere poteſt , complectitur.

MVSA IN IOH. PAVLI Pernumia opus.

Scripſit Arabs, Italus, Germania, Gallia, & orbis
Totus, vt hac miſeris arte pararet opem.
Inſiſte hac Methodo , nullus tibi grandior Auctor.
(Parcat & ipſa mihi Græcia) viſus erit.

DE

DE EXCELLENTIA OPERIS ad studiosum lectorem.

Τίς τόδε δεσπείη ἀπ' ἐγερσινόοιο ἐνείχθειν
ἡδεῖς βίβλοιο αὐτμή;
Μῶν τις ἀφ' Ἑλλήνων λαμπραί γ' ἀκτῖνες ἀπ' αὐτοῦ
στίλβουσι κύων σοφίης
Οὐκ αὖ ΠΕΡΝΟΜΙΗΣ κορυβὰς ἀρετῶν ἀπὸ πασῶν
δρέπειν ἀγλαΐεται ἄλλων.
Οὐ πέλετ' ἱπποκράτης, ἀλλ' ἱπποκράτους πέλεται νοῦς
καὶ Γαληνοῦ θαλερὸν κῆρ.
Ταῦτ' ἄρα, ἰητρῶν προτέρων μυελὸς, ῥωμαίων
φῶς, κοσμήτωρ τε καληθεὶς.
Ὦ πρὸς τοῦ αἰῶνος, ἐνὶ ἀγαθεῖα ἄρεισα
πίστη καὶ ἄμφεκεν εἰρατῇ.
Τέρψει δ' ἀγχινόους, καὶ ὄνειαρ αἰὲν ἄρειτο
φιλήκοος, ἡ δὲ ἰατρὸς.
Καὶ τὸν ἀπαλάμνοις πρὶν δύσφατον οἶμον ἐπ' αὐτὴν
ῥάδιον θ' ὁμαλόντ' ἐποίησεν.
Εἴδεις φέγγος, ἀθρεῖς ἡδύπνοον ἄνθος, ἀκούεις
ὅτ' ἐτήτυμος ἔπλετο φωνή.
Μήδε φύους αὐτ', οὔτε σοφὸν γάλα πίσον ἀμέλξει
ἀλάμπετος εἶναι ἐθέλων.
Ἀλλ' ἄγε, τηλεθάουσι ἔαρ καὶ ἥλιος ὥρει
χαρίεις φάος ἀνθινάτ' ἔργα.
Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα σοφῶς κεχαραγμένα, δύναμαι
ὄφρ' ὁ συγγενέτης τὶν ὄφειλεν.

Wratislauisiæ F B. Flamin.
Gasto. Siles.

JNDEX SVMMORVM CAPITVM SINGVLORVM LIBRORVM.

Primus
Secũdus
Tertius
Quartus
Quintus
Sextus
Septim⁹
Octauus

agit

- In Genere
  - De Curationis arte
- In specie.
  - De Curatione
    - Causę antecedentis,
    - Causæ continentis,
    - Morborum,
    - Symptomatum
    - Affectuum simul implicitorum,

JOAN.

IOHAN. PAVLI PERNVMIA PATAVINI THERAPEVTICE,

SIVE MEDENDI RATIO AFfectus omnes præter naturam.

De curationis arte.

LIBER PRIMVS.

CVratio est depulsio affectuum præter naturã, exsistentium in corpore humano, facta remedio contrario recte administrato vt actiones læsæ pristinæ suæ dignitati restituantur. Quæ diffinitio vt intelligatur, declarandæ sunt omnes particulæ in diffinitione contentæ. Porro depulsionem hoc loco intelligo, non presse motionem secundum locum, vt vocabuli vis inferre videtur; sed ampla, & multiplici verbi potestate, quæ omnem morbi transmutationem contineat, siue in substantia, siue in qualitate ea consistat, cum curatio, seu affectuum depulsio, mutatione quadam sicuti affectus induci, gignique debeat. Etenim cum fiat per contraria, & affectum præter naturam in corpore inductum immutet, eique vim inferat,

Curatio quid?

Depulsionis ampla significatio.

aliquid ea quidem efficit, hicq; eius motus effectio dicitur. Corpus vero patitur, & afficitur, hicque eius motus affectio est, atque perpessio. Sic ex affectione tandem proficiscitur affectus morbo contrarius, quasi impressum curationis per contraria factæ vestigium. Quod deinde subiicitur, esse depulsionem AFFECTVVM PRÆTER NATVRAM, notat quodcunque genus dispositionis præter naturam, quod aut partes corporis, aut ea, quæ in corpore continentur, aut functiones, aut excrementa humani corporis afficiat, quorum omnium sicut naturalis status sanitas est, & dispositio secundum naturam, ita vitium cuiusque affectus est præter naturam, quamquam non eodem modo, nimirum quod partium corporis vitiata dispositio, Morbus proprie, eorum quæ continentur morbi causa. Functionum vero, atq; excrementorum vitium, Symptoma appellatur, quare affectus præter naturam hoc loco ampla significatione suscipitur, prout extenditur ad vitiatam naturalem dispositionem, tum causarum, tum morborum, tum actionum læsarum, atque excrementorum. Et quod sequitur EXSISTENTIVM IN CORPORE HVMANO, notat subiectum, in quo affectus exsistũt, intelligendo per corpus humanum, tum solidarum partium constitutionem, quarum affectus proprie morbum, tum humorum, quorum vitiatam dispositionem causas affectuum, tum functionum, atque

Affectus præter naturam.

B

que

que excrementorum, quorum euersionem, atque immutationem Symptomata dixi appellari. Circa quas partes non solum affectus præter naturam, sed etiam eorundem curatio versatur. Quod deinceps additum fuit, FACTA REMEDIO CONTRARIO, eo spectat, vt notet causam efficientem, ac materialem ipsius curationis, intelligendo per contrarium, id omne, quod vim infert, cum omnis morbi depulsio, atque curatio contrariis vim inferentibus perficiatur, aliter morbus nunquam profligabitur. Quo fit, vt contrarium hoc loco non in qualitate duntaxat sit intelligendum, verum etiam in quantitate, in numero, in situ, in figura, in omni deniq; genere, quod plurimum distet: vt calidum, refrigerandum: humidum, siccandum: rarum, incrassandum: densum, rarefaciendum: crassum, attenuandum: tenue, incrassandum: viscidum, incidendum: nimis separabile, emplasticandum: nimis adhærens, abstergendum: durum, molliendum: molle, indurandum: in quantitate & magnum, & paruum: altum, & depressum, contraria & ipsa sunt, & proprie nuncupantur aduersa. Quinimo hoc loco contrarietas adeo fuse est intelligenda, vt etiã ad quęcunq; priuatiua extendatur: vt plenũ, & inane: integrum, & corruptum: continuum, & solutum: vt non ab re ratum & constans existat apud Medicos axioma illud, curationem perfici per contraria. Etenim & si

Contrarium quid?

Quomodo intelligendum curationem fieri per similia?

affectus quidam remediis similibus videantur depelli, cum rhabarbarum, quod calidum est, febrem soluat, lassitudinem exercitatio leniat, vomitionem vomitio sedet, dysenteriam purgatio leuet, frigidæ larga perfusio conuulsionem, vt est apud Hippocratem, soluat: Eorum tamen causis primum, ac per se aduersa sunt, & si morbis similia sunt, morbos tamen non tollunt per se, sed ex accidenti, sublatis eorum causis. Hoc modo rhabarbarũ quamuis calidum, febrem tamen soluit, dum ipsius materiam expurgat: lassitudinem exercitatio lenit, dum humorem per musculos diffusum discutit: vomitionẽ sedat vomitio, dum proritantem humorem excutit: dysenteriã purgatio leuat, dum materiam eius efficientem causam detrahit: atque ad eundem fere modum, frigidæ larga perfusio conuulsionẽ soluit. Quod postmodum additur RECTE ADMINISTRATO, VT ACTIONES LÆSÆ PRISTINÆ SVÆ DIGNITATI RESTITVANTVR, eo spectat, vt notet finem artis curandi, ac modum, ac artem assequendi finem illum. Quæ quidem curandi ars, recte, & conuenienter fiet, si trium præcipue habebimus rationem, AFFECTVS, LOCI AFFECTI, & ipsiusmet REMEDII. Amplius & CIRCVNSTANTIARVM, quæ sane in arte ipsa curandi sunt maximi momenti. Ex quorum distincta, & exquisita cognitione, cum ars ipsa curandi, rectam, distinctam, & exquisitam sui cognitionem ducat, sequitur profecto,

Ad artem curandi, vt recte & conuenienter fiat, 4. requiruntur.

cto, vt horum quatuor capitum naturam distinguamus, incipientes ab affectu, quod, vt ait Gal.1. de comp. med. secundum genera 4. a morbificis dispositionibus primus curationis scopus nascatur, licet particularum affectarum natura simul cũ illis indicat curationem, cum quibus etiam aeris temperies, ætas, regio, tempus, vitæ studia, & mores. AFFECTVS igitur, primum exquisitissime erit diuidendus, quia aliud remedium postulat affectus simplex, & solitarius: aliud vero affectus compositus, & alteri affectui associatus. Et affectus simplicis aliud causa, aliud morbus, aliud symptoma. Et causarum aliud antecedens, aliud continens. Et antecedentis, aliud vitium penes motum localem, aliud qualitas, & vitiata quantitas aliud, motus quidem præceps auersione, qualitas alteratione, quantitas vero vacuatione. Et in qualitate aliud vitium primarum qualitatum, aliud secundarum, ob id in primis calfactos emendat refrigeratio; frigidos calfactio, humectos exsiccatio, siccos humectatio, & in compositis eodem modo calfactos, & humectos refrigeratio, & exsiccatio; calfactos & exsiccatos, refrigeratio, & humectatio; frigidos, & humidos calfactio, & exsiccatio: frigidos, & siccos, calfactio, & humectatio. In secundis densos rarefactio, raros condensatio, nimis separabiles emplasticatio, nimis adhærentes abstersio, nimis crassos incisio, nimis tenues emendabit incrassatio, &

1. Affectus, estq; duplex.

Causa antecedentis vitium triplex.

Humoris biliosi emendatio. in compositis ex primis,& secundis, aliud etiam, atque aliud, vt calidos, & siccos nimis acres, & attenuatos (quod vitium compositum bilis esse solet proprium) refrigerantibus, humectantibus, & simul incrassantibus, atque emplasticantibus, & si præter hæc ratione nimiæ tenuitatis præceps erit ad motum, simul cum illis astringentia requiret. Frigidos vero, & humidos, densos, crassos, & glutinosos (quod vitium compositum humoris *Pituitosi.* pituitosi solet esse familiare) calefactio, exsiccatio, attenuatio, incisio, & abstersio simul. Frigidos vero,& siccos,& crassos(quod vitium *Melancholici.* compositum humoris melãcholici solet esse proprium) calfacientibus, humectantibus,& incidentibus, iuuabimus: vacuatio autem, quę vitium quantitatis emendat, si vitiosum simul *Plebotomia.* cum vtili vacuabitur, phlebotomia, sin autem vitiosum solum, & id quod qualitate peccat *Pharmacia.* vtili relicto pharmacia vocabitur. Et quoniam humor vitiosus vtili relicto, vel simplex, vel implicitus esse potest, simplex igitur aliud, aliud compositum postulabit, & simplicis aliud bilis, aliud pituita, aliud melancholia, & compositi, aliud bilis, & pituita simul, aliud bilis, & melancholia simul, aliud pituita, & melancholia simul, & aliud bilis, pituita, & melancholia simul. Hæc de vitiis causæ antecedentis. *Causæ continentis vitia.* Continens vero causa, Aliud materia quæ a loco remeare poterit, aliud, quæ omni fluendi remeandique habilitate erit dotata,

tata,

tata, Aliud vero ea cuius pars remeare poſſit, pars vero remeare non poſſit. Nam quæ remeare poterit, repulſione & deriuatione. Eiuſdem qualitates oppoſita emendabuntur alteratione, ſicuti emendantur vitia cauſæ antecedentis. Eiuſdem quantitas vacuatione B tolletur, particulari quidem phlebotomia, vbi vitioſum vtili ſimul permiſtum vacuabitur, purgatione vero particulari, vbi noxius ſolum humor in membro contentus vtili relicto eiiciendus erit. Et quia vel ſimplex, vel compoſita (eodem modo ſicuti diximus in cauſa antecedenti) cauſa continens eſſe poteſt. Simplex igitur humor, ſimplex purgans, compoſitus vero compoſitum poſtulabit. Vbi autem cauſa continens nullo vacuandi genere vniuerſa erit ablata, reliquum digeſtione erit tollendum. Hæc de cauſa continente, quæ a loco remeare poſſit. Vbi autem materia a loco remeare nõ poterit, cum id præcipue contingat, quod dura euaſerit, tunc emollitione, & pro cuiuſque duritiei ſpecie, vario emolliendi genere, erit vtendum, amplius maturatione, & loci ipſius inciſione. Vbi autem materia ita pertinaciter, & in profundo exſiſtet, vt nullo enarratorum inſtrumentorum euacuari poſſit, attractione violenta, dropace ſcilicet, & ſinapiſmo, atque etiam cauterio erit vtendum. Cuius generis illa quoque videntur eſſe Eſcharotica, id eſt, cruſtifica. Septica,

id eſt, putrefacientia, & vrentia. Hæc de diſtinctione cauſarum. Sequitur MORBVS, cuius natura, & ipſa exacte erit diſtinguenda, quod aliud intemperies, aliud obſtructio, aliud vnitatis ſolutio, & aliud inflammatio. Et intemperierum, aliud intemperies ſimplex, aliud compoſita, & aliud quæ ſine materia eſt cauſa: aliud vero quæ cum materia erit aſſociata. Et ſimplicis, aliud calida, aliud frigida, aliud humida, aliud ſicca, quod calida indicet frigidum, frigida calidum, humida ſiccum, ſicca humidum. Et in compoſitis calida, & humida tollatur frigidis & ſiccis; calida, & ſicca frigidis, & humidis; frigida, & humida calidis & ſiccis; frigida, & ſicca calidis, & humidis, Et vbi intemperies erit aſſociata cum materia, non ſolum indicabit alterationem per contraria, ſed vlterius adhuc compoſitã magis exhibebit indicationem, nempe ratione intemperiei communem indicans indicationem, cum intemperie ſimplici ſine materiæ affluxu, & præter hanc ratione materiæ indicabit euacuationem. Materia autem, cum ſit & ipſa confuſa, nec poſſit niſi ſuiipſius confuſam indicationem præbere, vlterius erit diſtinguenda, vtrum ſit fluxa, an fluxura, an partim fluens, partim fluxura, & quodcunque horum ſit, vlterius erit diſtinguenda, vtrum hæc materia ſit tota bona, vel tota mala, vel partim bona, partim mala, quoniam quæ tota bona erit, præſertim ſi etiam cum bonitate,

Morborum distinctio. Intemperies est quadruplex.

tate, coniuncta reperiatur nimia quantitas, indicabit quidem euacuationem, sed determinatam per phlebotomiam, quæ vero tota mala, euacuationem quidem, sed determinatam per pharmaciam, quæ partim bona, partim mala, euacuationem per hoc, & illud instrumentum. In OBSTRVCTIONE vero perpendendum erit, vtrum sit coarctatoria, an vero attenuatoria, an potius oppilatiua. Et si oppilatiua, cum huius obstructio fiat a re intus hęrente, atque obstruente ductus, seu vias organorum, distinguenda erit materia illa obstruens, vtrum sit naturalis, vel præter naturam, an potius media inter id quod naturale est, & præter naturam, & si naturalis, vtrum sit solida, veluti caro, vel callus dur... in meatu vrinę exsistens, cum caro sit res naturalis, sed genita in loco, in quo non deberet gigni, an potius fluida, veluti est sanguis in plethora replens venas, ex cuius repletione obstruente impeditur spirituum progressus. Sin autem res obstruens præter naturam sit, vtrum mollis sit, veluti pus in venis: an potius dura. Et si dura, vtrum possit colliquari, veluti sunt feces duræ in intestinis, quæ possunt mollificari, vel non possit colliquari, cuiusmodi est calculus in vesica. Sin autem media, vtrum sit media, veluti sunt humores crudi, de quibus secundo de facultatibus naturalibus, qui & si nondum acceperint opus naturæ, apti tamen sint verti, an vere media sit, & quod acceperit qui-

OBSTRVCTIO triplex.

dem opus naturæ, ſed inepta ſit vt amplius fiat corporis pars. Sin autem morbus erit Vnitatis solvtio, perpendendum erit, vtrum vnitatis diſſolutio pura ſit, quæ vulnus appellatur: an impura, quæ vlcus dicitur, & ſi pura, vtrum in diſſolutione, propriæ ſubſtantiæ portio deperdita fuerit, & hæc vulnus cauum dicitur, an vero in diſſolutione, nihil ſubſtantiæ deperditum ſit, quæ vulnus ſimplex dicitur. Et ſi vulnus eſt ſimplex, conſiderandum erit, an ſit longum, an breue, an rectũ, an obliquum, an cutem ſolum occupans, quod appellatur ſummum, ſeu ſuperficiarium, aut in carnem, & ſubiectas partes inflictum, & appellatur profundum. An vero partibus omnibus ſit ſummum, aut partibus omnibus profundum, aut partibus omnibus anguſtum, aut partibus omnibus latum, & appellatũ ſit vulnus æquale, an altera parte ſummum, altera profundum, altera latum, altera anguſtum, quod appellatur inæquale. Sin autem vnitatis diſſolutio ſit impura (vlcus dicitur) an ſit impura ratione materiæ, quæ vlceri ſuccreſcit, & progignitur, an vero ratione materiæ, quæ vlceris eſt cauſa. Et ſi ratione materiæ, quæ in vlcere progignitur, vtrum vlceri adhæreſcat, veluti concreta (appellatur ſordes) an vero non adhæreat, vlceri, ſed defluat, atque illud quod defluit, vtrum ſit animatum, (appellantur vermes) qui cum putredinis, tum ſordis ſoboles ſunt, ſolentque in

Vnitatis solvtio duplex.

1. Vulnus.

2. Vlcus.

Sordes.

Vermes.

in neglecto vlcere procreari, an vero inanimatum. Et si inanimatum, vtrum sit tenuissimum, minime glutinosum, nec subalbidum, subrubrum, (appellatur sanies) quæ defluere solet ex vlcere crudo, non tamen maligno, quia quod ex maligno defluit, virus nomen obtinuit. An potius sit crassior, glutinosior, subalbida, (appellatur pus) quod solet in sanescente vlcere fluere. Sin autem impura sit, ratione materiæ, quæ vlceris est causa, vtrum ratione continentis, an antecedentis, & si ratione continentis, vtrum efficiat tumorem, vnde vlcus phlegmonodes, erisipelatodes, œdematodes, & carcinodes, quod cancer exulceratus dici solet. An vero sit sine tumore, ab humore bilioso, acri, mordace, vnde vlcus exedens, & ambulans, quod si solam cutem exedat, phagedæna dicetur. Vlcus cacoethe, id est, ægre sanabile, quæ quod ad cicatricem difficile ducantur, Græcis dysepulota nuncupantur, vel si cicatrice tenui interdum obducantur, mox disrupta vlcus renouant, exulcerato cancro simile, cuius generis sunt telephia, & iis veteriora chironia, & vlcus putridum, in quo non solum id quod exit, sed vlceris causa, cadauerosa fit, & hoc vel ex sola humoris pernicie, vel quod calor arteriarum insitus ob arteriarum obstructionem sit exstinctus. Sin autem sit impura ratione causæ antecedentis, perpendendum erit, an sit intemperies, vel tumor, aut varix,

Sanies.

Virus.

Pus.

Vlcera cum tumore.

Vlcera sine tumore.

Phagedæna vlcus cacoethe.

Telephia.

Chironia.

aut contusio, an viscerum, præsertim iecoris, & lienis mala constitutio, quod hæc, cum vlceri materiam pabulumque suggerant, vlcus agglutinari non sinunt, neque carne impleri, neque cicatrice obduci, ni prius auferantur, & conuenientem naturæ suæ modum obtineant. INFLAMMATIO vero, quod aliud remedium postulet ipsamet inflammatio, aliud vero vitia, quæ inflammationi succedere solent, & in inflammatione perpendendum erit, an prouenerit ratione fluxionis, an vero ratione congestionis, sensim scilicet ex sanguine in partem vice alimenti distributo. Et si ratione fluxionis, vtrum fluxio sit ratione causarum interiorum, an euidentium, & si ratione interiorum, an sit ex fluxuri sanguinis copia, an eius acrimonia, vel tenuitate, an propellentis partis robore: an viarum laxitate, vel excipientis partis imbecillitate, situve decliuiori. Et si ratione euidentium, an ratione contusionis, an vulneris, an laxationis, aut alterius similis causæ doloris, aut caloris vi fluxionem sanguinis accersentis. Sin autem sit inflammatio ratione congestionis, an congestio fiat ratione imbecillitatis ipsius partis, cuius ratione affluens alimentum in propriam substantiam mutare non possit, an potius ratione partis vitiatæ, quæ illum corrumpat, nec genita excrementa a se propellere queat, vnde necessaria fiat in parte sanguinis congestio. Vitiorum autem inflammationi succedentium,

INFLAMMATIO, ratione fluxionis.

Ratione congestionis.

B

rium, vtrum ſit ratione materiæ inflammationis, extra venas putreſcentis, an vero ratione loci, in quo continebatur materia inflammationis. Et ſi ratione materiæ extra venas putreſcentis, vtrum ſit tantæ putredini aſſociata, vt nequeat ab inſito calore vinci, ita vt caloris flos pereat, & exſtinguatur, & pars incipiat corrumpi (gangræna appellatur, qua vitiorum, quá phlegmonis, aliiſque tumoribus ſuccedunt, non aliud peius) An vero pars liueſcat, & nigreſcat prorſus cadaueroſa ſine arteriarum pulſu, aut dolore, aut vllo ſenſu, itaque iam eo proceſſerit, vt pars corruptione exſtincta, & emortua ſit, (ſphacelus, ſeu ſyderatio appellatur) in carne quidem, cæteriſque partibus, ſphaceli nomen retinens, in oſſe vero cariei nomen aſſumens. An vero materia inflammationis ab inſito calore vincatur, & concoctione in pus faceſſat, quæ puris collectio abſolute erit abſceſſus. Sin autem ratione loci, qui ſane apparet expurgato abſceſſu, vtrum venter ille, & obtecta latenſque capacitas, quæ a pure ſit diu coercito, proximas partes tendente, & ſinuante, non ſit arctus, nec oblongus (ſinus appellatur) an vero ſinus ille arctus ſit, & oblongus longiore ductu, pus emittens, & fiſtula erit. Hæc de morbo. Sequitur SYMPTOMA, in quo ſane perpendendum erit, vtrum ſit actio læſa, an vero mutatum excrementum. Eſt ſi actio læſa, an ſit naturalis, an animalis, an vitalis, & ſi naturalis,

Vitiorum inflammationi ſuccedentium cōſideratio

Gangrana.

Sphacelus.

Caries.

Abſceſſus.

Sinus.

Fiſtula.

Symptoma duplex.

De actionibus naturalibus læsis.

vtrũ ſit earũ, quæ facta ſint propter indiuiduũ, an earũ, quæ propter ſpeciem, & ſi earũ, quæ propter indiuiduum, an ſit principalium, an vero deſeruientium principalibus. Et ſi deſeruientium principalibus, an ſit attractio, an retentio, an concretio, an expulſio. Et ſi eſt attractio, vtrum ſit diminuta, veluti eſt affectio illa, quæ appetitus imminutus dicitur, an abolita, veluti eſt affectio illa, quę cibi faſtidium, ſeu inappetentia, ſiue appetitus abolitus dicitur, cuius cauſa impedita, ſolet eſſe deſinentia ſenſus exſuctionis ipſarum venarum. Cauſa autem deſinentiæ eſt nimia repletio, huius autem, quod non fiat euacuatio: quæ quidem cauſæ ſi adeo non ſint magnæ, affectionem etiam inducunt, non adeo magnam, & abolitam, ſed diminutam, atque exiguam inappetentiã. An vero attractio ſit deprauata, velut eſt Symptoma illud, quod ſitis immoderata appellatur, quæ ab intemperie calida, aut ſicca, aut calida, & ſicca ſimul ſine bile, aut cum bile, progigni ſolet. Sin autem læſa ſit retentio, an ſit diminuta, veluti eſt affectio illa quę Cœliaca dicitur, an abolita, veluti eſt Symptoma illud, quod lienteria dicitur, cuius cauſa ſolet eſſe intemperies frigida, raro calida, & exulceratio inteſtinorum. An vero deprauata, veluti quoquomodo affectio illa, quæ ſingultus dicetur, cuius cauſa ſolet eſſe, aut repletio, aut inanitio, aut calida intemperies cum materia acri. Sin autem læſa ſit concoctio, an ſit dimi-

Attractio diminuta. *Attractio abolita.* *Appetitus abolitus.* *Attractio deprauata.* *Sitis immoderata.* *Retentio diminuta.* *Cœliaca.* *Lienteria.* *Singultus.* *Concoctio læſa.*

diminuta, velut sunt Symptomata illa vt flatus, seu inflatio, & tarda concoctio (bradypepsia dicitur) cuius causa solet esse omnis intemperies ventriculi vel propria, vel alterius vitiata, quamquam quia calor diminui soleat, a frigiditate, ad intemperiem frigidam sæpius sit reducenda. An vero sit abolita, veluti est Symptoma illud, quod cruditas ventriculi dicitur, & apepsia appellatur, ab eadem causa procedens, a qua concoctio diminuta, sed vehementiori. An vero cõcoctio sit deprauata, veluti est Symptoma illud, quod cibi corruptio, seu dyspepsia dicitur, cuius causa solet esse, aut aliena cibi qualitas, aut vitiosi humoris permixtio, aut vtendi ordo præposterus, vt cum liquidiora post solidiores cibos eduntur. Sin autem læsa sit expulsio, an sit diminuta, velut est Symptoma illud, quod tarda alui deiectio dicitur, quæ ab intestinorum obstructione ratione siccarum fecum, vel crassæ lentæque pituitæ progigni solet. An abolita, veluti est Symptoma illud, quod ileos dicitur, cuius causa solet esse obstructio intestinorum, præsertim graciliũ, atq; eorundẽ inflammatio. An potius sit deprauata, veluti singultus est, cuius causam diximus esse, aut repletionem, aut inanitionem, aut calidã intemperiẽ cũ materia acri, & nausea, & vomitio, quæ ab humorum copia, & eorundem qualitate, seu vitiositate progredi solent. Sin autem principales propter indiuiduum factæ, læsæ sunt: perpenden-

Bradypepsia

Apepsia.

Dyspepsia.

Expulsio læsa.

Alui tarda deiectio.

Ileos.

Singultus.

Nausea.

Vomitio.

Nutritio læsa. *Hepatica affectio.* *Hydrops.* *Atrophia.* *Cachexia.*

dum erit, an læsa sit nutritio, an auctio, & si læsa est nutritio, an sit diminuta, velut est Symptoma illud, quod Hepatica affectio appellatur, cuius causa solet esse, intemperies quæcunque & calida, & frigida, & humida, & sicca, & Hydrops, & Sarcites, & Ascites, & Timpania, quæ ab intemperie frigida progigni solet: quamquam hæc potentiæ sanguificatiuæ epatis proprie magis videantur esse Symptomata. An vero nutritio sit abolita, veluti est atrophia, seu tabes, in qua corpus sensim, & paulatim exarescit, & absumitur. Cuius causa, esse solet humor in venis contentus, caloris, & substantiæ bonitate, sæpe etiam fibris, quibus concrescat, destitutus, qui partibus neque adhærescere, neque assimilari potest. Huius autem principis alicuius visceris affectus, veluti in corde, febris hectica, & exulceratio in pulmone, quamquam etiam a ventriculi, lienis, iecorisq; grauioribus affectibus procedere possit. An potius nutritio sit deprauata, præsertim corporis vniuersi, veluti symptoma illud quod Cachexia dicitur, seu vitiosus totius corporis habitus, quamuis ad quid habeat reduci cachexia, non reperiatur in Galeno patefactum. Cuius causa solet esse humorum eruditas, in venas, & habitum corporis vtilioris vice alimenti rapta, qui & si partibus singulis apponantur, & glutinentur, cum tamen perfecte non assimilentur, sequitur vitiata nutritio, in qua vitiatus humor pro vtili dissipato

dissipato reponitur. Cruditatis autem causa est ventriculi, & viscerum imbecillitas, quamquam etiam ab impuris, & vitiosis alimentis ortum trahat. Sin autem sit generatio læsa (nã auctionis symptomata apud medicos non enarrantur) quæ est auctio facta propter specierum cõseruationem, perpendendum erit, an sit diminuta generatio, veluti est symptoma illud quod ignauia partiũ genitalium, seu impotentia rei Venereæ dicitur, quamquam huius symptoma non videatur ita proprie generationi diminutæ conuenire. Cuius causa solet esse seminis inopia, vel pudendorum resolutio, ob aliquam frigidam intemperiem in ipso exortam. Huc quoque pertinere videbitur symptoma illud, quod priapismus dicitur, in quo stat erectum membrum, absq; rei venereæ appetentia. Cuius symptomatis causa esse solet, vel arteriarum, vel fistulosi nerui, vel vtriusque repletio. Huius autem repletionis causa est spiritus vaporosus, huius autem humores viscidi, ac crassi, & caliditas moderata. An vero generatio sit abolita, veluti est symptoma illud, quod sterilitas appellatur, nam tametsi sterilitas proprie magis videatur esse, conceptionis priuatio, tamen, cum conceptio ad generationem sit ordinata, hoc symptoma huc reduci poterit, cuius causa solet esse, aut vitio mulieris, aut maris, & hoc aut vitio partium obscœnarum, aut aliorũ viscerum, præsertim vbi cachochymia laborabunt, & hoc,

Generatio læsa.

Impotentia.

Priapismus.

Sterilitas.

quod ſemen nec ex vtili materia produci poſſit, nec ſpirituum benignitate perfundi. An potius generatio ſit deprauata, cuius ſymptoma non inuenitur apud artis Medicæ profeſſores. Sed hactenus de actionibus naturalibus læſis. Sequitur actio læſa ANIMALIS, in qua perpendendum erit, vtrum ſit læſa motiua, an ſenſitiua, ſeu cognoſcitiua, an vtraque ſimul, & ſi cognoſcitiua, an exterior, an interior. Et ſi exterior, an viſio, auditio, odoratio, guſtatio, tactio. Et ſi viſio, an ſit viſio diminuta, cuius eſt ſymptoma illud, quod Nyctalopian Græci, quidam nocturnam cœcitudinem dicunt, in qua affectione die quidem vident, ſed occidente Sole obſcurius, & noctu nihil omnino: & ſymptomata, etiam alia ſunt tria, quorum vnum hebetudo, alterũ luſcioſitas, reliquum vero difficilis diſcretio videndi dicitur, quorum trium ſymptomatũ cauſæ eſſe ſolent in ſpiritu, qui cum ad acute & diſtincte cernendum multus vt ſit oporteat, & æthereus, ſi in aliquo horum deficiat, cauſa fiet alicuius enarratorũ ſymptomatum. Nã ſi multus erit, & craſſus, longinqua quidem, & vicina quoque videbit, vix tamen illa diſcernet, ſin autem paucus erit, licet ſit æthereus, luſcioſitatis erit cauſa, in qua propinqua quidem videmus, diſtantia vero haud quaquam diſcernimus: vbi autem & paucus & craſſus erit, cauſabitur hebetudo, quæ ſenum fere vitium exſiſtit, in qua neque diſtantia videntur, neque

De actionibus animalibus læſis.

Viſionis diminutæ ſymptomata.

Nyctalopia.

Difficilis diſcretio.

Luſcioſitas.

Hebetudo.

neque propinqua diſcernuntur. An vero viſio ſit abolita, cuius eſt ſymptoma, illud, quod obſcuritas, ſiue offuſcatio oculorum dicitur, in qua cernendi ſenſus deperditur. Cuius cauſæ ſolent eſſe quodcunque morbi genus, aut intemperies, aut ſolutio cõtinui, aut mala compoſitio partium viſioni deſeruientium. An potius viſio ſit deprauata, cuiuſmodi ſolet eſſe ſymptoma illud quod hallucinatio dicitur, cuius cauſa ſolet eſſe corneæ tunicæ infectio ab alieno colore, quo etiam foris omnia tincta cernuntur, vt in ictero citrina etiam contingere ſolet. Sin autem ſit læſa auditio: an auditio ſit diminuta, cuius eſt ſymptoma illud, quod grauis auditio dicitur, qua affectione laborantes audiunt quidem, ſed difficile, & cuius cauſa poteſt eſſe quodcunque morbi genus. An vero auditio ſit abolita, cuius eſt ſymptoma illud, quod ſurditas dicitur, in qua laborantes neque exiguas, neque magnas voces percipiunt, quæ & ipſa quodcunq; morbi genus ſequi põt. An potius auditio ſit deprauata, cuius eſſe ſolẽt huiuſmodi ſymptomata, auriũ ſonitus, tinnitus, ſibilus, fluctuatio, ſtrepitus, quorũ ſymptomatum cã ſolet eſſe flatus vario modo obambulans. Sibili quidem, vbi tenuis flatus exiliter elabetur: Tinnitus, vbi interrupte curret. Sonitus vero, vbi & craſſior, & plene erumpet. Strepitus vero, vbi valide impellitur. Fluctuationis vero vbi iactabitur. Sin autem læſa ſit odoratio, an ſit diminuta, an abo-

Obfuſcatio.

Hallucinatio.

Auditus læſi ſymptomata.

Grauis auditio.

Surditas.

Sonitus aurium.

Sibilus.

Tinnitus.

Strepitus.

Fluctuatio.

Odoratio læſa.

lita, an vero deprauata. Cui⁹ actionis symptoma vnico capite apud Practicos expediri solet sub hoc titulo de læsione olfactus, & nariũ vitiis, cuius affectionis causa esse solet, vel obstructio colatorii meatus, vel intemperies simplex cerebri, aut sola, aut cum materiæ affluxu. Sin autem læsa sit Gustatio, An sit diminuta, an abolita, an potius deprauata, cuius actionis symptoma nullũ reperitur apud practicos. Sin autẽ sit læsa tactio, an sit diminuta, cuiusmodi est symptoma illud, quod stupor appellatur, in quo sensus tactus torpet, & hebescit. Cuius causa solet esse aut facultatis, aut neruorum imbecillitas, huius vero, aut ætas: aut causa vires resoluens, quanquam & a neruorũ obstructione, a lentis crassisque humoribus, quæ sit tamen maior quam in tremore, leuior vero quã in paralysi; an vero tactio sit abolita, cuiusmodi solet esse symptoma illud quod paralysis imperfecta dicitur, in qua deperditur sensus constante motu, cuius causa solet esse prohibitio influxus, & distributionis ipsorum spirituũ. Huius vero, quodcunq; fere morbi genus, aut intẽperies frigida a viscidis humoribus causata, aut Inflamatio, aut Scirrhus, aut Cerebri, aut Spinalis medullæ, aut alicuius nerui. An potius tactio sit deprauata, cuius solet esse symptoma illud quod dolor dicitur. Et in dolore quærendum erit an proueniat ratione loci, in quo reperitur, an vero ratione materię, quę ipsum efficit, an poti⁹ vtriusq; rõne, & si ratione loci, vtrũ sit pungitiuus dolor, qui

Odoratio læsa. *Gustatio læsa.* *Tactio læsa.* *Stupor.* *Paralysis imperfecta.* *Doloris differentia, ratione loci.* *Pungitiuus.*

membranarũ ſolet eſſe proprius,& hoc,quod cũ membrana ſit membrũ ſolidũ ac denſum, vndiq; maxime reſiſtens,nõ ſinit dilatare materiam, ſeu qualitatem dolorem efficientem. An vero ſit tractiuus, qui neruorum ſolet eſſe proprius, cum neruus ſit membrum quod tẽditur vel a caliditate exſiccante, vel materia humectante neruum, ſicuti tendũtur chordæ cytharædorum. An vero dolor ſit laceratiuus, qui membranarum quæ carni commiſcẽtur, ſolet eſſe proprius, in quo membrana videtur a carne diuelli,& ſeparari; an potius perforatiuus, qui videtur quaſi terebello membrum perforare ,membrorum craſſorum proprius, veluti ſunt tria inteſtina inferiora. An vero dolor ſit grauatiuus, qui ſolet eſſe proprius mẽbrorum ægre ſentientium, cuiuſmodi ſunt renes, & epar, quæ non ſentiunt niſi ex cõſenſu membranarum,illa contangentiũ. An vero pulſatiuus,arteriarum duntaxat proprius. Sin autem proueniat ratione materiæ,quæ ipſum efficit,vtrum proueniat,a qualitate ipſius materiæ, an vero ab ipſamet materia,& ſi a qualitate materiæ, vtrum ſit mordicatiuus, qui ab humoris acutie prouenire ſolet, ſeu humor frigidus ſit,ſeu calidus. Nã tametſi aliter caliditas,aliter frigiditas dolorẽ cauſet,nẽpe quod caliditas dilatando continuũ ſoluat, frigiditas vero cõprimendo,& exprimendo, vna tamen ſequitur forma doloris, quæ mordicatiua dicitur.An vero ſtupefactiuus,qui nihil aliud eſt niſi via quædam ad reſolutionem, ſeu paraly-

Tractiuus.

Laceratiuus.

Perforatiuus.

Grauatiuus.

Pulſatiuus.

Doloris differentiæ ratione qualitatis materiæ.

Mordicatiuus.

Stupefactiuus.

sin, id est, amissionem sensus: qui a materia frigida occurrente mẽbro pauci caloris, ac spiritus, & parum resistente contingere solet. An vero sit exasperatiuus, qui a materia sicca occurrente membro sensibili contingere solet, sicuti cũ fauces ab aliqua re sicca exasperãtur. Sin autem proueniat ratione materiæ, an sit compressiuus, qui non a qualitate, sed a materiæ multitudine in aliquo loco angusto contentæ procedere solet. An vero contusiuus, qui a duritie materiæ, sicuti lapidis sui duritie contundentis, & soluentis continuum, progredi solet. Sin autem proueniat ratione vtriusq; simul, materiæ scilicet, & subiecti, seu loci, an sit extensiuus, qui vel a multitudine vel a flatulentia materiæ, & simul angustia loci ꝓcedit, cauitatum membrorum, & musculorũ proprius, a Galeno pro primo lassitudinis specie positus, an vero vlcerosus, qui a materia acri & pungitiua in subiectum sensibile agente procedit, & reponitur in secunda lassitudinis specie, an potius prurituus, qui a materia tenui, penetratiua ad superficiem, & non potẽte difflari in subiectum densum agente procedit, familiaris cuti ratione suæ densitatis. Nam reliqui dolores diuersitatem sumere solẽt ex diuersitate partiũ corporis, veluti dolor colicus appellabitur, qui exercebit colon intestinum: nephriticus qui est acerbissimus renum cruciatus, aut certe vreteris, cui9 est sensus eximius. Articularis qui articulos membrorum corporis, ex interuallis inuadit: cuius arthriti-

Exasperatiuus. *Differentiæ ratione multæ materiæ Compressius.* *Contusiuus.* *Differentiæ ratione vtriusque Extensiuus.* *Vlcerosus.* *Pruritiuus.* *Differentiæ ratione partiũ corporis.* *Colicus.* *Nephriticus* *Articularis estque triplex.*

B

dis differentiæ ex articulorum numero ſtatui ſolent, quanquam tribus duntaxat vſus nomina indidit, hæc ſunt Chiragra, Iſchias, & Podagra. Nã quicunq; alius in alio quouis figatur articulo, generis nomine Arthritis appellari ſolet: Lateris dolor, capitis dolor, qui ſi vehemẽter dolorificus, diuturnus, ac difficile ſolubilis erit, & ex facili occaſione vehemẽtes habẽs occaſiones. 3. de locis aff. & 2. de cõp. med. prin. lo. Cephaleæ nomen acquiret. Sin autẽ recens erit, & caput vniuerſum occupãs, Cephalalgia eſſe dicetur, recens quidem ad differentiã Cephaleæ, totius aut capitis ad differẽtiã Hemicraneæ, quæ tunc Hemicrania eſſe dicetur, vbi affectio capitis doloroſa iuxta dimidiam eius partem aliquando dexteram, aliquando ſiniſtrã prehendet. quas ambas partes diſtinguit ſutura per longitudinẽ ipſius ꝓtracta, ſub qua intra capitis oſſa linea medium cerebrum diuidens protenditur. Hæc ſunt de tactione deprauata, & vitiis ſenſuum exteriorum. Sin autem vitiatus ſit ſenſus interior, an vitiatus ſit ſenſus communis, an vero ſenſus, qui Princeps dicitur. Et ſi vitiatus eſt ſenſus communis, an operetur anima ſenſitiua deficiens a ſomno naturali pluſquam oporteat, veluti eſt vitium illud, quod vigilia dicitur, cuius cauſa ſolet eſſe ſiccitas immoderata. An vero animæ ſenſitiuæ agitatio incipiat ceſſare, ac quieſcere magis quam requirat iuſtus naturæ modus: veluti eſt vitium illud, quod

Lateris dolor. *Capitis.*

Cephalæa. *Cephalalgia.*

Hemicrania.

De vitiis ſenſuum interiorum: & primum ſenſus communis.

Vigilia.

Somnus non naturalis.

ſomnus non naturalis dicitur: cuius cauſa ſolet eſſe immoderata humiditas, quod veluti ceſſatio & requies animæ ſenſitiuæ moderata (quæ ſomnus naturalis dicitur) moderata humiditate fit, ita longior ſomnus naturę terminos incipiẽs excedere, ab immoderata humiditate naſcatur. Et affectio illa, quæ Coma, ſeu Cataphora dicitur, quamquam a Galeno reponatur inter ſymptomata imaginationis deficientis, & infirmæ exſiſtentis ex libro de differentiis ſymptomatum, quod quidem vitium nihil aliud ſignificare videtur Hippo. & Gal. quam propenſionem quandam in ſomnum, tametſi nomen hoc cataphoræ ad duas ſpecies extendatur iuxta Hip. referente Gal. lib. de Comate. Amplius & vitium illud, quod lethargus appellatur, veternus quibuſdam dicitur, quod quidem, & ſi videatur eſſe vitium memoriæ, cum taliter affecti non poſſint meminiſſe eorum, quæ dicuntur, Trall. libro 1. capite 14. vnde etiam obliuio iners dicitur, immo quod etiam ratio perit Gal. 3. loco. aff. & libro de differentiis ſymptomatum, quo in loco, in lethargo imaginationem quoque lædi ſcribit, vt hac ratione & ſi videatur eſſe ſymptoma tũ memorię abolitæ, tum rationis, & imaginationis deficientis, quoniã tamen in hac affectione marcor, & inexpugnabilis pene dormiẽdi neceſſitas percipitur, quapropter huc quoque vitium hoc reduximus. Et vitium illud, quod Caros appellatur, qui

Coma.

Lethargus.

Caros.

qui quidem & si 4.loco.Aff. ponatur esse vitiũ facultatum animalium principum, præsertim imaginationis abolitæ, & sensiuitatis, ac motricũ, spirandi facultate excepta, qua mediante differt ab Apoplexia, tamen huc quoq; huiusmodi affectionem reduximus, quod eius quoq; causa sit frigida, & humida cerebri intemperies a pituita orta, vt hac ratione Aetius hos, qui hac affectione laborãt, curet similiter vt lethargicos, aucta solum attenuatione, & incisione. Sin autem vitiatæ sint functiones principes, an sint diminutæ, cujusmodi est affectio illa, quæ stultitia appellatur, μώρωσις græcis dicitur, Fatuitas etiam dicitur, qua qui cõflictantur μῶροι, hoc est, insipidi appellantur. Cuius affectionis causa 4. de causis sympt. & 3. loc. affec. frigida est & sicca cerebri intemperies, quæ ratione frigiditatis functiones omnes torpidas, segnesq; reddit, quamquam etiã quandoq; ex vehementi concussione, ex ictu, aut vulnere, aut cerebri, aut temporum, quæ id imbecillius fecerit, aut inconcinna cerebri figura, malaq; conformatione, aut certe pauca cerebri substantia, vt quibus caput pusillũ exsistit. An vero sint abolitæ, cujusmodi est vitium illud, quod amentia dicitur, ἄνοια græcis dicitur, imaginationis seu mẽtis priuatio, qua qui affecti sunt, vix mentis inopia loqui discũt. Cuiusmodi causæ, eædem esse solent, quę etiam ipsius stultitiæ, sed valentiores, ac frigiditatis gradu magis intensæ. Cuiusmodi etiam

Vitia sensuum principum.

Fatuitas.

Amentia.

Memoria deperdita. est affectio illa, quæ memoria deperdita dicitur, qua qui affecti ſunt, omnium eorum quæ prius nouerant, obliuiſcuntur, vt cuidam contigit, qui non ſolum non potuit literarum, ſed ne nominis quidem ſui memoriã retinere, ex Gal. lib. de differentiis, & 2. de cauſis ſympt. cuius cauſa ſolet eſſe Hip. & Gal. frigida cerebri intemperies, quæ animales actiones torpidas reddit. 3. loc. aff. & 2. de cauſis ſympt. An potius functiones principes ſint deprauatæ, cuiuſmodi eſt vitiũ illud, quod melancholia dicitur, nomen a cauſa ſortita, cum ex melãcholico ſucco maxime naſcatur 2. meth. & 3. loc. aff. in qua affectione imaginatio ſola læditur, & deprauatur, non autem cogitandi, aut memorandi functiones noxam ſuſcipiunt, in hac affectione. 2. de cauſis ſymptomatum, atq; hoc eſt illud quod ait Gal. 2. de cauſis ſympt. Melancholicæ demẽtiæ varias eſſe ſpecies, prout in ipſis particulatim doloſę imaginationes apparent. Atque etiam vitium illud quod Mania appellatur, latinis inſania, ſeu furor dicitur, melancholiæ adeo cognatum, vt interim furor pro melancholia, interim melancholia pro furore ſumatur: Gal. 6. Aph. 2. in qua affectione ſecundum Aetium imaginatio, & ratio læſæ ſunt, & deprauatæ. 2. de cauſis ſymptomatũ, per quod diſtinguitur a Melancholia, in qua ſola imaginatio eſt oblæſa. Cuius affectionis cauſa 2. de cauſis ſymptomatum ſolet eſſe calida cerebri intẽperies, aut ſola, aut calidis ſuccis

Melancholia.

Mania.

cis

cis aſſociata, quam ob cauſam diuiditur etiã a melancholia, & conuenit cum phrenitide, & deliriis cum febre ortis. Amplius & affectio illa, quæ catoche, ſeu catalepſis dicitur, congelatio etiam dicitur, qua affectione qui corripiuntur permanent in illo habitu, in quo reperiuntur, in qua imaginatio reſoluitur, ſeu aboletur, quamquam etiam reliquæ animæ functiones quodãmodo vitiantur, ſeruata tamen ſecundum naturam ſpiratione, velut in Caro, ex Gal. 4. loc. aff. quo malo quidam ex cõdiſcipulis Gal. correptus fuit, 2. Prorhet. Cuiꝰ cauſa ſolet eſſe frigida, & ſicca cerebri intẽperies, 2. aph. 3. quod magis exprimens Aetius ait, ex atræ bilis humore contingere: argumento illud eſſe poteſt, quod corpus in tali affectione ſtipatur & cogitur ex frigiditate, & ſiccitate, non autẽ laxatur, vt in lethargo, qui a materia frigida, & humida pendet, & Caros etiã, quæ ratione qua in cauſa cum lethargo conuenit ſuperius repoſita fuit. Hactenus de vitiis animæ ſenſitiuæ, & cognoſcitiuæ. Sequitur motiua quæ quidem, aut erit diminuta, cujuſmodi eſt affectio illa, quæ tremor appellatur, qui ſane eſt inuoluntarius motus ſurſum, & deorſum motarum partium ab inuicem. 2. de palp. trem. rigo. & conuulſ. Cuius cauſa ſolet eſſe facultas motiua imbecillior facta, & mẽbri pondus. Etenim dum virtus non ſinit mẽbrum decidere (neq; enim ex toto eſt proſtrata) & membri pondus non permittit virtutẽ

Catalepſis.

Vitia animæ. Motiua. Tremor.

pondus ſublatũ ſeruare, veluti cum valens e-
rat, ſequitur motus quidam compoſitus, qui
tremor appellatur. An vero motio ſit abolita,
Apnœa. cuiuſmodi eſt affectio illa, quæ apnœa, id eſt,
reſpiratio abolita dicitur, in qua motio ea vo-
luntaria, quæ reſpiratio dicitur, penitus aufer-
tur. An potius motio voluntaria ſit deprauata,
Diſpnœa. cuiuſmodi eſt Affectio illa, quæ Diſpnœa græ-
cis, latinis reſpirandi difficultas appellatur, ꝓ-
prie diſpnœa appellata, vbi ita media ſit, vt ex
toto non ſtrangulet Celſo, & Gal.3.de differẽ-
Aſthma. tiis reſp. Et affectio illa, quæ Aſthma dicitur,
quæ cõtingit vbi magis increbuerit hujus an-
helitus difficultas, atque aliud quoque vitiũ,
Orthopnœa. quod orthopnœa appellatur, quæ contingit v-
bi reſpirandi difficultas ita aucta erit, vt iacen-
tes ægri ſuffocẽtur. Quæ ſane affectiones ſecũ-
dum magis & minus inter ſe diſtinguuntur,
quarum cauſa eſſe ſolet in mala compoſitione
Morbus, obſtructio ſane in viis per quas aer
inſpiratur: quamquam interitu etiã conſtrin-
gantur, & coarctentur pro cauſarum diuerſi-
tate, quæ ſecundum Galenum. 4. loc. Affect.
plures eſſe poſſunt: Amplius & affectio illa,
Tuſſis. quæ Tuſſis dicitur, quæ vitium eſt non quidẽ
naturalium, expultricis ſcilicet, veluti nauſea,
vomitus, ſed facultatis voluntariæ motiuæ, ſe-
cundo de cauſis ſympto. quo motu natura co-
natur perpetuo eiicere quidquid ſpiritum in-
tercipit, ſeu humor ſit a capite defluens, ſeu a-
liquid collectum in aſperis arteriis, vt in peri-
pneumo-

pneumonia, & pleuritide, de cuius cauſa ſi ſit adeo vehemens tuſſis, vt nec ſupprimi, nec ꝓhiberi poſſit, morbus ſolet eſſe in via, obſtructio ſane viarum ſpiritus, vbi autem tuſſis non eſt adeo violenta, ſed adeo exigua, vt & ſupprimi, & ne eueniat prohiberi poſſit, cauſa ſolet eſſe non obſtructio, ſed inæqualis intẽperies organorum ſpiritus, frigida quidem, ſecundo de cauſis Symptoma. quamquam etiam calida. 6. mor. vulg. & 4. Aph. 24. a vehementi æſtu, aut aeris, aut febrium ariditate aſperitatem in faucibus inducente, quamquã Tral. a reliquis etiam intemperaturis humida ſcilicet, & ſicca gigni contendat: Amplius & vitiũ illud, quod palpitatio cordis dicitur, ſeu dilatatio, quædã, & depreſſio cordis, ſecũdo de cauſis Symptomatum: quod etſi conueniat cum tremore in eo quod non ſponte, ſed inuite mouetur, in hoc tamẽ a tremore differt, quod palpitationis proprium eſt, majorem & minorem locũ non relicto primo occupare, tremoris autem adeo locum commutare, vt in eadem ſede nõ maneat, cuius cauſa ſolet eſſe frigida cordis intemperies, ſecũdo de cau. Symptomatũ. Arabibus autem & intemperies etiam calida ab aerea quadam ſubſtantia halituoſa, & craſſarũ partium in tanta quantitate exſiſtente, vt dilatare poſſit: Amplius & Affectio illa quæ Spaſmus dicitur, ita a contrahendo dictus, quod fiat cõtractio mẽbri patientis hunc affectum: Latini eodem nomine, & ſcopo Conuulſionẽ appellant,

Palpitatio cordis.

Spaſmus.

Conuulſio.

7

appellant, quæ ſane eſt actio corrupta, præter voluntatem cõtinuo, virtutis voluntariæ motiuæ propter breuitatem factam, a re præter naturã in neruo mouente: in eo quod præter voluntatem fit, a voluntaria, ac naturali motione ſejungitur: in eo autem quod cõtinuo fit, eiuſmodi contractio, ſeiungitur, ab Epilepſia, in qua non fit continuus motus. Cuius affectionis cauſæ quæ breuitatem efficiunt duæ eſſe ſolent. Hip. 6. Aph. 39. nimia humiditas, & nimia ſiccitas: Nimia quidem humiditas, quæ imbibita, chordã quantum efficit craſſiorem & in latitudine auget, tantundem in longitudine breuiorem facit. Nimia vero ſiccitas, quę abbreuiat longitudinẽ, & latitudinem ſimul: quas duas cauſas etiam appellare ſolent, alterã quidem ex humiditate a repletione, alteram vero a ſiccitate prodeuntem ab inanitione. Cauſæ autem repletionis, vel intrinſecæ eſſe poſſunt, vel extrinſecæ, & intrinſecarũ vel remotæ vel proximæ. Qui quidem ſpaſmus, & corporis contractio cũ tripliciter variari poſſit, vel ad partes anteriores, vel poſteriores, vel æquali robore in vtramq; partẽ diſtendendo, (quod contingit quoties vis trahens ad partẽ anteriorem, tantum poteſt, quantum vis quæ trahit ad poſterius) tribus etiã nominibus fuit inſignitus: prima enim ſpecies dicitur Emproſthotonos græcis, ſecunda Opiſthotonos, tertia Tetanos, de quibus Gal. lib. de iectigatione, & ſpaſmo. & 5. Aph. 59. Quarum ſpecierum cauſam

Conuulſionis cauſa quæ breuitatem nerui efficiunt.

Cauſa repletionis.

Spaſmi differentia.

causam in spinæ initio contineri extra cõtrouersiam est: Illud autem non est ignorandum, conuulsionẽ partium variam fieri, pro varietate ipsorum membrorum, vt interdum, in frontis cute, in linguę radice, in maxilla, in labiis, vnde risus fit sardoniꝰ, interdũ in brachio, in manu, in crure, aduersante eo scilicet neruo, aut musculo affecto qui partis motioni destinatus est. In oculo etiã conuulsio facta ita, vt in obliquũ is dimidius torqueatur, vt nequeat amborum vnus aspectus esse, strabilismi nomen obtinuit. Sed hæc de vitiis virtutis motiuæ, & sensitiuæ solitariis. Sequitur vt percurrã vitia sensitiuæ, & motiuæ virtutis simul vitiatarum. In quibus perpendendum erit, an motus, & sensus simul sint diminuti, veluti est affectio illa, quæ incubus appellatur auctoritate Possidonii, vt refert Aetius, præludium, & procemium morbi Comitialis, aut Apoplexiæ. Symptoma omniũ affectionum animaliũ, nempe quod imaginatio deprauetur, motus difficilis euadat, ac sensuum fiat stupefactio, respirationis offensio, vocisq; interceptio, præsertim tẽpore nocturno: cuius causa solet esse crassus ac frigidus vapor ad cerebrum delatus, ejusq; ventriculos obstruens. An vero motus, & sensus simul sint aboliti, cuiusmodi est affectio illa, quæ Apoplexia dicitur, quæ secũdo de causis Sympt. inter Symptomata numeratur omniũ functionũ animaliũ, motiuæ, sensitiuæ, & principum ablatarum, cum in huius

Risus sardonius.

Strabilismus.

Vitia sensitiuæ & motiuæ virtutis simul vitiatarũ.

Incubus.

Apoplexia.

affectione auferatur ſenſus, & motus ſimul corporis vniuerſi ex læſione virtutum exſiſtẽtium in cerebro.3.loc.Aff.vnde prouenit ſenſus,& motus in corpus vniuerſum, cuius cauſam dicit ſecundo de cauſis Sympto.&3.locorum. Affect. propter repentinum eius exortũ non poſſe eſſe morbum ſimilarem,ſeu intemperiem,ſed inſtumentalem, ob principaliorũ ventriculorum cerebri obſtructionem, factã a frigido viſcoſo, & multo humore, frigido quidem,quod calida materia non tollat actiones,ſed illas deprauet,craſſo vero, & viſcido, quod humor tenuis cum ſit fluxibilis, nõ poſſit imprimi in partib⁹ laxis, cuiuſmodi eſt cerebrum,multo vero, vt hoc ratione concludi poſſit huiuſmodi affectionem a pituita ſola (quod de melancholia non eſt, quoniam licet craſſa ſit & frigida non tamen gignitur in tanta quantitate vt pituita)plerunque gigni. Atq; hoc eſt illud quod ait Gal. 1. Aph. 42. corpus ſenile admodum aptum eſſe vt in apoplexiam incidat, cauſæ autem pituitæ erunt omnes illæ extrinſecæ,quæ ipſam procreare poterunt.

Paralyſis.

Amplius & Paralyſis, latinis reſolutio nuncupatur, quæ eſt actio ablata ſenſus & motus ſimul alicuius partis corporis facta ex priuatione animalis virtutis,& ſpiritus, quæ membrũ paralyticatum animare nõ poſſint: Notanter autẽ dictum fuit eſſe actionẽ ablatã motus & ſenſus ſimul, vt ſeiungatur a modis quibuſdã imperfectis ipſius paralyſis auferentibus aut

motum

motum tantum, aut ſenſum duntaxat alicuius partis corporis, vt per hoc ſeiungatur ab Apoplexia, quod vt ait Gal. 3. loco. Aff. cap. 11. in hoc differat Apoplexia a Paralyſi, quod Apoplexia ſit in toto corpore, hæc vero in aliqua parte corporis ſolum. cuius cauſa eſt priuatio animalis virtutis, & ſpiritus, quæ membrum paralyticatum animare nõ poſſunt. huius autem, vel neruorum infrigidatio per quos trãſit ſpiritus animalis, vel ab aere frigido, vel a regione frigida primo ſtupefaciente, dein paralyticante, vt hac ratione, ſecundo de locis Aff. ſtuporem dicat eſſe viam ad paralyſin frigiditate aucta, ipſumque ſenſim auctum paralyſis eſſe nuntium. vel craſſa pituita neruo tenaciter impacta, & impediens, quominus ſpiritus animalis in eam deferatur partem, in quam neruus propagatur, cuiuſmodi ſequi ſolet Apoplexiam, & proprie paraplegia dicitur, periculoſior quã ea, quę fit in ſtupore ſenſim aucto, cum ſæpe in Apoplexiam recurrere ſoleat. Vbi autem non omnes corporis partes, quæ ſub capite ſunt, ſed alterum tantum corporis latus occupabitur, hemiplegia dicitur. cuius cauſa nõ in tota ſpina, ſed in illius altera duntaxat parte inhæreſcit, quamquam etiam a quacunque alia cauſa procedere poſſit paralyſis: velut ab intẽperie frigida a viſcidis humoribus facta in altera cerebri parte, ſeu ſpina, ſeu particulari neruo, & ab inflamatione, & ſcirrho. quin imo a cauſa etiam euiden-

Stupor eſt nuntius paralyſis.

Paraplegia.

Hemiplegia.

ti, vt percussione, & casu, qualem curauit Gal. in Pausaria Syro sophista: sensu, ac motu digitorum manus priuato, quod ex curru delapsus esset. Huc quoque pertinere videtur Affectio illa, quæ conuulsio canina, græce spasmus cynicus, quibusdam oris tortura appellatur, in qua fit resolutio mandibularium musculorum, & deperdũtur functiones animales sensitiuæ, & voluntariæ motiuæ, tametsi quandoque etiam alterum illorũ duntaxat deperdatur. Aut motus, & sensus simul erunt deprauati, cuiusmodi est affectio illa, quæ vertigo appellatur, suffusione, in qua solum fumi, nubes, muscæ, hisque similia volitare ob oculos putantur, grauior exsistens, epilepsia vero imbecillior, vt hac ratione proditum sit a multis, vertiginem ingrauescentem in epilepsiam degenerare, in qua quidẽ vertigine sensus, præsertim visio, & motus simul deprauantur. Cuius causa solet esse inordinatus motus spirituũ in anterioribus ventriculis cerebri exsistentium: hujus autem, vapores crassi turbulenti, spiritibus illis admixti, horũ autem diminutus calor non potens excoquere excrementa, a quo calore diminuto flatus gignũtur, 3. loc. aff. 8. Intelligo autem hoc loco de vertigine fixa & exquisita, quoniam vertigo non fixa ex vaporibus etiam bilis, & a causa calida, vt ex ebrietate, procedere potest. Amplius & affectio illa, quæ epilepsia dicitur, Celso morbus comitialis. quãquam in huius affectione

Conuulsio canina.

Vertigo.

Epilepsia

non proprie auferãtur simul & sensus,& motus,sed diuerso modo vtraque vitiantur,nempe quod ex 3.loc.aff.cum sit ex genere conuulsionis motrix deprauetur, & cum nec audiãt, nec alio sensu aliquid percipiant,ibidem, sensus sint ablati,Ratio quoque simul cũ memoria perit,& aufertur .3.loc.aff.& lib. de differẽtiis symptomatũ. Cuius causa solet esse, non quidem intẽperies,quod,vt ait Gal.2.de causis symptomatũ, generatio & solutio horũ symptomatum subitaria fiat ,sed semiobstructio meatuum ventriculorum cerebri, siue is medius sit siue postremus. Notanter autem dictum fuit, huiusmodi obstructionem integrã non esse, quoniam vbi ad integritatẽ peruenit,non amplius motum corrumpit, & epilepsiam gignit, sed apoplexiæ morbus euadit, quamquam non solum fit epilepsia a materia obstruente, sed etiam ab aura frigida ad cerebrum ascendente, & coarctatoriam faciente obstructionẽ, nõ ratione materiæ obstruentis, sed ratione eiuscemodi qualitatis stimulãtis parietes vasorum circumstantium, & locũ coangustantis,qualem in puero vidisse se scribit Gal. Hæc de vitiis actionum animæ sensitiuæ, tum cognoscitiuæ tum motiuæ simul affectis. Sequuntur vitia omnium actionũ corporis humani simul, quæ quidem vbi erunt imminutæ,cuiusmodi est affectio illa, quæ animi æstuatio appellatur,seu anxietas, tunc initium quoddam sunt, ac veluti præludiũ de-

Epilepsiæ & apoplexiæ differentia.

Vitia omnium simul actionũ corporis humani.

Animi æstuatio.

liquii ipſius animi.quę affectio ſi increſcat,ita, vt non tantum quietem turbet,ſed inordinet motum,& ſenſum etiam auferat,lipothymia, ſeu animi deliquium eſſe dicetur. Sin autem adhuc magis increſcat, ſequitur tertiũ omniũ terribilium, quod ſyncope dicitur, quæ ferit actiones omnes omnium virtutũ, vbi homines remanent abſque ſenſu, & motu,& videtur eſſe ablatio actionum omnium corporis ſimul,ſaltem quo ad ſenſum,quæ quidem tres affectiones differunt exceſſu duntaxat maioris,& minoris,& iiſdẽ ex cauſis progredi ſolẽt, nimirũ ex diminutione caloris innati,& ſpirituum ipſius cordis, cauſata vel a reſolutione, vel ſuffocatione, reſolutionis vero cauſa, erit eorũ inanitio, ſeu euacuatio, aut alimẽti ſubtractio: Alimenti quidem aut intrinſeci,velut tenuioris partis ſanguinis.aut extrinſeci, vt aeris,aut cibi,& potus. ſuffocationis autem cauſa erit,aut multitudo qualitatis contrariæ,veluti aquæ frigidæ,vel multitudo rei ſimilis,veluti ſanguinis nimia repletio, quod athletis contingit. Hactenus de læſione Actionum omnium. Quoniam vero ſuperius agentes de Symptomatibus,diximus aliud eſſe actionem læſam, aliud vero mutatũ corporis excrementum, cumque iam pertranſiuerimus vitia ſingularum actionum corporis humani,occurrit modo vt percurramus vitia excrementorum. In excremento autem perpendendũ erit, An ſit mutatum ratione nimiæ ſuppreſſionis. Et

Lipothymia

Syncope.

II. Mutatũ excrementum, ratione nimia fluxionis.

ſi erit

si erit immutatum, quia nimis fluat, an sit catharrus, qui sane est Sympto. in genere immodice excretorum 3. de cau. Sympt. & est fluxio pituitosa, emanans a cerebro ad subditas partes, facta vel ratione cerebri affecti, vel vt pars similaris, veluti ab intẽperie calida, aut frigida non potente conficere alimentum, & consequenter congregante excrementa, vel vt instrumentum cum nimis repletur ex Gal. 3. de cau. Sympto. vel ratione partium inferiorum, & solent esse ex 3. de locis affectis temperaturę illæ, quæ habent epar, & venas calidas, in quibus tametsi caput sanum sit, multiplicãtur tamen vapores, & pituita ratione membrorum inferiorum. Hæc sane de causis gignentibus catharrum. Sin autem causæ genitum catharrum a capite exturbabunt, perpendendum erit, vtrum huiusmodi depulsionis causa sit, aut copia grauans, aut frigus exprimens, vel æstus liquefaciens, vel balneum laxans, vel perturbans exercitatio, vel animi pathema. An vero fiat sanguinis eruptio ex naribus, cuius causa ex 5. Meth. solet esse triplex, veluti etiam reliquarum eruptionum, aut ratione vasorũ, aut ratione sanguinis, aut ratione virtutis. Et si ratione vasorum affectorum, an sit ratione anastomasis, seu reserationis suorum orificiorũ. An vero per diæresin, seu vasorum diuisionẽ. An potius per Diapedesin, id est, tunicarum rarefactionem. Et si hoc cõtingat per anostomosin, an hoc proueniat propter eorum im-

Catarrhi causa.

Causa catarrhum depellentes.

Profluuii sanguinis triplex causa.

becillitatem, an propter ſanguinis copiam, qui impetu quodam ad os vaſorum ruat, aut propter eiuſdem ſanguinis acrem quampiam, quæ illi extrinſecus euadat, qualitatem. Sin autem hoc eueniat, per diæreſin, an hoc procedat ex vulnere, an contuſione, an ex ruptione an eroſione. Sin autem per Diapedeſin, an cõtingat, ex ipſa tunica rarefacta, ſanguine vero attenuato, (ex his enim duobus oriri ſanguinis eruptionem fatetur Galenus.) An vero ſit cruenta ſpuitio, cuius cauſa, vbi e vaſis ſanguis profluet, ſolet eſſe aut morbus inſtrumentalis, veluti eſt apertio oſculorum ipſorũ vaſorũ, aut vnitas ſoluta, ruptio ſcilicet, aut eroſio, cauſa vero apertionis ipſorũ vaſorum, aut eſt victus calidior, & humidior, aut balnei vſus immoderatior, calidi loci inhabitatio, & anni tempus eiuſmodi. vnitatis vero ſolutæ cauſa, & primum roſionis, aut eſt acrium, & prauorum ciborum eſus, aut inedia longior paulo: ruptionis autem cauſa, aut erit externa, vt quiuis vehemens motus, aut interna, veluti humorum abundãtia, ſeu ſanguinis copia. 4. loc. Aff. aut nimia frigiditas, quemadmodum de aqua frigida narrat Hip. 5. Aph. 24. quæ dum tunicas duras efficit, & extenſioni contumaces, eas ruptioni paratas reddit. An vero ſit cholera affectus ille ita vocatus, cũ ventriculus adeo moleſtatur, vt & ſuperne, & inferne conetur excernere. 3. de cauſ. Sympt. Barbaris paſſio cholerica dicitur, quamquã 3. de cauſis

Exſpuitionis cruentæ cauſa.

Choleræ cauſa.

Sympt.

Sympt. nõ ad excrementa immutata, ſed ad actionum læſionem, nempe ad deprauatã expultricem videatur huiuſmodi affectionẽ reducere. Cuius nimiæ excretionis cauſa ſolet confluere, vel e ſuo folliculo, vel e iecore, vel e pancræis, vel ab inteſtinis, ſtomachoque, e quibus cumulata, ac ſupra modum aucta, naturæ grauis atque infenſa exſiſtens, huc illuc impellitur, ac diffluit. An vero ſit Dyarrhæa, ſeu alui profluuium, quæ affectio. Gal. 1. de mor. vulg. eſt deiectio, & ſemper, & aſſidue humidorum execrementorũ abſque Dyſenteria, Lienteria, atque Teneſmo, cuius confluxus cauſa varia erit pro varietate excremẽti exeuntis, humoris enim pituitoſi, inteſtina craſſiora, & meſenteriũ, quod in his locis cumulari, & concreſcere ſoleat: tenuis vero ſpumoſæq; pituitæ caput, quod eam deiicere ſolet in ventriculum, atque inteſtina: dulcis & diſſolutæ pituitæ, habitus corporis vniuerſus Hippoc. Bilioſi vero humoris, iecur calidius aut cyſtis fellis, quãquam etiam quodammodo e venis majoribus, atque e corporis habitu prorumpere ſoleat. Melancholiæ vero e liene. An vero ſit cruenta alui deiectio, quæ eſt cruoris ſine dyſenteria, atque tenaſmo effuſio. cuius cauſa, presertim ſi non verus cruor exſiſtat, ſed dilutus, & recentis carnis loturæ perſimilis, erit iecoris imbecillitas, e quo dimanabit. ſin autem purus ſit, ac rutilus, apertio hemorrhoidum erit, quæ illum proxime

Diarrheæ cauſa.

Alui cruenta deiectionis cauſa.

Mictionis cruenta.

e vena caua ꝓfundet. An vero mictio sit cruēta, quæ etiā sanguinis renum profluuium appellabitur. cuius causa solet esse aut imbecillitas retentionis, & etiam alterationis ipsorum renum, hujus autem, aliqua intemperies, aut morbus in compositione, veluti nimia amplitudo osculorum vasorum, vrinā ad renes excolantium, Aut vnitas soluta, huius autem aut ruptio, aut casus ab alto, aut oneris grauioris gestatio, aut quid simile. Gal. 4. Aph. 75. Rosionis vero humorum acritudo, aut quæ præcesserit inflammatio. An vero sit vrinæ incontinentia, in qua præter voluntatem vrina excernitur, 6. loc. Aff. cuius causa solet esse nō quidem læsio functionis naturalis facultatis ipsius vesicæ, sed animalis musculi quæ ablata sit. cuius causa solet esse intemperies frigida præcipue, veluti in piscatore percepit Gal. qui adeo circa sedem, & vesicam erat infrigidatus, vt ipso inuito affluerent, & excrementa, & vrina, & causæ omnes, quæ prohibere possunt animalis facultatis transitum ad prædictū musculum, de quibus in paralysi mentio facta fuit, An vero sit Diabetes, quæ est velox, ac exsuperans exitus per vrinam, ejus, quod potatū est, a sua qualitate non mutati. 6. loc. Aff. cuius causa est læsio trium functionum ipsorum renum, Attractionis quidem deprauatæ, qua ratione primo de crisibus assimilat hanc renum appetentiam propter quam attrahūt, cupiditati in ore ventriculi, cum canina molestatur

Vrinæ incontinentia.

Causa Diabetis.

appe-

appetẽtia, retentionis vero, & alterationis abolitarum, qua ratione ait, 6. loc. Aff. infirmos in hac affectione exsuperãter id reddere quod biberunt, eo a sua qualitate nõ mutato. Quarum læsarum actionum causa Paulo, & Alexãdro est intemperies, & immodica renum caliditas. Addit Aetius, ob vitiosos humores renib⁹ imbibitos. An vero ictericia citrina, quæ tametsi inter Sympt. qualitatum corporis immutatarum, præsertim visibilium, quod circa colores consistant, lib. de differentiis Sympto. enumeretur, tamen 3. de causis Sympto. ad excremẽta immutata a Gal. reducitur, quæ quidem affectio est citrini, & biliosi humoris in cutẽ, & in corporis summa effusio. cuius causa 3. de causis Sympto. Gal. triplex est, vel vitio particulæ quæ excrementum expurgat, vel ratione viarum, per quas expurgatur, veluti ex obstructione meatuum ad bilis cystin pertinẽtium, vel ratione ipsiusmet excrementi, veluti contingit ex iecoris caliditate, cuius vi pars maxima vertitur in bilem, quamquam quandoque etiam ex crisi biliosa, nõ febrium contingat, qua noxiam materiam natura ex alto corpore in summum, forasque propellit. An vero sit ictericia nigra, quod Sympt. etsi Gal. reponatur inter qualitates corporis immutatas lib. de differentiis, & 3. de cau. Sympto. huc tamen nos illud reduximus, quod & ictericiã citrinam ad excrementa immutata reductam viderimus. cum etiam huiusmodi affectio ni-

Ictericia citrina.

Ictericia nigra.

hil aliud ſit, quam melancholici humoris in cutim,& in ſumma corporis effuſio,cuius cauſæ itidem ſunt, vel ratione particulæ, quæ excrementũ expurgat, liene ſcilicet adeo exſuperante, vt exurgentia illius portionem refundat in venas, aut ratione viarum veluti ex obſtructione venæ e portis iecoris in lienem directæ,qua ſanguinis fex deducitur,atque expurgatur:aut ratione ipſius excrementi,veluti cum a iecore adeo hic humor procreatur, vt totus lienis vi elici, expurgarique non poſſit. B

Cauſæ redundantiæ lactis.

An vero ſit lactis redundantia, quæ eſt affectio,in qua lac multum e mammis effluit.Cuius cauſa ſolet eſſe & ſanguinis multitudo, & eius bonitas,ex qua lactis redundantia, vbi nõ excernatur, ſolet ſequi affectio illa quæ lactis in caſei ſpeciem conuerſio dicitur, ſiue lac in grumos conuerſum, quod fit ob lactis copiã, & eiuſdem craſſitiem.

Menſium immoderatæ fluxionis.

An vero ſit, menſium fluxio immoderata,quæ eſt affectio,in qua nõ tempeſtiue, neque ad animalis commodum exeunt menſes,ſed intempeſtiue, & cum noxa, quæ mulieribus infertur. Cuius cauſæ ſolent eſſe, aut ratione virtutis eiuſq; aut membri mandantis,aut vteri recipientis,aut ratione ſanguinis,aut quantitate,aut qualitate peccantis,aut ratione viarum, & vaſorum, & horum aut per ruptioné aut per reſerationem, aut per eroſionem.

Gonorrhœa.

An vero ſit ſeminis profluuiũ, gonorrhœa dicitur, in quo affectu ſemen inuite,& inuoluntarie excernitur. 6.loc. aff.

aff. cole haudquaquam extento. Cuius immutationis in ſemine, cauſa ſolet eſſe actio læſa ſpermaticorum vaſorum, retentionis ſcilicet imbecillitate. Aut vt ait Gal. reſolutione, huius autem imbecillitatis cauſa quæcunque intemperiei ſpecies, præſertim humida, & calida, aut calida, & humida ſimul. Intemperiei vero cauſæ erunt progreſſæ victus ſane, & huiuſmodi, quamquam cauſæ etiam huiuſce ſeminis excretionis eſſe ſoleant, nimia ſeminis copia coarcernata, aut eiuſdem ſeminis qualitas. Acrimonia ſcilicet, & tenuitas, quæ retentionem excitat & ſtimulat; An vero ſit fluor muliebris, quæ quidẽ eſt affectio, quoties non quidem ſyncerus ſanguis effluit, veluti in mẽſium fluxione contingit, ſed vitiatus aut ſanguis, aut aliquis alius humor, ab vniuerſo corpore fluens, vt per vterum expurgetur, ipſo vtero haudquaquam affecto, Gal. 3. de cauſa ſympt. & 6. loc. affe. Cuius cauſa ſolet eſſe aut virtus vitiata, aut ſanguis. Et ſi virtus aut retẽtio imbecilla, aut expultrix immodice concitata, aut vtraque ſimul læſa: debilitabitur autẽ retentrix, a copia, & a ſeroſitate ſanguinis. Cõcitabitur autẽ expultrix ab eius qualitate, ſanguis vero vbi ſeroſus euadet, ſeroſitatis autem cauſa erit, vel fruſtratio ſanguificæ facultatis, vel eius quæ tenue, & ſeroſum ſeparat, quamquam & ratione cutis inſpiſſatæ, & ex renibus occluſis lib. de diff. ſympt. Hactenus de excrementis immutatis ratione nimię fluxionis. Se-

Fluoris muliebris.

Excrementa immutata ratione suppressionis. quitur, vt percurramus excrementa immutata ratione suppressionis. In quibus perpēdendum erit an sit ischuria, quæ sane est totalis vrinæ suppressio. Cuius causa solet esse propria *Causa ischuriæ.* eius actionis oblæsio, quæ est vrinæ excretio. Huius autem causæ erunt, aut vesicæ imbecillitas, aut oris eius occlusio, vbi fortis erit ipsa vesica. Causa autem imbecillitatis vesicæ erit, aut intemperies, frigida præsertim, vel affecti vesicæ nerui, & quasi stupefacti, qui cum affecti sint, neq; molesti excrementi irritationem percipere queant, vrina intra continetur. Sin autem vesica fortis sit, causa erit occlusio sane oris seu meatus, qui vrinæ fistula appellatur. Occlusionis autem causa erit, aut conniuentia in seipsum ex nimia siccitate, aut tumor aliquis, aut lapis in ore genitus, aut pus, grumus, vel crassus, lentusque humor. 1. loc. aff. An vero sit stranguria, quæ est affectio, in qua stillatim fit vrinæ excretio, & parum & frequenter *Stranguria.* mingitur. 5. apho. 58. Cuius causa duplex assignatur Gal. ibidem, aut retentionis vesicæ imbecillitas, aut vrinæ acredo mordens. 10 Causa autem imbecillitatis vesicæ, aut est intemperies, frigida præsertim. 6. loc. aff. aut tumor aliquis præter naturam, aut vlcus. Causa autem acredinis vrinæ erit, intemperies calida, & sicca. 3. aph. 16. quamquam demorsus fieri possit non solum ab vrinæ acredine, sed etiā ab humoribus, qui sunt in venis, & vniuerso corpore, & renibus vitiatis, præsertim purulentis

lentis 5.aph.58. An vero ſit calculus, qui ſane eſt corpuſculum durum, toto genere præter naturam, inſtar lapidis, ſeu tophi, in ſubſtãtia, ſeu in ſinibus renum genitus, quamquam Gal. lib. de diff. mor. reponatur inter morbos in numero. Cuius cauſa materialis humor craſſus, ac lentus eſt Gal. quamquã admixtum poſſit habere etiam omne aliud humoris genus. 6. de mor. vulg. huius autem aſſiduæ cruditates Aetio, quæ incoctæ, ac crudæ permanẽt. Cauſa vero efficiens calculi, & lapidum, & ſi tum frigiditas, tum caliditas eſſe ſoleat, tamẽ quod in animali tanta frigiditas reperiri non poſſit, ignea ſolum renum caliditas, ſeu ardor circa renes nunc vehemens, quandoque vero non ita vehemens, cauſa eſſe ſolet Gal. lib. de ren. aff. dig. & curatione. An vero ſit lactis defectus, cuius cauſa ſolet eſſe vitiũ ipſius ſanguinis, aut paucitas, aut vitioſitas. Paucitatis vero cauſę erunt, aut nimiæ euacuationes, aut exercitia, aut vigiliæ, & huiuſmodi alia, quæ corpus vniuerſum calfacere, & deſiccare poſſunt, 5. ſimp. quamquam cauſa etiam eſſe poſſit in ipſis mãmillis, aut macilentis, aut aridis, intẽperie ſicca laborantibus. Cauſa autem vitiati ſanguinis in qualitate, erit cacochymia aut bilioſa, aut pituitoſa, aut melancholica, & horum cuiuſque aliæ quoque cauſæ. An vero ſit menſium ſuppreſſio, cuiuſmodi cauſa duplex eſt Gal. 3. de cauſis ſympt. aut in vtero, aut in vniuerſo corpore. Vteri quidem aut denſi, aut duri, ſiue id

Cauſa calculi.

Defectus lactis.

Suppreſſionis menſiũ.

natura, ſeu poſt contractum fuerit, aut venarum anguſtia, aut obſtructio vaſorum ad vterum pertinentium. Horum autem cauſa, aut ſanguis craſſus, & glutinoſior, aut tumor aliquis & inflammatio: Vaſa & venas anguſtãtia. Sin autem cauſa fuerit, in vniuerſo corpore, id erit, aut ratione cauſarum internarum, aut externarum, internarum quidem, veluti temperaturæ corporis vniuerſi, aut calidioris aut frigidioris, quod altera nimis reſoluat, altera vero, quod ſanguinem nimis incraſſet, & vias obturatas retineat. Huc quoque pertinere videbitur habitus corporis vniuerſi, aut nimis gracilis, aut nimis obeſus, gracilis vero, aut natura, aut morbi diuturni ratione, aut præcedentis ratione euacuationis, vel per ſudorem, vel aliunde factã, præſertim per venæ ſectionem, ex cubiti venis, quod hæc ſanguinem ad uperiores partes retrahens, menſtruas purgationes cõprimat, Gal. lib. de curãdi ratione per venæ ſectionem, ꝙ gracilis nihil ſuperflui ſanguinis habeat, obeſus vero cũ ſanguinẽ in pinguedinẽ trãſmutet, venulas minores q̃ par ſit efficiat. Sin aũt fuerit ratione cauſarũ euidentiũ, aut ratione ciborũ, idq; aut qualitate aut quãtitate peccantium: quantitate, aut excedente, aut deficiente, quod excedẽs meatus obturet, & excretionem intercipiat, deficiens vero illico tranſpiret. An vero ſit mola, quæ Gal. 14. de vſu partium, & 14. meth. eſt caro inutilis, atque informis, quæ vtero geſtatur, quæ

Mola.

quidem

quidem affectio, etsi 14. meth. med. reducatur ad morbos in compositione speciatim in numero, veluti est lapis in vesica, huc tamen ad excrementa suppressa nos illã reduximus, idq; ratione suarum causarum fecimus. Cum huiusmodi affectionis causæ Hipp. & Gal. libr. de mor. muliebribus, & lib. de sterilibus sint cõceptus multorum mensium cum modico & morboso semine, mensium quidem tanquam materia molæ: Semine vero modico, & morboso, id est, calorem imbecillum possidente, tanquã causa efficiente, quod a Gal. expressum fuit. 14. de vsu partium, vbi subuentanea, inquit, oua gigni ab imbecillo calore, veluti & molã. An vero sit secũdina derelicta, ita dicta, veluti secundum domicilium, ac receptaculũ, ab vtero, & velut fœtus indumentũ, quæ quidem affectio huc quoque reducta fuit, quamuis morbus in numero quibusdam sit. Cuius detentionis causa solet esse, aut ob vteri clausum, ita vt foras prodire non possit, aut quia circa aliquam vteri partem instar pilę, sit conuoluta, aut quia vteri fundo adhuc sit connexa. An potius sit lumbricus, qui & ipse libr. de diff. mor. & 14. met. inter morbos in numero reponitur, huc tamen illum reduximus, quod excrementum sit ortum ex putribus humoribus retentis, & corruptis a vehemẽti, & vberrimo calore vitam assumens, aut longus, & teres sit, aut breuis & latus, aut exiguus, tenuis, simulque teres, cuius causa Gal. est putredo,

Causæ relictæ secundinæ.

Lumbricorum.

putredinis vero huius materiam accomodam exprimens Paulus Aegineta ait, esse crudam, crassam, pituitosamque materiam, huius autẽ cibaria corrupta, quod nullus alius humor a pituita, materia possit esse lumbricorum generationi accommoda. Non bilis quidem, ꝙ eos sui amaritudine poti⁹ interimat, vt inquit Paulus, melancholia vero ratione frigiditatis, & siccitatis longinqua sit ab animalis vita, sanguis vero, quod quum naturalis exsistit, nutritioni est, non autem corruptioni aptus, sin autem sit pręter naturam, cum necessarium sit, vt effundatur ad intestina, quo in loco gignitur lumbricus, necessarium est etiam 6. aph. secundo aut vt calefiat, aut infrigidetur, & cũ calfit, vt suppuretur, cum infrigidatur, vt in grumos vertatur. Hactenus percurrimus affectus omnes simplices, & solitarios nempe causas, & morbos, & symptomata solitaria. Sequitur modo, vt percurramus affectus simul implicitos, & associatos, quod affectus simul complicati artem curandi varient, & medicamenta etiam simul componere, & complicare cogant. (nisi forte in vno simplici pluriũ vsuũ vis reperiatur) qua ratione vbi adest simplex vulnus cum contusione, plures etiam curandi scopi simul impliciti consurgunt, vnus quidẽ a vulnere medicamentorum glutinantiũ, alter a contusione digerentium, aut coquentiũ, tertius a dolore, vel in parte icta, vel etiam illi continua, & is scopus anodinorum, vel si hæc

Ex humoribus sola pituita est materia lumbricorũ.

2. Affectus cõpositi variant artem curandi.

Scopi curatiui vulneris cum contusione.

non ſufficiunt, narcoticorum, vbi videlicet omnibus victis, horum maxima erit neceſſitas. Et in affectib. pulmonis pro eductione craſſi, & lẽti humoris, plures vires ſimul miſcemus, veluti incidentia, tenuantia, tergentia, expulſioni parantia, purgantia, & lenientia, ne exaſperatio dolorifica his ſuccedat: & in omni ferevlcere conueniũt vires ſimul cõplicatę, exſiccatio ſcilicet, & terſio, quod ei perpetuo fere adſit ſanies & ſordes qua ratione Gal. 1. de med. ſecundum genera in morbis cauſæ aſſociatis: Vlcera, inquit, tum ea quæ ex humorum confluxu, vel multorum, vel acrium oriuntur, ita vt locus affectus huiuſmodi in ſe diſpoſitionem non habeat, Dyſepulotica appellata, hoc eſt ægre ad cicatricem peruenientia, tũ ea quę dictã diſpoſitionem ſortiuntur cacoethe, hoc eſt, malignantis naturæ appellata, ea medicaméta requirunt, quæ abſq; roſione, & morſu deſiccent, quæq; præterquam non erodãt, aut manifeſte aſtringant, detergere etiam poſſint, ſed thuris etiam aliqua portio, inquit, eſt indenda, vt vlcerum malignorum diſpoſitio coquatur & ad ſuppurationem perueniat. Et ibidem: vlcera, inquit, in quibus acre & mordax aliquod fertur, ex aqua potius maceranda ſingula ſunt, quemadmodum ex vino, vbi copioſus humor vlceribus influens apparet. Et 2. de med. ſecundum gen. Vlcus, inquit, cauum vt curetur, ſumminiſtrantibus ſuccreſcentem aliam carnem loco deperditæ indiget. cum au-

Pulmonis affectuum.

Vlcerum.

Dyſepuloticorum.

κακοηθῶν.

Thus vlcera ducit ad ſuppurationem.

Vlceris caui curatio.

tem hoc fieri non posse cognoscamus, vbi in vlcere sordes, aut copiosa humiditas aderit, quapropter medicamentis detersione sordē auferentibus, humorem exsiccatione discutientibus vtimur. Et ibidē, proposito emplastro viridi Galli vlceribus sordidis, humidisq; ex rosaceo liquefacto, inquit, proderit: pura vero vlcera erodit: ac proinde, inquit, impuris admiscendum esse cerato liquido ex cera, & resina confecto, vel ex rosaceo, vel oleo liquato. Et ibidem: vulneribus inquit, magnis glutinantibus, expurgandis sordiciebus maxime vtile esse viride Hecatondracmon. Et eodem loco vlcerum, inquit curandorū consilia sunt sordidis adhibere abstergentia, profluentibus exsiccantia, atque ad id quod in fluxu est, repellentia, & vbi copiosum, & contumax est quod fluit, fluoris causa prius est amputanda, & vlcerum inflammatorum prius, inquit sanandam esse phlegmonem, & carnem intemperatam ad temperiem esse reducendam. Et ibidem: sinus, inquit, impleatur medicamento isis vocato, aut Macherionis emplastro liquato ex copiosiori oleo per foratum cornu infuso, meraciori quidem, quum sinus oppletus est sordibus: soluto vero ex oleo largiori, cum magis purus exsistit: rosaceo vero liquato, cum phlegmones paruæ adhuc infestantis est suspicio. Et ibidem: Fracturis, inquit, caluariæ potissimum, emplastra quædam cephalica catagmatica nominantur, quibus inest facul-

Sordidi.

Scopi curatiui vlcerū.

Fractura caluaria.

tas

tas abstergendi, digerendi, & siccandi. Pleriq; etiam paululum ex astringentibus pharmacis eis admiscent, vt id quod affectis partibus influit, repellatur, & abstergentium facultas in altum vsque descendat, quale est catagmaticū Asclepiadis ad confirmanda fracta ossa. Et 4. de medicamentis secundū genera . Medicamenta, inquit, dysepuloticis, malignisq; vlceribus cōuenientia difficilima inuētu sunt, quod ex contrariis viribus constare debeant; quarum quædam influentem humorem repellant, alia infixum parti discutiant, influxum autem reprimant astringentia, impacta digerant, quæ trahendi potestate prædita sunt, astringentia autem exasperent, trahentia ex alto humores non citra acrimoniam id faciāt, acrimoniam dolor sequatur, dolor iterū humorem influentem irritet, humor in vlcere phlegmonem excitet. Et ibidem: vlceris, inquit, sordes, humorq; quoniam pharmaci rosionem exsoluit, quapropter perpendendum esse, inquit, quantum humiditatis, ac sordium in vlcere medicamentorum desiccet primus vsus, quantum secundus, quantum tertius, & eodem in lib. Vlcus, inquit, vbi in partib. circumiacentibus phlegmonem ambientē habebit, phænicino emplastro partes circumiacentes imbuere oportebit ex oleo liquato, nō quouis, sed vbi rubor, atque caliditas in adiacentibus vlceris partibus dominabuntur, astringente, & refrigerante erit soluendum,

Catagmaticum Asclepiadis ad ossa fracta.

Vlcus phlegmonodes.

velut mirteo, melino, omphacino, vbi durities conſpicietur, liquandum erit oleo veteri, vel ricinino, vbi nihil in ambiente vlcus loco apparebit, tutius, inquit, erit repellens medicamen regioni ſupra poſitæ vlceri applicare, vt repellat ſi quid influit. Et ibidem: vlcus, inquit, vbi varice erit aſſociatum, exſcindenda erit, prius auſpicando a venæ ſectione, dein pharmaco purgante melancholiam, poſtea venam vlceri ſupra poſitam in longum ſcarificando, poſtea venæ ſectæ medendum, quæ vbi cicatricem viſa erit recipere, malignum poſtea vlcus erit curandum. Ad eundem modũ, inquit, progredientes vbi vlcus aſſociatũ erit lieni male affecto, aut iecore, aut corpore exſiſtente plethorico, aut cacochymo, poſtea vlcus valde ſordidum maxime abſtergentibus, ab iis ad mitiora ſecundum deficientiam ſordis, & vlceris puritatem, modo ſordes ab acri medicamento non ſit inducta, ſed diſcernetur, inquit, ſordes ab acri medicamento excitata, ab ea quam vlcus propria ratione produxit, quod vbi a medicamenti acredine ſordes accreuerit, maior vlceris cauitas, oræque rubentiores, & calidiores effectæ cernantur. Et ibidem epulotica deſcribit medicamenta, eaque diuerſa pro affectus diuerſitate, quod vlcus cauum, & purum a mediocriter ſiccantib. medicamentis curetur: ſordidum vero & malignum, & oris duris, & prætumidis quidem, ſed carne iuxta cutem fluida, validiſſime ſiccantia

Vlceris cum varice curatio.

B

Curatio vlceris aſſociati aliis affectibus internis.

Sordium differentia.

Vlcus cauũ & purum. Sordidum & malignũ.

cantia

cantia requirunt. Et 5. de medicamentis secũdum genera, Pharmaca, inquit, ad multos vsus vtilia (polychresta appellãtur) excogitata sunt, quod contraria sint non solum secundum primas, sed etiam qualitates secundas, quale est illud Panacia Horæ inscriptum ad omnẽ malignitatem vlcerũ mire conducens, rumpens, atque dissoluens quidquid corruptum est, omnem sanguinis eruptionem supprimẽs, hæmorrhoidas ipsas consumens, & tabefaciens, omneq; vlcus quamuis agreste mitius statim reddens, quod marrubium, non autem selenion recipit. & hoc quod selenion acre sit, & ratione acredinis irritans, mordens, calfaciẽs, & fluorem concitans ad affectas particulas, amarum vero exsiccet citra morsum, atque calorem, eoque exulceratis conducit. Thus cõcoquens, & pus mouens, intemperatis naturis præsertim, oleum leniens, ac pharmaca valida obtundens. Terra Anpelite tum siccans, tum digerens, chalbanum emolliens, concoquens, leniens, atq; dolorem sedans, terebinthina detergens, discutiens, & etiam concoquens, bitumen siccans, Propolis attrahens. Mel siccans, digerens, putrescentibusq; maxime congruum, & a putredine seruans, mel, & aloe citra rosionem siccans. Et 2. de medicamentis secundum locos. Capitis, inquit, dolor ob plagam ortus, multos medendi scopos habet ad inuenienda præsidia, vnus circa vulnus, quod postquam fuerit constrictũ fibulis,

Polychresta.

Panacia Hora.

Marrubiũ.

Selenion.

Acria.

Amara.

Thus.

Terra Anpelite.

Galbanum.

Terebinthina.

Mel.

Scopi curatiui in dolore capitis a plaga orti.

glutinantia, & arcentia phlegmonem medicamenta postulat: secundus contusioni est intétus: tertius totus in doloribus est, qui interdum quidē in ipsis solis percussis partibus fiunt, plurimum etiam ratione connexionis ad vicinas etiam partes se extendunt, & ibidem in dolore capitis a ventriculo exorto, quod affectus capitis proprius non est, sed ab humorum noxiis vaporibus a ventriculo volitantib. exortus, quemadmodum etiam ob id genus succorum aliis suffusorum symptomata eueniunt, capiti adhibenda remedia non esse dicebat Gal. sed quam celerrime, qui in ventre consistunt succi vacuandi. Et 4. de medicaméntis secundum locos in affectibus oculorū narrabat, quod si quis priusquā caput ab humoribus ad oculos diffluentibus purget, vtatur obturantibus pharmacis, vehementes dolores ob tunicas distentas inducet, & ob multitudinem influentium humorum, aliquando ipsam rupturam; aut erosionem pariet. Et 5. de medicamentis secundum locos loquens de dentium perforatione seu rosione: Corporum, inquit, erosorum medela erit, resiccatio vitiati influentis humoris, qui si paucus fuerit, per localia, exsiccantiaq; auxilia absumetur: si vero multus, vniuersi capitis prouidentia est habenda, quod quidem si ob vniuersum corpus affectū sit, huic etiā est ꝓspiciendum: quapropter cum in arte medendi tanti ponderis sit affectuum simul implicitorum

a ventriculo exorti.

Affectus oculorum.

Dentium erosio.

12

torum cognitio, vt ex Gal. vidimus, ſequitur vt ars curandi implicita rectius inueniri, & implicatis affectibus recte accommodari poſſit, vt ſingulas affectuum complicationes reperiamus, hinc ſumto exordio. Porro affectus impliciti, aut erunt eiuſdē generis, aut generis diuerſi. Et ſi eiuſdem generis, aut erunt ſimiles, aut diſſimiles, aut contrarii. Et ſimiliunr, aut erunt cauſæ ſimiles, aut morbi ſimiles, aut ſympt. ſimilia. Et diſſimilium, aliud cauſæ diſſimiles, aliud morbi diſſimiles, aliud ſymp. diſſimilia. Et ſi contrarii, aliud cauſæ contrariæ, aliud morbi contrarii, aliud ſymptomata contraria. Sin autem erunt impliciti, & generis diuerſi, aliam curationem poſtulabant ſimilia, veluti cauſa morbus, ſimilia, cauſa ſymp. ſimilia. Morbus ſympt. ſimilia. Cauſa morbi ſymp. ſimilia. Aliam diſſimilia, & ex diſſimilibus aliud cauſa, morbi diſſim. Aliud cauſa ſympt. diſſim. Aliud cauſa morbi ſympt. diſſimilia. Aliā contraria, & ex contrariis, aliud cauſa morbi contraria, aliud cauſa ſympt. contrarium; aliud morbi ſympt. contrariū, aliud cauſa morbi ſympt. contrarium. Atque hoc eſt illud cur in morbis ſimilibus, veluti ſi trachæa arteria aſperitate, & duritie laboret, a ſiccitate ortæ, vnde tuſſis, & vox vitioſa ſequantur, ſimilibus etiam medicamentis ſint depellendi, veluti componendo ſimul emplaſtica cum molliētibus, emplaſtica pro tollenda aſperitate, pro duritie emollientia, veluti tragacanthum, aut

Affectuum compoſitorum complicatio.

Morbi ſimiles.

Tuſſis & vocis vitia taa ſiccitate, curatio.

mucilaginem seminũ maluarum, aut altheæ. sirupum violaceum, aut confectionẽ ex succo tussilaginis, ex quib. formatur eclegma. Causas vero similes, veluti in scirrho pendente a materia pituitosa crassefacta, & indurata, & pituita tenui, & viscosa, emollientibus simul & abstergentibus, complicatis eas depellunt veluti bdellio ammoniaco, emollientibus calidis, & siccis vsque ad secundum gradum, admiscentes mel, lupinos, aloen, aut intra aut extra medicamenta admoueantur. Sympt. vero similia, veluti dolor colicus, a materia crassa inclusa intra tunicas cum alui astrictione, cum similia sint, ex eo quod vtraq; a constipatione proueniunt, aperientia lenientibus, & abstergentibus simul commiscendo erunt pellenda, veluti in clystere oxymelitis simplicis, ptisanæ collatæ singul. vnc. iiij. admiscentes olei camomellini vnc. iij. a quibus habemus abstersionẽ, incisionem, & apertionem, & discussionem eius quod est abstersum. oleũ enim non multum calidum imponendum est, ne nouæ materiæ attrahantur. Vbi autem morbi erunt dissimiles, medicamenta ex qualitatibus dissimilibus insignita, miscẽda erunt, veluti in frigida & humida ventriculi intemperie, cum excoriatione ęsophagi, baccas myrhtorũ summach ad excoriationem facientia, ratione frigiditatis, & siccitatis, acerbitatis & astrictionis cum absinthio, rhabarbaro, & huiusmodi calidis & siccis abstergentibus, & incidentibus facien-

Causæ similes.
Scirrhus a pituita.

Symptomata similia.
Dolor colicus a crassa materia.

Morbi dissimiles.
Ventriculi intemperies frigida & humida cũ excoriatione oesophagi

facientibus ad frigidam & humidam ventriculi intemperiem. In causis vero dissimilibus, veluti in corpore atra bile, & ruffa repleto, cũ medicamento etiam habente facultates dissimiles procedemus, veluti sach. aut succo granatorũ, dulciũ aut pomorũ dulciũ ad atrã bilẽ facientib. ratione caliditatis, & humiditatis ratione dulcedinis, & emollitionis admiscentes aquã, seu decoctũ violarũ, lactucæ, & huiusmodi facientia ad bilem ruffam, ratione frigiditatis, humiditatis, insipiditatis, aciditatis, emplasticationis, & contemperantiæ. Ad eundẽ modum in symptomatibus dissimilibus, veluti in dolore colico, & syncope ob spirituum inanitionem. Anodyna quæ calfacientia sunt in primo gradu, & discutientia pro dolore admiscentes nutrientibus, calfacientibus, & odoratis, veluti oleum amygdalarum dulcium, cum vino maluatico, vbi vero morbi erunt contrarii, medicamento habente facultates contrarias, veluti in vlcere intestinorum cum obstructione epatis, cum vlcus astringẽtia requirat, obstructio vero aperientia, admiscebimus sigillum lemnium, seu terram sigillatam, cum fœniculo, spica, cinnamomo, semper aduertentes, vbi affectus impliciti erunt contrarii, vt Hydrops cum febre, vrgentiorem, medicamentum energiæ maioris postulare. In causis vero contrariis, veluti in hemitritæo pendente a pituita, & bile simul, decoctiones iubebimus habentes vires contrarias ex hor-

Causæ dissimiles. *Bilis atra & ruffa.* *Symptomata dissimilia.* *Colicus dolor cum syncope.* *Morbi contrarii vlcus intestinorũ cum obstructione epatis.* *Hydrops cũ febre.* *Causæ contraria.* *Hemitritæus pendẽs a pituita & bile simul.*

deo, vel endiuia cum pipere, cinamomo, absinthio, & huiusmodi. In symptomatibus etiã contrariis, veluti in inflammatione exsistente in principio cum dolore, quæ sane cum postulet repellentia frigida, dolor vero anodyna calfacientia, calfacientia aũt augeant inflammationẽ, & defluxũ, infrigidantia aũt dolorẽ, admiscemus simul infrigidãtia cũ calfacientibus, habentes vtriusque rationem. Sed hæc de affectibus implicitis, & arte curandi cum remediis implicitis habentibus mixtas facultates depellendi affectus implicitos eiusdẽ generis, seu morbi sint, aut causæ, aut sympt. & hoc aut similia, aut dissimilia, aut contraria. Ex quorum similitudine facile erit cõstruere medicamenta, vbi affectus erunt diuersorum generum, velut morbus cum causa, aut morbus cum symptomate, aut causa cum symptomate, aut singula tria, simul, aut similia, aut dissimilia, aut contraria. Nam vbi morbus, & causa morbi implicita, erunt similes, postulabunt idem remedium contrarium, veluti in febre tertiana, intemperie calida, & sicca bile flaua, affatim erit refrigerandum. vbi autem morbus & causa morbi erunt contraria, veluti in febre quotidiana, quæ est intemperies calida & sicca pendens a causa frigida, & humida, pituita scilicet, pituitæ habebitur ratio, cũ coquentibus, tenuantibus, tergentibus, incidẽtibus: febris vero refrigerantibus, & humectantibus. Illudque in affectibus implicitis erit

Inflammatio in principio cum dolore.

Affectus diuersorum generum.

Febris tertiana a bile flaua.

Febris quotidiana a pituita.

rit aduertendum, non ſolum affectuum complicatorum eſſe habendam rationem, ſed etiam temperamenti, & cauſarum externarum, qua ratione curandi ars adhuc variatur, veluti ſi morbus ſit complicatus cum cauſa ſimili: cum temperamento vero contrario, & cauſa externa adhuc ſimili: veluti exſiſtente febre a bile in aere calido, & temperamento frigido, maxime refrigerante erit vtendum, quod non ſolum affectus, & cauſa, ſed etiam aer quatenus inſalubris eſt, & intemperiẽ habet morbo ſimilem, refrigerantia poſtulet: temperamentum vero ſimilibus erit ſeruandũ 7. met. 9. & alibi. Sed de circumſtantiis, quoniam ſuo loco agemus: ſequitur vt percurramus alia, quæ circa affectuum diſtinctam, & exactã cognitionem requiruntur, vt diſtincta, & exacta conſurgat curandi ars. Quæ ſane tot numero ſunt, ordo, tempus, & quantitas. Quorum triũ ordo, affectuum implicitorum eſt proprius, quantitas autem & tempus vtriſque tum ſimplicibus, tum implicitis ſunt communia: ordinis igitur erit habenda maxima ratio in implicitis affectibus, quo in ſimplicibus non indigemus. Nempe morbum ſolitarium, cui nec comes ſit cauſa, nec ſymptoma aliquod graue, nec alius morbus, ſimplici remedio depellimus, ac ſimplicis affectus, ſimpliciſſima eſt per contrarium curatio, veluti ſi corpus, vel humor, aliudue contentum, calidius euaſerit, cuius efficiens cauſa eſſe deſierit, facile

Temperamenti & cauſarum externarũ etiam habenda eſt ratio.

Febris biliosa in aere calido, temperamento humido.

Ad exactã morborũ curationem tria requiruntur.

Ordo.

Quantitas.

Tempus.

1. Ordo.

Simplicis affectus ſimpliciſſima curatio.

est contrario refrigerante ad mediocre, temperatumque restituere. Si frigidius, solis calfacientibus, si repletum sit humoris copia, vacuantibus, si inanitum sit, replentibus, eadéq; ratione in cæteris, omnem exsuperantiá contraria depellet exsuperantia. At in morbis implicitis non solú contrariis est pugnandú, sed etiá perpendendum prius, a quo exordiú curationis sit faciendum. In his igitur, vt ordinis habeatur ratio, perpendendum erit morbus ne sit implicitus causæ, an vero morbus morbo, si morbus causæ erit associatus, semper a causæ curatione erit exordiendum. Nam cum a causa immutante continue foueatur morbus, causa omnis prius quá affectus est depellenda, cum ea persistente, si morbum adnitaris remouere, quantum de morbo demseris, tantundem assidua, & continens causa (nunquam enim naturalis cum sit otiosa manet) pferat, quare causa primú, dein genitus affect9 erit remouendus, nihil vt deinceps repullulare possit. Hoc autem non solum in causa continente intelligendum, sed in omni causarum genere, quæ cum triplices sint, externa, antecedens, continens, hoc singulo causarum generi commune est, vt prius causa, quam affectus tollatur, quinimo etiam inter ipsas causas, ordo seruandus, vt sicuti earum mutua inter se adhæsio, copulatioque reperitur talis, vt alia ex alia nascatur, & exsistat, nempe continens ex antecedente, antecedés ex euidente defluat,

Ordo necessarius in affectibus implicitis.

Omnis causa prius est depellenda quam affectus.

Causæ sunt triplices.

Causarum remotio ordinem etiam postulat.

defluat, ſuo etiammet ordine quæque erit demēda, ita vt primo dematur euidens, quæ reliquarum eſt effectrix, dein antecedens quæ continentem efficit, ac mouet, ab his ſenſim, ordinatimq; ad cæteras, poſtremoque ad morbum progrediendum erit, atque horum omnium vitium contrario erit depellendum, quod ſymptomatum, nulla ſit propria curatio neq; iis contrarium quicquam e regione obiiciatur, quod ſublatis morbis ea protinus euaneſcant. Quo autem remedii genere in antecedentibus, & continentibus vtendum ſit, hoc particulatim locis propriis diſcutiendum: Vbi cuiq; determinato vitio determinatum & proprium remedii genus ſumus explanaturi. Patet igitur in morbis cauſæ aſſociatis, cauſam prius eſſe demendam, & vbi cauſæ omnes conſpirant, quo ordine quæque ſit demenda, atque hoc eſt illud cur Gal. 1. de med. ſecundũ locos, in affectibus pilorum capitis primum totius corporis purgationẽ molitur pharmaco purgante determinatum humorem peccãtem, redundantemque, & poſt totius corporis euacuationem apophlegmatiſmis vti iubebat, dein localibus auxiliis, quamquã ſola purgatione (in affectionis tamen principio) adoleſcentem ſe curaſſe fatetur. Atque hoc eſt illud, quod ait Gal. loquẽs lib. x. de comp. med. per loca de articularibus doloribus. curatio, inquit, ipſa exordienda eſt ab euacuatione affligentis humoris, ſiquidem ex æquo humo-

Euidens primo demenda eſt.

Symptomatum nulla eſt propria curatio.

Scopi curat: in affectib. pilorum capitis.

In articularibus doloribus.

ribus redundarit, venæ ſectione primum omnium adminiſtrata, dein purgatione, quibus accedat pharmacorum dicendorum conueniens atque opportunus vſus. Et ibidẽ: Iſchiade, inquit, vrgente non eſſe vtendum acribus medicamentis circa partem affectam ante totius corporis euacuationem, quod quemadmodum ſola ſæpe ſanguinis euacuatio ſufficiens auxilium exſiſtit, ſic contra in omni dolore coxendicum, & prȩſertim eo qui ex humorum copia exortus, ſi quis ante euacuationem totius corporis, acribus pharmacis circa partem affectam vtatur, affectum ægre curabilẽ reddit, copia videlicet indiſſolubiliter ibi cõdenſata, ob idque ab euacuatione incipiendum eſt, non ſolum a cruribus, ſed a cubito etiã ſanguinis detractione facta. Sequitur modo, vt percurramus, quo ordine demendi ſint morbi ſimul impliciti, in quibus ſane perpendendum erit, an morbi impliciti nihil inter ſe conſentiant, an vero conſentiant. Sique nihil inter ſe cõſentient, ita vt ambo ſeiuncti ac diſparati ſedibus in corpore diſtantes, ſuam ſeorſum medendi rationem obtineant, poterit vterque, & ſigillatim, & ſeorſum alter ab altero, & etiam pariter omnes curari, minimumque refert, cui primum propria remedia decernat. Sin autem morbi inter ſe conſentiant, perpendendum erit an ita conueniant ſimul, ita vt vnius ſanatio alteri ſanando conducat, aut ſaltem nihil incommodet. An vero in hoc conſen-

In Iſchiade.

Ordo curationis morborum implicitorum.

consentiant, quod vniusuis curatio prorsus incommodet alteri curando, an vero partim cōsentiant, partim dissentiant. Si ita consentient simul, vt vnius curatio alteri curando conducat, aut saltem nihil obsit, tunc vtrumque simul & seorsum sanare licebit, & si seorsum curaueris ab vtrouis incipias, ars non vetabit, veluti si iecur frigida intemperię, simulq; obstructione simplici teneatur, ex quarum permixtione implicitus morbus insurgit, licebit emendare intemperiem medicamentis, quæ obstructionem nec expediant, nec geminent, licebit etiam obstructionem expedire intemperie remanente, licebit etiam simul iisdem remediis vtrumque tollere, tum obstructionem, tum intemperiem. Sin autem ita simul consentient, vt vniusuis curatio alteri sanando prorsus incommodet, proprie magis dicemus eos inter se dissentire, tunc nec prorsus huic, aut illi, sed vtrique mediocritate quadā, & contrariorum permixtione erit succurrendum. Sic enim ventriculum frigidiorem, & iecur calidius temperata iuuant, quæque ex calidis frigidisque constant, & modo horū, modo illorum vsus alternatus. Nam vbi vtrique incremento iam vires acceperint, quoniam contraria præsidia postulant, difficile sanescunt, ac plerique desperati, & insanabiles permanent. Vbi autē morbi simul impliciti partim consentient, partim dissentient, ab eo auspicandum erit cuius curatio alteri haud qua-

Iecoris intēperies frigida & obstructio simplex.

Ventriculus frigidior & iecur calidius.

quam officiat,& ab eo,ſine quo alterius curatio compleri nequeat, ad hunc modum, ſi enim ophthalmiæ implicetur albugo, quoniã acribus hanc detergere non eſt,quin noua accerſatur fluxio,exaſperetur phlegmon,hæc in primis erit ſananda, mox detergenda erit albugo,quamquam non hæc duntaxat,ſed in omni implicatione morborum commune eſt, vt in morbis cõnexis, & implicitis ſemper aduertatur,quinam eorum vrgentior ſit.vrgentior autem, ac periculoſior affectus eſſe dicetur,aut ſi magnus exſiſtat morbus ratione ſuæ eſſentiæ, ita quod propriæ eſſentiæ magnitudine ſit periculoſus,vel ratione præſtãtiæ functionis læſæ, ſeu dignitatis facultatis offenſæ, quarum periculoſiſſima ea exſiſtit, quæ vniuerſalem facultatem proſternit, & vires frangit corporis gubernatrices, & quarum cõſeruandarum gratia inſtituitur omnis curatio.Et in iis ſane ab eo incipiendum erit morbo, a quo maxime ægro periculum impendet, etiã quod ex huius poſterioris morbi curatione prioris curatio fiat longior,ac difficilior. Etenim etſi ab inceptione vrgentioris morbi ferocius affligentis, & proſternentis ægrotantis vires, in ægro læſio ſequatur, ac longior curatio; ab hoc tamen melius eſt ordiri, quod læſio morte ipſa ſit tollerabilior. Ad eundẽ modum ſeniori quandoq; ſymptomati, quod vires nimiopere conuellat,aut proſternat,morbo interdum prætermiſſo,ſuccurrendũ erit, nam

Ophthalmia albugo implicita.

Vrgentiori morbo prius occurrendũ eſt.

Symptomata quandoq; curam ad ſe trahunt.

nam etsi sublato morbo protinus symptoma euanescat, quod nusquam in corpore subsistat, si tamen nimium graue infensumq; est, leniendum protinus, quoniam tunc symptomatis sanatio est, non qua symptoma, sed qua aut offensarum virium, aut noui cuiusdam affectus causa exsistit morbo tantisper omisso, omni ratione vires fulciendo, & reficiendo, quo & morbo obsistere, & toto curationis spatio satis esse possint. Quemadmodum loco proprio, vbi de symptomatibus trahentibus ad se curam, fusius pertractauimus. Hactenus de ordine qui affectuum implicitorum proprius erat. Sequitur tempus, quod necessario requiritur, vt ars curandi recte, & conuenienter fiat, & determinatũ tempus exhibendi remedium statuat, atque præscribat, cuius quidẽ electio elicietur ex temporibus ipsorum affectuum. Nam veluti genus curandi, siue remedii genus, elicitur ex distincto morbi genere, & affectus, ita profecto tempus exhibendi remedium elicietur ex temporibus affectus ac talis erit curationis mutatio, qualis erit morborum per sua tempora, cum enim tempus sit mensura pugnæ, ac variæ mutationis factæ inter morbum, & naturam, ac nihil, quod felix sit, medicus efficere, ac citra naturæ opẽ, cuius minister est, tentare possit; sequitur, vt medicus naturæ progressum habeat imitari, si eam sibi adminiculantem habere debet. Exemplis certe hoc manifestum fiet, præsertim

II. Tempus exhibendi remedium elicitur ex temporibus morbi: vt remedium ipsum ex distincto genere morbi. Curationis talis est mutatio qualis est morborũ per sua tempora.

in morbis compositis, in quibus temporum varietates magis sunt euidentes. tumor præter naturam, cum sit morbus pendens a materia, & omnes morbos a materia replente, euacuatio sanet, sequitur quod etiam tumor cũ pendeat a materiæ repletione, semper sit curandus per euacuationem, nec vnquam variabitur curandi genus, seu sit in principio, seu augmento, aut statu, aut declinatione. Sed modus duntaxat curandi variationem suscipiet talem, tempora morborum per sua qualis erit. Vnde in principio etsi euacuandum sit, nõ tamen euacuandum erit, per resoluentia, quoniam cum materia adhuc fluat, præpararemus nouum fluxum, sed euacuabimus cum iis quæ reprimunt, repercutiẽtibus, frigidis, & astringentibus, quod hoc modo euacuantes non sinimus materiam fluere, & locum præter hæc corroboramus. cum autẽ tumor erit in statu, in quo tota materia, iam fluxit, neque periculum est, quod amplius defluat, cũ in statu habeamus morbum factum, tunc adhuc erit euacuandum, sed non amplius cum iis quæ repellunt, aliter faceremus retrocedere materiã corruptam. Stante tamen semper eodem curandi genere per euacuationẽ, euacuabimus sane, sed cum iis, quæ difflant per halitũ. Cum autem tumor deuenerit ad augmentũ, cumque augmentum medium sit inter principiũ, & statum, nempe quod in augmento morbus partim factus est, partim adhuc fiat, stante adhuc

Tumor præter naturã.

In principio.

In statu.

In augmento.

huc eodem curationis genere, nec variato, euacuabimus ſane etiam in augmento, ſed modo euacuandi diuerſo, nempe medicamentis mediis, quæ partim repercutiant, & partim reſoluant. Ex quo patet quomodo ad temporũ variationem ipſorum affectuum, varietur etiã ars curandi, & remedia, quibus ars ipſa curandi reuocatur ad vſum, atque hoc eſt illud, cur Gal. 1. de med. ſec. genera, phlegmone incipiẽte, atque augeſcente, aſtringere, atq; refrigerare opus eſſe inquit, & ideo emplaſtrũ phœnicinum ex vino, vel aceto, vel aqua, vel oleo immaturo, vel aſtringente liquare docuit, quod in principiis phlegmonum, vim repulſoriam augere oporteat, in incremẽtis repulſoria minuenda, digerentium virtus augenda, in ſtatu pares vtrorumq; vires conuenit eſſe, niſi vehemens dolor pharmacum leniens requirat, inclinante vero phlegmone vis digerendi augenda, qua ratione docet vti prædicto empl. phœnicino ſecundum varias indicationes, variis oleis, atque ſuccis liquato, roſaceo quidẽ in phlegmone eriſipelatode, ſimul cũ vua acerba, & portulacæ, & ſemperuiui ſucco, vbi æſtas ſimul adfuerit, ſi perfectum non fuerit eriſipelas, phœnicinum, emplaſtrum ſuccis diluit, moderate refrigerãtibus, ab his trãſit, & commiſcet cum lini ſeminis, & camomelli ſucco, tandem ſolo emplaſtro, nihil aliud miſcens, vtitur, vbi vero eryſipelas liuidum ob refrigerantium vſum euaſerit ſolo phœni-

Phlegmone incipiens.

In augmento.

In ſtatu.

In declinatione.

Phlegmone eryſipelatodes.

Eryſipelas liuidum.

cino veteri oleo liquato illud diſcutere docet, quamquam nõnulli ſint, qui calcis viuæ nonnihil ipſi pharmaco admiſceant, & 2. de med. ſecundum locos iis qui ex ardore caput dolẽt, principio repulſoria curatione, ait eſſe vtendum, ex refrigerantibus, & aſtringentib. conſtante, poſtea mitigatoria, & cõcoctoria pharmaca ad repulſoria ait miſcere opus eſſe, dein etiam ex diſcuſſoriis quippiã addendum, paulatim detractis pharmacis quæ repellunt, optima autem, inquit, ſunt cenſenda quæ ſubſtãtia tenuium partium ſunt prædita: Et ibidem in doloribus capitis qui ab initio inuaſerunt cum febribus, venam ſecat Gal. poſt primam, aut ſecundam remiſſionẽ, niſi quid impediat, & præſertim in corporib. bonæ habitudinis, & multo ſanguine redundantibus, vbi autem ſerius, poſt tertiam diem dolor prehenderet, aluo prius abunde per clyſterẽ ſoluta, cucurbitulis ad occiput, aut ceruicem aſſixis, & capitis irrigationibus ex oleo: Et 6. de med. ſecũdum locos, quemadmodum, inquit, in principio vtilia ſunt pharmaca repellentia id quod influit, ſic poſt principium vſq; ad finẽ pharmaco opus eſt ex vtriſque mixto, repellente videlicet facultate, & diſcutiente prædito, ac primo quidem tempore aſtringens præcellere oportet, ad finem vero diſcutiens, atque interpoſito tempore æquales vtrorumque partes eſſe conuenit. Merito inquit, qui pharmacum diamoron compoſuit, parum ex croco, & myrrha

Capitis dolor ex ardore.

Capitis dolor cũ febri.

Damoron.
Cacus.

& myrrha ei commiſcuit, quod communem habeant facultaté concoctoriam inflammationum, priuate vero crocus quidē aſtringat, myrrha autem calfaciat, in tantum, vt ſufficiēter diſcutiat, tenuium partium etiam ſubſtantiam poſſidens, qua facile in altum ſubire poſſit, viresque aliorum medicamentorū deducere. vnde in principio, inquit, ad pharmacū diamoron ſoleo admiſcere roſarum ſuccum, aut omphacium, aut florem roſarum, aut ipſas roſas ſiccas, necnon balauſtium, citinos, malicorium aridum, & huiuſmodi: At vbi iam inflammatio cōſtitit, ſufficit ad mororum ſuccū addidiſſe tantum crocum, & myrrham, vt ipſa inflāmatio coquatur, quæ vbi cōcocta fuerit, addere aliquid ex diſcuſſoriis licet, cuiuſmodi ſunt nitri ſpuma. Et paulo poſt addit: Ego autem pharmacum ex ſucco nucum viridium confeci facultate ad oris inflammationes, cęteris omnibus ſtomatici plurimum antecellens: cuius compoſitio eſt huiuſmodi, ſuccum externi nucum viridium corticis, cum mellis iuſta portione coquo, donec ex vtroque mellis craſſitudo conſiſtat. Et paulo poſt, addit: optimum itaque ac ſimul ſuauem eſſe nucum ſuccum mihi perſuadens, eum in quatuor partes diuido: Et ad primam, ſtatim aliquid ex aſtringentibus miſceo. Ad ſecundam, ex croco, & myrrha. Ad tertiam, ſulfuris, & nitri nōnihil. Quartam vero ſolā ſinceram ſeruo, ob dulcorem, futuram vtilē pueris, mulieribuſ-

Myrrha.

Inflāmatio conſiſtens.

Inflāmationes oris.

Scopus curationis podagræ & arthritidis.

que, & viris effęminatis. Ex x. lib. de cõp. med. per loca. loquens de podagricis, & arthriticis affectionibus, scopus, inquit, in hisce est affectibus, siquidem adhuc fluant humores, ipsos per astringentia repellere: si vero amplius nõ influant, discutere qui sunt iam impacti. Sequitur quantitas affectuum, quæ sane indicare solet remediorum, & curationis quantitatem. Nam sicuti genus curandi elicitur ex genere affectus: & tempus applicandi remediũ, ex temporibus affectuum: Ita sane quantitas remedii, ac contrarii elicietur ex quantitate affectus: & diffinita quantitas contrarii ex determinato quantitatis recessu: cuius quidẽ ratio ex hoc manifesta fiet.

III. Quantitas remedii & curationis elicitur ex quantitate affectus.

Curationis finis.

Etenim si finis curationis is est, vt actiones lęsæ antiquę suę dignitati restituantur, sequitur igitur vtique, vt eousque etiam curatio sit promouenda, dum in pristinum habitum (cuius memores oportet esse) fiat regressus, quod eo redire opus sit (si pristinus habitus habet restitui) vnde morbus exordium sumsit. Atqui cum in pristinũ habitum restituturi simus, quoties remediũ contrarium æquale in eodẽ gradu applicabimus (nimirum quod si majoris gradus esset remedium contrarium, aut minoris, cum altero ad oppositum ducatur, altero vero curatio non perficietur) sequitur quod remedium contrarium tantum esse debet, quantus est recessus, veluti intemperies a temperamento recedens per quatuor gradus caliditatis, aliter ad pristinum

Remedii tantum in eodem genere applicandum est quantus est recessus.

num habitum non poterit reduci, nisi remedio contrario frigido per quatuor gradus a tẽperamento. Et in morbis cum materia vbi aderunt tres heminæ humoris peccãtis, euacuandæ erunt medicamento habente vim euacuandi tres heminas duntaxat, nec plures, nec pauciores. Quapropter affectuum quantitas eadem remedii quantitate contraria erit curanda. nam tametsi actio duntaxat a proportione maioris inæqualitatis sequi possit, vt ait Aristot. illud tamen intelligẽdum est, in generatione, quoties vnum in aliud verti, & transmutari volumus, non autem in rerum mixtione, & contemperantia, quomodo volumus duos caliditatis gradus, cũ duobus frigiditatis esse ponendos, nõ vt calor, frigus expellat, sed vt simul contemperentur. Quare patet, curationis, & remedii contrarii quantitatẽ eliciendam esse ex quantitate affectus, ac tantum remedii applicandũ esse in eodem gradu, quantus est recessus. Cum autem applicatio huius quantitatis in eodẽ gradu dupliciter fieri possit, vel applicando totũ remedium tantæ quãtitatis, quantus est recessus vniuersum, ac semel exhibendo, vel pluribus vicibus sensim, ac paulatim contrarium partiendo: Sequitur vt inquiramus, vtrum quantitas remedii, primo modo semper sit applicanda, an secundo modo semper: an potius quandoque primo modo, quandoque secundo modo, quod quidem facile manifestum fiet, si percurramus v-

Quãtitatis in eodem gradu fit dupliciter.

B

tilitates,atq; incommoda huius & illius. Porro remedium in contrarietate par morbo existens, etsi hanc vtilitatem secum gerat, quod ita vehementer immutat, vt sua cum morbi colluctatione tantum detrahere possit affect9, quantum erat inductus, hoc tamen incõmodi secum affert, vt non citra corporis offensionem, magnamq; naturæ iacturam affectum sibi demoliri liceat, & hoc quod in contrariorum validorum pari robore, magna vi, & vtriusque iactura confligatur, multoque magis ei, aut corporis, aut partis affectæ substantia rara, aut eximio sensu prædita sit, atq; hoc est illud, quod ait diuinus Hip. vniuersim, & repente, vel euacuare, vel replere, vel calfacere, vel infrigidare, vel alio quouis modo corpus mouere, periculosum. Remedium vero in contrarietate impar exsistens lente scilicet, paulatimque exhibitum affectum minuat, eaq; ratione iuuet, cum tamen hoc incommodi secum ferat, vt affectum prorsus non tollat, nec sanet: quod enim ordine, exempli gratia, secũdo frigidum est, haud quaquam poterit quarti ordinis calidum affectum semel, & vniuersim eximere, sed eius portionem aliquam duntaxat delebit, depelletque, cum tamen ex altera parte naturæ consulat, ea, quam minimũ fieri potest, offensa. Sequitur hanc quoque curandi rationem remedio sensim, paulatimque exhibito magnæ vtilitati esse arti medicæ. Ex hoc sequitur curationem factam remedio cõtrario,

Remedium sensim paulatimque exhibitum præstat eo, quod vniuersim & repente offertur.

trario, quantus eſt receſſus, duplici via admiſtrari poſſe, & vtramque curandi arti vtilem eſſe. Sequitur vt oſtendamus in quib. affectuũ generibus liceat vti remedio æquali, & tanto, quantus eſt receſſus, & in quibus vti liceat remedio inæquali ſenſim, & paulatim exhibito. Porro primo curãdi genere æquali ipſi receſſui in duobus morborũ generibus licebit vti, in leuiorib. ſcilicet, & in iis, qui extremi ſunt, ac periculoſi: in leuioribus quidẽ affectibus, & hoc quod remedium par in contrarietate leuioribus morbis exſiſtens, ac ſemel, vniuerſimque morbos ſummouens, id efficere poſſit, nullam corpori, viribusque inſignem vim, aut noxam inſerens, in extremis vero, ac periculoſis, eo quod cum præcipites ſint, & acerrimi, vt apoplexia, breui vires ſint exſtincturi, niſi remedio procedatur tanto, vt ſemel, vniuerſimque morbum depellere poſſit, atque hoc eſt illud, quod ait Hipp. extremis morbis, extrema diligentiſſime remedia eſſe adhibẽda. Intelligo autem per extremos morbos, eos quoq; in quibus materia turgente, initio ſtatim præſtat valentiſſimum afferre remedium, quam ſinere vt ea materia principem aliquam partem obruens, vniuerſas vires mox concidere faciat. Cæteros vero ab his morbos, qui nec leuiores ſunt, nec præcipites, ac periculoſi, ſed qui mediocres potius exſiſtunt, remedio inæquali ſenſim ſcilicet, & paulatim exhibito tutius depelli poſſe, dummodo reme-

In morbis leuioribus & extremis ſemel & vniuerſim depellimus.

Morbi extremi.

Morbos mediocres paulatim tollimus.

diorum vires ita imbecillas, & languidas nõ exhibeamus, vt morbus vehementior eas, vel etiam iteratas aspernetur. Hactenus de arte administrandi quantitatem remedii, ab affectus quantitate desumtam. Sequitur vt percurramus locos, in quibus huiusmodi quantitatẽ a Gal. seruatã obseruauimus, atq; hoc est illud, cur Gal. 1. de med. secundũ genera. Vlceribus, inquit, contumacibus, cruentis, glutinatione indigentibus, fistularumq; in callũ nõ induratarũ adductione, & citra morsum exsiccatione: idem medicamentum candidum, & ex oxeleo & lythargyro confectum valebit, nẽpe olei, & aceti duplo majorem portionem, quam argenti spumam miscendo, quod maxima siccandi potentia polleat. Et 2. de med. secundum genera. Vlceris, inquit, pro diuersitate, & corporum, ęruginis nunc duodecimam, vel decimam, vel octauam partem admisce, inquit Gal. Emplastro viridi. Et 3. de med. secundum genera. Medicamentorum, inquit, non solum qualitas, sed etiã quantitas est coniicienda, quippe quod humore copioso est auctum, non simpliciter humectari postulat, sed opus est, vt siccitatis quantitas, copiæ humiditatis respondeat. Et 3. de med. secundum genera. Neruorum, inquit, punctioni medicamentum ex euphorbio conuenire, & ex pice liquida, quod etiam vtile ait esse ad canis rabidi morsus, quod in aceto coquitur, vt puncturę oras conniuere non sinat, & pharmacum ex colum-

Artis administrandi quantitatẽ remedii cõfirmatio testimoniis Galeni.

Vlcera contumacia & cruenta.

Medicamẽtorum quãtitas necessaria est.

Neruorum punctio.

Canis rabidi morsus.

columbarum ſtercore confectum. Et 4. de med. ſecundum genera. Vlcerum, inquit, dyſepuloticorum, malignorumq; cum alterum altero malignius ſit, & dyſepuloticum magis, tot etiam deſiderantur auxiliantia pharmaca, quot fuerint ipſorum vlcerum differentiæ. In promtu tamē duo, maximi, minimique ratione differentia adeſſe debent, quæ omnia id genus vlcera curare poſſint. Et 4. de med. ſecundum genera. Quod, inquit, vlcera maligniora valentioribus indigeant remediis, imbecillioribus autem mitiora, qua ratione pharmacum ponit ad mitiora vlcera cicatrice inducenda, & alia quæ faciant ad vlcera maligniora, & dyſepulotica. Et 5. de med. ſecundum genera. Vlcera, inquit, putrida, cum ambientes partes depaſcant: Nomæ proprie appellantur, vehementiſſimis medicamentis indigent, vt ſæpe in eis etiam cauteriis vtamur. Et 1. de med. ſecundum locos. Alopecias, inquit, inueteratas, ac difficulter curabiles cum fortibus eſſe curandas. Incipientes autem, & paruas cum imbecillibus: Et ibidem. Affectu, inquit, perſeuerante in alopeciæ rebellis curatione, præter medicamentum aſſidua raſura vtebatur, & rubificatione ex ſinapi, frictionibus, & poſt frictiones ſcarificatu, & quidam acicularum aceruo affectam cutim compungunt: vbi etiam ait, eſſe curandum, vt in aere calido, inſolatoq; (ſi id fieri poſſet) pharmacum applicetur. Et ibidem in capillorum defluuio omnium præ-

Vlcera dyſepulotica.

Vlcera maligna.

Vlcera putrida.

Alopecia inueterata.

Alopecia incipiens.

Capillorum defluuium.

ſtantiſſimum medicamentum dicebat eſſe, quod ex ladano, & lentiſcino oleo cõficitur: vbi autem large defluerent capilli, majorque cutis raritas, pro lentiſcino myrtheo ajebat eſſe vtendum, quamquam a vehementer aſtringẽtibus cauendum eſſe aduertebat, quod omnia refrigerent, & alimenti influxum reprimant, propter cuius inopiam capilli defluunt, & ibidem in defluuio capillorum refectoriam, ſalubremque victus rationem, in pleriſque etiam ſolá ſibi ſatis fuiſſe profitetur Gal. Et 2. de med. ſecundum locos: Dolorem capitis ex frigiditate contractum, qui recens ſit, ſolo rutaceo oleo calido ſyncipiti affuſo, perfecte hominẽ ſanabat: In inueterato autem in oleo euphorbiũ indebat, & pharmacis vtebatur ex pipere conſtantibus, & in capitis inueteratis affectibus neceſſario pilos radebat, aut præſecabat ad cutim vſque: Et eodem in lib. Opio, inquit, eo tantum tempore vti cogor, dum præ doloris vehemẽtia ęger de vita periclitatur, quod ſenſus exſtinguat, maximeq; ſolidas partes offendat, adeo vt poſtea correctione ſit opus, & tertio de comp. med. per loca. In dolore auriũ pharmacis ex papaueris ſucco omnib. ſenſum ſtupefacientibus, tunc ſolum ſane vtendum eſſe inquit, vbi nullum aliud mitigatiuum doloris contulit, admiſceoque caſtorium papaueris ſucco, vt vehementem eius frigiditatem retundat: Et quarto de comp. med per loca. In lippitudine inquit ſeu ophthalmia. Foueri oculi per

Dolor capitis exfrigiditate recens.

Dolor capitis inueteratus.

Opium.

Dolor aurium.

culi per ſpongiam debent ex meliloti,&fœnugræci decocto, ſemel quidem, aut bis in die, ſi mediocris ſit dolor, ſæpius autem, ſi vehemẽtior. Et 6. de comp. med. per loca, loquẽs de columella. Sane, inquit, quemadmodum in aliis omnibus, in quibus ex humorum influxu cõtingit morbus, ſic & hic prima auxilia debent fluxionem ipſam repellere, quare aſtringentis ſint facultatis oportet. Verum ſiquidem influxus ſit moderatus, moderate aſtringentis, quã priuatam auſteram vocant, ſi vero vehementior, acerbæ, ambæ ſi quidẽ facultates aſtringunt, ſed debilius auſtera, vehemẽtius acerba. Et eodem lib. loquẽs de aphthis, verumtamẽ, inquit, etiam infantes illino, ſi quidem ſubrubras videro aphthas: in principio quidẽ iis quæ moderatiſſime aſtringũt, & frigefaciunt, dein vero eis, quæ citra mordacitatẽ diſcutiunt. Si vero ſubflauas videro, iiſdem vtor, ſed magis refrigerantibus. At ſi pituitoſiores, aſtringentibus, at ſi nigreſcentes, diſcuſſoriis generoſioribus. Sed hactenus de affectuũ, & remediorũ, & curationis quãtitate, quę remedii quantitas ex ſola affectuum quãtitate indicata, cum manca adhuc ſit, atq; incoata, niſi quantitas remedii contrarii, quã morbi magnitudo pręſcripſit etiam pro partis affectæ cõditione, & ſitu præſcribatur. Sequitur igitur vt locorũ affectorum naturam pcurramus, quod erat ſecundum a nobis propoſitũ pro recte, & conuenienter tradenda curationis arte.

Columella.

Aphtha.

IO. PAVLI PERNVMIA PATAVINI.

De curationis arte.

LIBER SECVNDVS.

SI CONDITIONES partium corporis humani, eandem temperaturam, & compoſitionem, operationẽ eandem, eandem præſtantiam, ſeu dignitatem, eundem vſum, ac ſenſum obtinuiſſent, eandem etiam remedii contrarii quantitatem poſtulaſſent omnes. At naturæ neceſſarium fuit, variam compoſitionem, diuerſam dignitatem, atque operationem, connexionẽ variam, & ſitum, multiplicem ſenſum illi adhibere, pro varia, ac multiplici earũ actione. Ita vt quo ad formationem, quædam obtinuerint plures vias, ac meatus, quædã pauciores, quædam vero nullum. Quoad cauitatem, quædam obtinuerint foramina ſenſibilia, vt pulmo, quædã ſolidiora, vt renes. In ſitu, quædam in ſummo corpore fuerunt conſtituta, ac parum diſtantia ab ore, vel ab eo loco, cui remedium eſt applicandum, veluti ventriculus: quædam vero in alto corpore magis fuerunt demerſæ. Quoad dignitatem, quædam ſunt partium

Partium varia eſt formatio.
Cauitas
Situs.
Dignitas.

partium corporis, quæ principes exſiſtunt, a quibus corpus vniuerſum gubernatur, cuiuſmodi ſunt cor, cerebrum, iecur: quædam vero munus publicum habent, & toti corpori cõmune, qualia ſunt, pulmo, ventriculus, inteſtina, renes, veſica, & quæ iis ſubſeruiunt, venæ, arteriæ, & nerui: quædam vero munus priuatum ſibi duntaxat, non aliis vtile. In ſenſu vero, quædam ſunt hebetis ſenſus, quædam vero acutioris, quamobrem neceſſariũ fuit, vt etiam remedii contrarii quantitas, recte, & cõuenienter præſcriberetur, immutaretur, ac varia fieret, pro varia partium corporis conſtitutione. Qua ratione, vbi continget partem ſubſtantia rariorem, vt pulmonem, ac partes denſas, & compactiores, veluti renes, eodem morbo, atque eiuſdem receſſus morbo laborare, & ſi quoad eandẽ morbi magnitudinem, eiuſdem ordinis contraria remedia poſtulent: tamen ſi rationẽ partis affectæ perpendamus, qualitatem remedii variare cogemur, partib. rarioribus mitiora, denſis vero, & compactis validiora exhibentes. Rurſus ſi contingat partem in corporis ſummo poſitam, vt abdomẽ, extrinſecus inflammatam eſſe, eademque inflãmatione laboret iecur in alto corpore demerſum, & ſi quoad eandem morbi magnitudinem, eandem remedii quantitatem expoſtulent: tamen ſi ſitum partis affectæ perpendamus, valentiora, atque attenuantia magis iecoris, quam abdominis extrinſecæ inflam-

Senſus.

Pro varia partium corporis conſtitutione variant remedia.

Partibus raris mitiora: denſis validiora conueniunt.

Abdominis inflammatio iecoris inflãmatio.

mationi iubebimus exhiberi, & hoc quod viæ longitudo acriora, & vehementiora requirat, ratione cuius tantum augenda a nobis est remedii quantitas, vltra id quod nobis præscripsit morbi magnitudo, quantum deperdi posse putamus in transitu, in quo remedia, dum aliis permiscentur humoribus, non leuē mutationem subeunt. Eadem ratione ex assumtis, vehementiores renibus, quam ventriculo exhibebimus: & hoc, quod in ventriculum illapsa, qualia sunt perueniunt, ad renes vero hebetiora, & imbecilliora reddita. Rursum si pars aliqua dignitate præstans, ac pars priuata, & ignobilis eadem morbi magnitudine laborent. Etsi morbi magnitudo eandem remedii contrarietatem requirat in vtrisque, ratione tamen præstantiæ partis affectæ, ad vitæ conseruationem fabricatæ, mitiora semper adhibebimus remedia, quæ quadam etiam corroborandi facultate polleant. Priuatis vero, atque ignobilibus vehementiora, & tanta quanta exposcet morbi magnitudo. Eadem ratione a situ sumta: Si enim per os velimus euacuare a pulmone, cum adsit magna distantia, nempe, quod opus sit, medicamentum prius deuenire ad œsophagum, ab œsophago ad ventriculum, a ventriculo ad mesaraicas, a mesaraicis ad epar, ab epate ad concauum, a concauo ad conuexum, & per venam concauam ascendentem deuenire

Viæ longitudo vehementiora requirit.

Renes validiora postulāt quam vētriculus.

Digniores partes mitiora quam ignobiles.

nire ad pulmonem, deinde per pulmonẽ ſpargi: nulli dubium, quod longinquitas ſitus augebit quantitatem medicamenti: vt ſi medicamentum ratione quantitatis morbi in ordine ad tria requiratur, ratione tamẽ longinquitatis ipſius ſitus, in ordine ad quatuor erit exhibendum. Ad eundem modũ, quæ vi ſentiendi præſtabunt, vt oculus, os ventriculi, nõ ita acribus, & vehementibus medicamentis erunt tentanda, quorum tamen vehementiã, partes, quæ hebetioris ſunt ſenſus nullo incõmodo ſuſtinere, ferreque poterunt. Ad quod reſpiciens Gal. lib. de med. ſecundum genera. In cura neruorum, quæ ſenſuum ſunt inſtrumenta, a rebus mordicantibus cauendum eſſe monet, tametſi valide abſtergentibus indigeremus. Quoniam igitur ex iis, quæ in affecta ſede digna conſideratione ſunt, & ex intellecta morbi magnitudine elici ſolet quantitas remedii præſcripta, quam validum, quo gradu receſſus, quo pondere, & qua forma etiã conueniat, quapropter ſequitur vt diligẽtius percurramus, quomodo loci affecti diuerſitas diuerſitatem inducat in medicamento, & variet medicamenti tum formam, tum vehementiã. Intelligo autem per locum affectum, tum ipſummet locum, tum vias ducentes ad ipſum locum, loci quidem affecti figura varia, temperamentũ, vſus, ſenſibilitas, & connexio: via vero ducẽs ad locũ affectũ, ꝗ alia ſit lõginqua alia propinqua, alia lata, alta anguſta, alia lata,

Situs longinquitas auget medicamenti quantitatem.

Partes hebetes acriora magis perferunt.

Neruorum curatio.

Partis affectæ diuerſitas medicamenti formam variat & vehementiã.

II.
Locus affectus quid?

Loci affecti via.

& propinqua ſimul, alia anguſta, & longinqua ſimul. Et primum ſane ratione loci affecti, varia loci affecti figura, variã medicamẽti formã induxit: Etenim partes intus cauę medicamẽta intro recipere poſſunt, foris foras, intus, & foris, vtroq; verſus, nec intus nec foris nuſquã. Amplius loci affecti figura, formam variat, ſecundo ad Gla. ob id ſinib. liquida omnia iniicimus, vt quaquaverſum ſpargantur, & nihil ſinus relinquatur intentatũ. Vbi autem diu hærere volumus, pro fotu ex oleo vnguenta, cerata, emplaſtra formamus, vrinis, ſudoribus, menſibus mouẽdis leuiſſime ęerimus, & ex liquore tenuiſſimo, puriſſimo, non craſſo, lento conficimus, & cum eluendũ eſt maxime clyſteres aquoſos formamus, quãdo vero inteſtinis morari, & hærere diutius volumus, craſſos magis, & lẽtos, ex adipibus, butyro, vnguentis, muccaginibus, cremoribus hordei, tritici, horize. Et ratio variorũ locorũ vt attingeretur a medicamẽtis, varias medicamentorum formas excogitate fecit, vnde peſſi collo vteri, balani inteſtino recto clyſter craſſis inuentus eſt. Et in partes cauas, vt aures, nares, os, & reliqua ei cõnexa, vterum, meatũ vrinarium, ſedem, ſinum, medicamenta impelluntur, vel attrahuntur, vel recipiũtur, corpore in id figurato: in aures auriculario clyſtere infunduntur: in nares flatu per tubum impelluntur, vel inſpirando attrahuntur, vel turunda immittuntur: in os impoſita nunc gari-

Medicamẽtorum varia eſt forma pro partium affectarũ figura.

Sinus.

Emplaſtra.

Clyſteres.

Peſſi.
Balani.
Partium cauitas varias medicamentorũ formas excogitare fecit.
Cauitas aurium.
Narium.
Oris.

garizantur, nũc per foramina palati exſpiratu propelluntur, nunc deuorantur, nunc paulatim degluriuntur, nunc faucibus retenta ſenſim inſpiratu trahuntur in pulmones, nunc ore retinentur, vt ventriculũ, vel cerebrum roborent, vt fluxiones acres temperent, cogant, & reprimant. Cauitas narium, & ſedis, & vteri, & quorundam ſinuum, quia deorſum ſpectat, ob id vel corpus in contrariam figurã cõſtituere facit, vel liquidis materiis in hoc meatus iniectis, bombace, turunda, peſſo eſt opus, vel alio operculo, ne materiæ refluant. In os, & fauces recepta, foraminibus palati, gutturi, & gulæ communia ſunt: In illa autem efflatu, in aſperam arteriam inſpiratu, in gulam deglutione feruntur, quæ ipſi, vel ventriculo, vel tenuibus inteſtinis, vel venis meſaraicis, vel epati, vel lieni, atque adeo toti corpori per venas, & epar coniuncto, cum ventriculo ſalubria eſſe volumus, vt in craſſa inteſtina per ſedem, in capacitatem vteri per collum vteri, in veſicam per meatum vrinarium, in ſinibus cauernoſis, & fiſtuloſis, pro cuiuſq; figura, & ſitu, & connexione iniectiones fiunt, nũc hac, nunc illac, & in caput, quia rotundum, & probe ſphæricum eſt, affuſum oleum, non cohæret, ob id ex alto per mediocrem lanæ modũ ſyncipiti affunditur. Et quæ epati foris imponuntur linimenta latiora eſſe debent, quam alteri reni minora quam ventriculo; & vẽtri reliquo. Hæc, de locorum figura varia. Tempe-

Sedis. Vteri.

Iniectionũ varia forma pro partium varia figura, ſitu & connexione.

Loci affecti temperamentum variat medicamenta.

ramentum etiam diuersum, diuersitatem inducit in medicamento: ob id cũ medicamentis miscemus ea quæ ex proprietate, & similitudine naturarum habent vim ducendi medicamentum ad locum affectum, vt hæc temperamento similia, seu natura, simul vim medicamenti eo deducant, atque hinc ortum duxerunt cephalica, quæ medicaméti vim ad caput secum trahunt, cardiaca ad cor, nephritica ad renes, arthritica ad articulos; & vbi loc⁹ est calidus, & humidus, consequenter putredini magis paratus; medicamẽtum validius efficere cogimur, atque hoc est illud cur. 6. de comp. med. per loca. vbi agit de oris affectibus Gal. in putridis oris vlcerib⁹, medicamẽtis valẽtib. vti cogitur, qualia sunt caustica, & quæ crustas ferri candentis modo efficiant, & hoc, quod ratione loci medicamenta idonea continentur, per saliuã elota adhærere non queãt. Atq; hoc est illud cur Andromachus, & Crito ibidem, æruginem cũ aliis mixtam, aphthis malignis adhibeant, & arsenicum, & sandarachã, & alumen scissile oris putredinibus, atque eadem ratione malignis vlceribus sedis, intestinorũ, vteri, vesicæ, meatus vrinarii similia adhibeantur medicaméta, & remedia vario modo mixta, & soluta pro partis natura. Et loca affecta dura indicarunt vim medicamenti esse augendam, ob id cuiusdam achoribus chartam vstam ex aceto Gal. illeuit, quod eum vim medicamenti ob partis duritiem facile toleraturum

Cephalica. Cardiaca. Nephritica. Arthritica.

Oris vlcera putrida.

Aphtha.

Vlcera sedis. Intestinorũ. Vteri. Vesicæ. Meatus vrinarii.

Achores.

B

raturum confidit, & partibus natura frigidis, vt capiti, oculo, etiam si morbo calido laborẽt, actu vehementer frigida, qualia sunt narcotica, adhibere veretur Gal. 6. comp. phar. per genera. licet ab æstu calfactis, olea etiam niue refrigerata capiti affundantur, & oculis calentibus aqua frigidissima applicetur. Hactenus de locorum temperamento: Vsus vero ipsius loci, & membri, medicamentum corroborans aliquod sibi admixtum petit, astrictoria facultate præditum, quod in partibus actionẽ, aut vsum toti corpori communem, & necessarium habentibus, est perpetuum, ventriculo inquam, epate & liene sæpe, ob id phlegmõ stomachi, & ventriculi, & epatis non solis laxantibus curatur, ob harum partium actionẽ vniuerso corpori necessariam ad viuendum, sed admiscent astringentia, harum partiũ robur seruantia, vt absinthium, aloen, mastichẽ, nardum, cydonium: qua ratione etiam in scirrho epatis, mollientibus admodum moderatis est vtendum, quod iecoris corpus, velut ex humoribus concretum sit, ob id Herophilo parenchyma dicitur, & calfacientia, & tenuantia magis præpollere debent, quam in scirrho aliarum partium. Et 8. de comp. med. per loca. vbi loquitur Galenus de pharmacis congruẽtibus ori ventriculi, inflãmationes inquit, oris ventriculi, & epatis cum relaxantibus, miscellam astringentium pharmacorum desiderant, quippe quod nisi facultatem quæ firmitudi-

Partibus natura frigidis narcotica caute adhibenda.

Loci affecti vsus.

Plegmon stomachi.
Ventriculi
Epatis.

Scirrhus epatis.

Inflammationes oris ventriculi & hepatis.

nem addat, in illarum partiũ affectibus ad relaxantia miſceas, vita in diſcrimen vocatur, vt proinde complures empirici, nec pauci methodici per pharmaca relaxantia curantes inflammationes oris ventriculi, & epatis abſque miſcella aſtringentium, ægros omnes ad vnũ occidant, atque ad interitum adigant. Hactenus de vſu. Senſus vero qua ratione? Pars vtiq; vbi exactius ſentiet, medicamentum viribus languidius poſtulabit, vt euphorbiũ vetuſtate ignauum. 1. de comp. med. per genera. & ſenſus acutior mitiora, obtuſior valentiora feret remedia, ob id. 2. de comp. med. per loc. in hemicrania veteri a cauſa frigida, auribus ſenſu tactus exquiſito inſtillabat oleum euphorbiatum, quod minus euphorbii recipiebat, vbi autem ſenſus erat obtuſior, euphorbii multo magis, & loca ſenſu tactus exquiſito prædita, valentia, & acria, & mordacia medicamenta non ferunt, quæ obtuſa ferunt. 3. meth. ob id in ophthalmia, etſi omnis phlegmon per vacuantia curetur, tunica tamen illa ob ſenſus promtitudinem, & ſubſtantiæ raritatem, repellentia poſtulat, quæ non exaſperent, ſed clementer aſtringant, mixta liquoribus mitigatoriis, oui albumini, fœnugræci decocto, lacti mulieris iuuenculæ e mamilla ſupra cotem medicam expreſſo, in qua collyrium teritur, vt tepidum adhuc oculo infundatur, & alia addendo, velut pompholigen lotam, & ceruſam lotam, roſionis omnino expertia, &

Loci affecti ſenſus.

Obtuſior ſenſus valentiora perfert.

Hemicrania vetus a cauſa frigida.

Opthalmia.

Phlegmon.

Pompholyx lota.

Ceruſa lota.

ſola terreſtis ſubſtantiæ parte mediocriter ſiccantia. Ad eũdem modum vlcera oculorum, & ſi ſiccantibus,& tergentibus indigent, ſine morſu tamen eſſe debent, ob id lauari ſolent. Hactenus de ſenſu.Connexionis vero ratione in oris affectibus ab emplaſtro diachalciteos, & aliis huiuſmodi validis, & vim quandam lethalem habentibus cauebimus, tametſi his in vlceribus cutis vti poſſimus, & hoc quod faucibus ſubiecti ſunt duo meatus,ſcilicet guttur in pulmonem,& gula in ventriculũ, per quos aliqua portio medicamenti defluere poteſt, quod partes illas vehementer lędere poſſet,& in phlegmone , quæ eſt in parotidibus, & ſi phlegmon initio repellentia poſtulet, hæc tamen quæ erit in parotidibus ex 3.de cõp. med. per gen.trahentia requirit, niſi interdum, & raro parum ex aſtringentibus multo digerẽti admiſceas,quando ſcilicet parotis cum paruo dolore erumpit.Ad eundem modum in pleuritide,& in dolore capitis ab æſtu, ſecundo de comp.med.per genera initio refrigerandum per ſynciput ait,quod ibi os ſit tenue , rarum, & ſutura coronalis,non per occiput, quod id ægre vratur, nec citra noxiam refrigerãtia ſuſtineat,ob ſpinalis medullæ exortũ tot neruorum principium.Hactenus de cõnexione.Viæ vero ratione, locus affectus ſuperficiarius, & ſublimis medicamento viribus integris tãto, quantus eſt receſſus,depelli requirit,locus vero affectus profundus , quia in tranſitu alte-

Oculorum vlcera.

Partium connexio.

Oris affectus.

Cutis vlcera.

Diachalcit. emplaſtrum

Phlegmon in parotidibus.

Pleuritis.

Capitis dolor ab æſtu.

Loci affecti via.

ratur, quia aliis miſcetur, & conſequenter obtunditur, medicamento tantum virium eſſe iniungendum oſtendit, quantum in tranſitu deperdi poſſe putamus, & viæ alimenti primę inaniẽdæ forma potionis, forma vero catapotiorum, aut bolorum, cum a longinquis partibus eſt trahendum: quę vero volumus, ad vterum, renes, veſicam, articulos, cutẽ peruenire, forma tenuiſſima medicamenti, & liquidiſſima cum tenuiſſimis mixta. Et pars ab ore, & ſtomacho remotior, ſumenda medicamenta valentiora indicat, quod priuſquã affectui occurrant, vires eorum obtundantur, alteratione, aliorum mixtione. Eadẽ ratione, quæ ſunt profundæ partes admouẽda medicamẽta poſtulãt valentiora, & quibus tenue aliquod aditum ad penetrandum paret, vt acetum, euphorbium, vel etiam aſtringens aliquod quod a tergo impellat, contra vero cum parti affectæ remedium viribus integris, aut parũ fractis occurrit, & vbi medicamentum tranſiturum eſt per meatus aut natura, aut obſtructione, aut denſitate, aut compreſſione anguſtiſſimos, vt facilius ad locum conuehi poſſit, addimus illi ea quæ ſui, vel acrimonia, vel eſſentiæ tenuitate, vel vtraque, medicamentũ conuehere poſſit, atque hoc eſt illud, cur obſtructionibus viſcerum liberandis acetũ miſceatur medicamento, & euphorbium externis intro penetraturis remediis. quamquam præter hæc, tenuiſſima medicamenti tritura facilius

Potiones. *Catapotia.* *Boli.*

Acetum. *Euphorbiũ.*

Meatus anguſti.

Obſtructiones viſcerũ.

Tritura medicamenti.

lius medicamentum ad locum conuehat,atq; hoc est illud, cur in aluo tantũ mouenda rhabarbarum crassum, & negligenter tritum exhibere soleat, quod pars affecta ex partis situ, & figura facile, mox medicamento occurrat, vbi autem mouẽdum est lotium, aut menses, cassia,cinamomum, & huiusmodi tenuissime teruntur. Et solutio vnitatis in pulmone per vas apertũ, ruptum, calida & tenuiũ partium requirit, vt alia deducantur ad locum affectũ, B tametsi apertioni similia sint, quibus non indigemus in sanguinis reiectione, e gula, ventriculo,& intestinis, sed vt aliis viam præparent,& alia in corpus deducant, cinnamomũ, cassiam,amonum, piper, myrrham eis admiscemus,qua ratione etiam, tametsi frigida, & narcotica sputo sanguinis sint maxime salubria,dum frigiditate sistunt sanguinem ad vas affectum ruentem, ab illis tamen cauemus, quod viam,& sibi, & aliis præcludant. Ducta vero medicamenta per viam ad locum, vbi voluerimus vt diutius agãt in partẽ affectam, medicamento addimus ea quæ medicamentum parti affectæ diutius affigant, atque hoc est illud,cur in medicamẽtis gulæ, & tracheæ arteriæ crassa,& lenta addi soleant,vt vim medicamenti sarcoticam,colleticam, sinuloticã, si vlcus adest,in parte remoueant,& affigant, veluti ceram admouendis,oleum vero,adipẽ, vel lentum aliud sumẽdis ex 6. de comp. med. per genera. ob id in vlceribus gulæ, & asperæ

Alui subductio.

Mensium & vrinæ motio.

In pulmone solutio vnitatis.

Sputum sanguinis.

Narcotica.

Vlcera gulæ & asperæ arteriæ.

arteriæ, syrupos, butirum, oleum, & lentores succorum miscere solent. Amplius vbi in parte aliqua medicamentũ immorari volumus, non solum familiaria illi parti, sed quæ illud in parte remorari possint, addemus, ob id vbi in epate medicamentum diutius permanere volumus, aliquid stomacho gratum ei admiscendum, quod medicamentum diutius festinans retrahat, & remoretur: additur & multis opiũ, quod vires medicamenti per corpus distributi tot coctionib. resolui prohibeat. Præter hæc tamen, complicatorum quoque semper erit habenda ratio, ob id pars affecta vbi eiusdem erit temperaturæ cum corpore toto, maiorem vim medicamenti postulabit, ob id vlcus in parte natura sicca, & toto corpore sicco, sicca magis postulabit, minus vero in parte præhumida, & toto corpore humido, vbi vero pars, & corpus totũ erũt temperaturæ diuersæ, medicamentorum parti, & corpori toti consentiens, æqualis mixtio erit facienda, non obliuiscendo indicationis, quam affectus, vlcus scilicet, exhibet exsiccandi. 3. & 7. meth. Sequitur vt ostendamus quanti fecerit Gal. in curatione loci considerationem, & viarũ ducentium ad locum, atque hoc est illud, cur. 2. de med. secundum genera, sinus inquit liquidiora pharmaca postulant, vlcera autem caua, quæ superficiem corporis infestant crassiora, qua ratione ceratum docet Gal. valide abstergentibus admisceri, in sinibus vero oleum, vel rosacei

Opium.

Vlcus in parte natura sicca & toto corpore sicco.

Pars & corpus totum diuersa tẽperatura.

Sinus.
Vlcera.

rosacei plurimum,& 3.de med.secundum genera. Neruorum inquit vulneribus putredini obnoxiis(quod frigidum neruis obsit)per siccantia,medendum,& media inter calidum & frigidum, quamquam possit etiam calidũ esse pharmacum abunde,modo siccandi facultate polleat,quod calor citra humiditatem humectare non possit.Et eodem in libro, neruis inquit nudatis auxiliorũ integra indicatio sumi potest,punctis vero ita vt partes interiacentes sint sanæ, tenuius pharmacum inueniendum est, cuius virtus interiacentes particulas permeando non dissoluat, sed in altum penetret, quod quidem etiamsi non erit in calefaciendo,& refrigerãdo symmetrum, offendere tamen læsum neruum non poterit, quod facultas calefaciendi,aut refrigerãdi, quæ illi inest, admodum imbecillior reddatur, dum particulas neruoso corpori præpositas permeat.Et ibidem, oleum, inquit, quo foueo partem, quæ neruum vulneratum habeat, calidum esse volo,ita tamen, ne vulneratam partem offendat, quod frigidum corpori admotum perspiratum ipsius obstruat, & prohibeat, calidum vero,digerat,& extenuet. Et ibidem neruis inquit, vulneratis conferunt quæ ex alto humores educere,ac digerere possunt & neruis læsis, ne aqua eis intercidat, cauendum,quod illis sit inimica. Et ibidem ratione sensus ipsius loci, tendines inquit,mẽbranarũ instar extensos,& dilatos, non mediocri cum

Neruorum vulnera putredini obnoxia.

Nerui nudati.

Nerui puncti.

Nerui vulnerati.

Aqua neruis inimica.

Tendines.

Ligamenta. periculo consues, ligamenta autem quomodocunq; afficiantur, ab omni sunt remota periculo, vtpote insensibilia exsistentia, & ex ossibus, non ex musculis, vt tendines orta, neq; ex cerebro, aut spinali medulla, vt nerui. Et ibidem ratione viæ, neruorum inquit pũctiones angustam cutis diuisionem habentes, nõ eodem curantur medicamento, quod nudato neruo auxiliatur, quod multo calidius, magisque mordeat, quam vt nudus neruus perferre possit. Et ibidem rationem viæ habẽs, vulneribus, inquit, angustis, aptiora sunt medicamenta, quæ longiori tempore fuerint attrita, quod tenuiorem consequantur substantiam, quemadmodum in neruis carne nudatis admodum tenuia, exedentiaque cauenda sunt. Et ibidem, vtriusque tum loci, tum viæ rationẽ habens, puncturis inquit neruorum acriora pharmaca ex vsu sunt, quæ vulnus apertum conseruent, denudatis autem mediocri astrictione, cum digerendi virtute absque morsu prędita offerre conueniat, & 1. de med. secũdum locos, curationem inquit indicant non solum affectus ipsi, sed etiam ægri temperies, & natura partis affectæ, ob id ibidem, viæ rationem habens, in tingendis capillis, etiam aliquid, quod tenuium partium esset, admiscẽdũ esse aduertebat, quo non in superficie tantum, sed in profundo etiam cutem permutet, progrediendo vsq; ad capillorum radices: secundo autem de med. secundũ locos. occiput dicebat

Nerui.
Nerui puncti.
Nerui nudati.
Vulnera angusta.
Neruorum punctura
Capillorum tinctura.
Occiput.

dicebat nec facile exuri, nec citra noxam refrigerari, principium ſpinalis medullæ cum ſit. Et ibidem rationem viarũ habens. At vero inquit, regio capitis iuxta ſinciput, propter laxitatem coarticulationis ad coronalem ſuturam, & ob oſſium tenuitatem, & raritatem, facile tum caliditatem, tum frigiditatẽ omnium, quæ adhibentur pharmacorũ, intro diſtribuit, quare ſiue refrigerare oporteat ex caliditate ardorem, ſiue calfacere frigiditatem, aptiſſimus eſt capitis iuxta ſinciput locus. Et ibidem loci rationem habens, ſtupefacientia inquit, & quæ vehementer aſtringunt refrigerando vitanda in doloribus capitis eſſe, veluti a papaueris, & mandragoræ ſucco, cũ non citra damnum refrigerent, & quæ cum refrigeratione manifeſte aſtringunt, aut ſi quando neceſſitas poſtulet, perexiguum quid ad refrigerantia miſcebat. Et ibidem in iis quibus dolebat caput ex ebrietate, potu aquæ omnino vtẽdũ eſſe aiebat, at quia nõnullis vẽtricul⁹ a frigidę potu ſubuertitur, malũ punicũ ipſis ſuperedendum eſſe dicebat, aut ſolũ p ſe aut cũ allica flaccida calida, probeque cocta, quin & mala ceſtiana citra cocturam auſtera, poſt cocturam vero ſtomacho commoda, eaque iubebat eſſe coquenda ad vaporem aquæ ſuſpenſa. Et ibidem rationem viarum habens, affectiones inquit ſitæ in ꝓfundo diuerſa pharmaca ab iis quæ hærent in ſuperficie, deſiderant, vbi laudat antiquos, qui acetũ aliis phar-

Sinciput.

In dolore capitis vitanda ſtupefacientia.

Dolor capitis ex ebrietate.

Phrenitis. macis miſcuerint ad phreniticos,& hoc, ꝙ licet ad propria affectioni auxilia aliquãdo cõtrarium ſit, & nocentis facultatis, exſoluitur tamen omnis ipſorum vis in tranſitu per profundum, quippe acetum ex ſe, cum nec mitigandi, nec laxandi vim habeat, etſi præter rationem miſceatur auxiliis iis, quæ ad dolentẽ inflamationem adminiſtrantur, tamen qùia ꝑ ſinciput pharmacum penetrare volumus, ob id aliquod eorum, quæ in profundum deducunt,miſcemus, interdum quidem frigida facultate, ſed tenuium partium præditum, cuiuſmodi acetum exſiſtit, interdum vero calida, quale eſt euphorbium. Et ibidem, fracto cranio commode inſtillabat roſaceum ſolum tepens in craſſam meningen, exſiſtente autẽ integra caluaria, viæ rationem habẽs acetum illi permiſcet,vt per ſinciput ad membranam cerebri penetret, quod aceti facultas vehemens,tum per viarum tranſitum,tum per roſacei miſcellam exſoluatur.Et 3. de med. ſecũdũ locos, prima parte curationis partium inflammatarum in parotidibus minime vtitur Gal. reprimente ſane, repulſoriaque, præſertim cum nec malignum eſt, nec multũ quod influit, nec vniuerſum corpus phethoricum, ſic neque ſpongia ſola ex poſca impoſita incipientes inflammationes reprimit:ſed in parotidibus loci rationem habens contrariam curationẽ molitur, nempe pharmaca attractoria ad hibens, & ſi hæc nihil memorabile efficiant,

Acetum.

Fractura cranei.

Parotides inflammatæ.

B

ciant, etiam cucurbitulas affigens, aut fomenta assidua adhibens, laborans vt infestans humor ad cutim ipsam trahatur, præsertim si affectio in capite hæreat, quamquam cum natura per acutas febres redundantes humores ex vasis ad regionem inter cutem, & subiecta corpora pellat, quandoquidem illis etiã glandulæ imbuuntur, multo satius videtur Gal. opitulari naturæ, febres per abscessus curanti, quamquam si vehementi impetu fluant humores, omnia suadet naturæ esse permittẽda, quod vbi aut cucurbita, aut pharmaco humores ex alto trahere volueris, vehemens dolor hominem apprehendat, vnde & vigiliæ, & febres exoriũtur, atq; exsoluuntur vires, quinimo mitigare tunc ait, & non influxum prouehere oportet, per vsum cataplasmatum lenientium dolorem. Quinimo quasi Archigenem reprehendens, qui commendabat in parotidibus etiam plantaginis vsum, ego vero inquit nunquam pharmacis ad parotidas destinatis repulsoria admisceri existimo, nisi forte aliquando pauxillum repulsorii, multo discussorio addatur, idque vbi citra vehementẽ dolorem ipsæ irruant parotides. Et ibidem rationem loci habẽs, in poliponarium pharmacum per fistulam insufflat, atque omnia remedia assidue fieri oportere narrat, vt nunquã ab affecta parte absit pharmacum quum facile ab humiditate eluatur. 4. autẽ de med. secundũ loca, in ophthalmia inquit pharma-

Plantago in parotidibus.

Ophthalmia.

ca omnia huiuſcemodi affectionem curantia, ex genere eorum ſunt, quæ medentur inflã-mationibus, aſſumunt tamen neceſſario nõ-nihil, pro ipſius partis natura, quæ excellentẽ mollitiem, atque eximiam quandam ſupra omnem totius corporis cutem, ad patiendum facilitatem eſt nacta, ob ſenſus ſubtilitatẽ, ac raritatem ſubſtantię, adhibenda itaque inquit ſunt pharmaca repellentia, minime tamẽ exaſperantia, hoc eſt non vehementẽ aſtrictionem ſortita, ſed quæ tum propria ſua ſubſtantia moderatiora ſint, tum lenitiui liquoris admixtione adhuc magis talia reddantur. Voco autem lenitiuos liquores, oui candidum, & fænugræci decoctum, magiſque adhuc ipſum lac. Sexto autem de comp. med. per loca loquens de oris affectionibus, cõmunis inquit, ſcopus in oris inflammationibus eſt, prohibẽdi eas dum incipiunt, ſecundus autem ab ipſa particula ſumitur, cum ſciamus longe rariorem, atque molliorem eſſe oris tunicã cute, qua vniuerſum tegitur corpus. Et ibidem connexionis rationem habens, oris inquit affectionibus exhibenda nõ eſſe fortia, nec venenoſa medicamenta, cuiuſmodi calchantus exſiſtit, niſi magna vrgeat neceſſitas, & hoc, ꝙ poſſint medicamenta ori indita defluere in ventriculum, & pulmones, quorum neutrum cuti reliquæ adeſt. Et 7. de comp. med. per loca, viæ longinquę rationẽ habens, in ſanguinis inquit, reiectatione diſtributionis ratione admiſcemus

Liquores lenitiui.

Oris inflammationes.

Calchantus

Sanguinis reiectatio.

21

miſcemus aſtringentibus medicamenta cõtraria diſpoſitioni hæmophtoicæ: In iis enim inquit,qui ex pulmone, aut thorace,aut arteria, aut laringe reiectant ſanguinem, miſcentur prædictis congruenti menſura calida, & tenuiũ partium medicamenta, quæ infeſtiſſima ſunt tribus illis vaſorum affectionibus,reſerationi ſcilicet, ruptioni,& roſioni,miſcentur inquam gratia diſtributionis, vt videlicet aſtringentibus medicamentis præparent, ac veluti ſternant viam.At cum ex locis circa ſtomachum,aut aluum, aut aliquod inteſtinum ſanguis educitur, hujuſmodi pharmacorum mixtura non eſt opus.8.autẽ de cõp. med. per loca, habẽs rationẽ vſus ipſius loci:In vniuerſum inquit,in ſtomaticis Aſclepiadis fugiẽda ea pharmaca ſunt in vẽtriculi affectibus, quæ calchantum, mandragoramue recipiunt, aut id genus alia. Et ibidem,in medicamẽtis Andromachi, rationem habens operationis iecoris,in eo quod Ciphois appellatur: Nonnulli inquit, huiuſmodi pharmacis, opiũ, aut hyoſciamum, aut aliud quidpiam refrigerantium miſcendo ad calidas intemperies vtilia medicamenta efficiunt, quamquam inquit, ex epaticis pharmacis nullũ eſſe debet vehementer refrigerans. Et 9. de comp. med.per loca.In ſplenis affectibus,loci operationis rationem habens: Quo inquit, actionès ipſius conſeruentur, ex auſteris aliquid eis admiſcetur, quale etiam aſtringentium genus exſiſtit.

Ventriculi affectus.

Epatis affectus.

Splenis affectus.

Et hoc, quod cum vniuersæ particulæ propriæ incolumitatis gratia certas quasdam facultates possideant, attractiuam familiarium, ac tū alienorum expultricem, tum assimilatricem eorum quæ sibi attraxerunt, aliquibus ipsarū inest, vt ex accidenti sint vniuerso corpori ex vsu, ex quorū genere est liē, qua ratione naturalē ipsius firmitudinē custodire oportet, quo conueniens sibi alimentum alliciat, per quā actionem vniuerso corpori, ad humorū bonitatem conducit, & excrementa genita in ipso demittere in ventrem potest, vt vna cum excrementis alui excernantur. Et in Philonis antidoto viæ profundæ rationem habens, ad sedandos dolores facto, quo inquit hæc opii scilicet, hyosciamique mixtura citius distribueretur, & totam affectarum partium penetraret profunditatem, calefacientia admiscuit, piretrum, euphorbium, piper. Et ibidem loci rationem habens, cæterum inquit, pudendorum vlcera, & circa sedem citra inflāmationem consistentia, resiccantibus valde indigent pharmacis. Et figuræ locorum rationem habens ibidem, Quæ inquit, citra vterū, aut vesicam consistunt vlcera, eisdem medicamentis indigent, sed instrumentis insuper opus habent, quæ ipsa intromitttant, vt sunt metrenchitæ, & catheteres vocati, aptioraq; sunt arida, qualis est crocus, pompholyx, & aloe, quæ facile plantaginis, aut alteri succo tali miscentur. Et 10. de comp. med per loca, loci rationem

Lien.

Philonis antidotus ad sedandos dolores.

Vlcera pudendorum.
Vlcera sedis

Vlcera circa vterum & vesicam consistētia.

rationem habens: In manibus, pedibusque pharmacis repellentibus fluxionem inquit, vtamur, iuxta coxendicem vero, ea minime administremus, cum enim iunctura ea in profundo sit sita, sanguis ex vicinis, & ambientib. vasis a musculis ad illam truditur. Et ibidem rationem habens longinquitatis ipsius viæ: B in nephriticis medicamentis, si quidem inquit, quæ ad inflammatas, & exulceratas renũ affectiones componuntur, mitigatoriis medicamentis indigent. Cæterum inquit, cum impossibile sit hæc cito penetrare ad regionẽ renum, ob id ipsis miscemus diuretica: Ex iis igitur manifestum esse potest, quantum curandi ratio virium, & incrementi sumat ex locorum affectorum notitia. Quorum cognitio cum in vniuersali quodam exposita fuerit, sequitur vt singulorum membrorum naturas particulares percurramus, vt ex eorum natura recte percepta, singulis sua propria, & peculiaria remedia accommodari possint. Hæc autem præcipue cum rationem curandi variare soleant apud artis medicæ professores, nempe ventriculus, epar, lien, renes, vesica, vterus, cerebrum, pulmo & cor. Sequitur igitur vt singulorum naturas particulares percurramus, incipientes a ventriculo. Porro ventriculi temperatura cum frigida sit, & neruosa, ea ratione, ea quæ vehementer frigida sunt, pati non poterit, eius vero habitus cum sit facile dissolubilis, quo dissoluto sequitur

Fluxiones manuum, pedum, coxẽdicis.

Medicamẽta nephritica.

Diuretica.

Singulorum membrorũ particularis natura variat remedia.

Ventriculi tẽperatura.

Habitus.

error in concoctione,& in vniuerso corpore, ob id postulat roborantia, & leniter astringẽtiã, quamquam astringentia quoq; desideret ventriculus, & iecur magis quam cætera mẽbra, quod sint e principalib. partibus. 11. meth. Sequitur operatio. Partes itaque sibi soli inseruientes vacuabimus audacter quantum feret affectus, modo virtuti etiam attendamus. At vbi partes opus habebunt non solum sibi, sed omnibus animalis partibus necessarium, veluti sunt ventriculus,& iecur, de eorum robore non leuis erit habenda solicitudo in vacuatione, 11. meth. ventriculus enim etsi quatuor illas facultates retinet quemadmodum aliæ partes, attractricem, retentricem, superfluitatum excretricem, & ante has omnes alteratricem, in hoc tamen ab aliis differt, quod natura illis non indidit sensum eorũ quæ desunt, sed in modum plantarum nutriuntur: soli enim ventriculo hoc fuit a natura iniunctum,& hoc, quod totius corporis partes reliquæ nutrimentum ex venis a caua prognatis trahant, ipsa rursus caua ex venis epatis, hæ rursum ex iis, quæ sursum feruntur ad portas, illæ rursum ex ventriculo,& intestinis, cumque nulla iam superesset amplius particula, a qua ventriculũ capere oporteret, animali facultate ipsum extrinsecus repleuit, in qua differt a plantis, quæ per os, cum non essent nutriendæ, promtuarium copiosi alimenti subiectam habuerunt terram, cui hærentibus, at-

Partium operatio.

Ventriculus & iecur sunt partes principales.

que

que vnitis semper affluunt alimenta. 4. de vsu partium. Ventriculi vero vsus fuit a natura factus, non vt esset earum partium, quæ confectum alimentum in totum corpus deriuant, sicuti venæ, neque vt haberet vsum aliarum partium, quæ excrementa suscipiunt, sed earũ quæ recipiunt, & conficiunt cibum, & iecori præparant. 6. anatom. adminis. Vsus etiam vẽtriculi, est primum in cibariis subire laborem, sine quo erũt inutilia, in nullamque rem animali commoda. Purgat enim ex ipsis, vt præparandi tritici periti, si quid terræ aut lapidũ, aut syluestrium seminum admixtum sit, quæ pernitiosa corporibus esse solent. Ventriculi enim facultas pariter, si quid fuerit eiusmodi, pellit inferne, reliquum vero omne, quod fuerit natura vtile, vtilius adhuc ab ipso redditũ, venis, quæ tum ad ipsum ventriculum, tum ad intestina perueniunt, distribuit: hæc autem quemadmodum baiuli in ciuitatibus repurgatum in promtuario frumentum, in aliquã communem ciuitatis deferunt officinam cõcoquendum, & vtile ad nutriendum mox futurum, simili modo prius elaboratum in ventriculo alimentum, venæ ipsæ deferunt ad aliquem concoctionis locum, communem totius animalis, quem epar nominamus: initio 4. de vsu partium. Amplius cum nutritio sit assimilatio nutrientis secundum qualitatẽ mutati ad id quod nutritur, assimilatio autem nõ sine transmutatione fiat, transmutans autem

Vsus ventriculi.

Nutritio quid, Assimilatio.

facilius transmutationem exerceat, & commodius in iis quæ præparata, præcoctaq;, quã quæ concocta non fuerint, ob hanc rationem tot concoctiones sibi inuicem successerunt. Etenim cum cunctis partibus iecur alimentũ præparet, illi ventriculus, huic os, ori quædã, vel iurulenta, vel assa, vel frixa, vel tantummodo madefacta, his omnibus gubernatrix natura fructiferas plãtas præparet, quinimo non nulla ab ea ipsa gignãtur, quæ nec elixãda, nec assanda, nec madefacienda, nec aliter præparanda sunt, atque ad eundem modum animalia, & animalium partes lib. de cibis boni & mali succi. Sequitur sensus, qui oris ventriculi cum exquisitissimus sit, ob id symptomata non pauca, tum vero syncopas accersit, & in consortium affectus reliquas partes facile ducit, quapropter ad robur virtutis conseruandum, & ne syncope accidat, non solum temperamenti trium principiorum, sed etiam ventriculi est habenda ratio, hac ratione quia vẽtriculi oris facultas, quamprimum fatigatur propter eximium sensum, vnde reddere solet pulsus languidos, paruos, crebros interdumque inæquales. 4. præsag. pulsuum. Sensus autem egestatis in ventriculo vnde est? & propter quid est? Cum animalibus impossibile fuerit plantarum ritu ex terra sugere humorem, opus sane fuit per cibaria id temporis edere, quo ventriculus senserit indigentiam, ea vero ratione qua nulla corporis par-

Iecur
Os.
Ventriculus

Oris vetriculi sensus exquisitus.

Sensus egestatis in vẽtriculo.

ris particula ex seipsa habet sensum sibi innatum, affluere igitur ventriculo facultatem sensitiuã oportebat per neruos, veluti per canales quosdam, cuius rei gratia, par neruorum haud mediocre superne defertur, & dis-seminatur, contexitque maxime quidem eius os, & partes ipsi continuas, & in alias partes vsque ad fundum ipsius ventriculi protenditur. Sequitur ventriculi connexio, qui quidem cerebro colligatus est, simulque consentiunt propter neruorum a cerebro ad os ventriculi descendentium magnitudinem, p quos etiam sensus huic particulæ, quam vlli reliquarum corporis partium acutior est, vt hac ratione ventriculus cerebro, & cerebrum ventriculo suas affectiones transmittant, quo circa capitis fracturas, cum ad membranas vsque perueniant, biliosus vomitus, nausea stomachiq; morsio comitatur, & hypochondriacas dispositiones melancholica tristitia sequitur, & quibusdam oris ventriculi dispositionibus, ea quæ in affectionibus suffusioni similatur affectio. 3. de locis affectis. Non solum autem cerebrum propter conuenientiam, quam cum eo habet propter duos neruos, sed in eosdem affectus cor quoque ducit propinquitatis ratione, item & septum transuersum, cui adnatum est; conuenit quoque ventriculi ostium cum spinali medulla, qua parte ipsi adhæret, & colli vertebris adnexum est. libro de melancholia ex Galeno

Ventriculi connexio.

Cõsensus cũ cerebro.

Capitis fracturæ vẽtriculi Symptomata causant.

Ventriculus consentit cũ corde.

Septo transuerso spinali medulla.

Ruffo, Possidonio: consentire etiam ventriculum cum epate dicere possumus, quod vẽtriculo, & intestinis meatus nullus adsit, prœterquam ad iecur, qua ratione fultus Galenus, arguit omnia membra, quæ totas materias, atque integras aliis præparãt, esse membra præparantia, vt hac ratione, cum non alius quispiã meatus a pulmone aliorsum tendat, quam vnus ad cor, neque e ventriculo, & intestinis, præterquam ad iecur aliquod permeat foramen, neque ex reticulari contextu, nisi in cerebrum, neque ex semen præparantibus conceptaculis, nisi ad testes exitus aliquis patet, & qui biliosum excrementum colligunt meatus omnes in vnum demũ vas deferuntur omnes, iecori scilicet annexum folliculum: non secus renes in vnam tantum vesicam transmittunt: qua ratione ductus Gal. concludit, epar nullo consilio a natura fuisse fabricatũ vt cordi sanguinem, pręparet cũ ei dimidium tantũ suppeditandi munus iniunxerit, consequenter epar ducem esse, & principem, non autem ministrum. 6. de decretis Hipp. & Plat. Sequitur vẽtriculi situs, cui sane præpositus fuit thorax, & quæ in eo sunt viscera. Positus enim fuit ventriculus non statim post os, tametsi postulabat id alimenti certe susceptio, sed post eam partẽ quam vocamus thoracem, & quæ in eo sunt viscera præposuit natura, vt ille quidem in inferioribus partib. effluuia haberet superfluorum, hic vero per os attrahens, & rursus emittens

Epate.

Membra præparãtia.

Epar est pars princeps.

Ventriculi situs.

B

tens aerem, vocis, & respirationis fieret conditor. 4. de vsu partium: ventriculum auté circumdedit iecur, ob hoc, vt ventriculus ab epate, & a ventriculo cibaria calefierent, atque hoc est illud, cur natura iecur produxit quibusdam lobis tanquam digitis ventriculum ad vnguem complectens. Sequitur epar, cuius temperatura calida est, & humida, vnde iecoris specie nihil sanguini similius, & temperatura. 6. de decretis. Sequitur epatis habitus, cuius propria substantia est ipsa caro, cuius naturam si quis considerarit, proximam sanguini manifeste videbit. Si enim animo cogitaris portione tẽuiore exhausta a calore ipsum sanguinem crassiorem factum, nihil aliud inuenies esse, quam epatis carnem. 4. de vsu partium, ob id iecur plus cæteris membris astringentia petit. 11. meth. qua ratione etiam non perfert hoc membrum fortia medicamenta, veluti splen, lib. ad Glauc. & 6. de decretis Hip. & Plat. Iecoris caro nihil aliud est quam sanguis coagulatus, argumento est illud, quod si sanguis conspissetur, caro iecoris prorsus effecta erit, atque hoc est illud cur Gale. carnem iecoris concludat esse instrumentum conueniẽs pro sanguinis generatione, cum id quod mutatur, in mutantis similem speciem euadat 6. de decre. Hip. & Plat. Sequitur iecoris operatio, iecoris sane opus particulis omnibus est pernecessarium, tametsi non adeo perpetuã necessitatem habeat, sicut ipsius cordis, atque

Iecoris lobi.

Iecoris temperatura.

Habitus.

Iecoris caro.

Operatio.

ad portionem iocinoris etiã ventriculi opus se habet.7.meth.in fine, quod quidem iecoris corpus ex propria sua natura functionem propriam est consecutum, maxime rubrum enim cernitur, perinde ac sanguis.6.de placitis. Munus insitæ iecoris facultatis est vniuersam in animali procurare nutritionem, cuius maxima pars, & nobis, & sanguineis omnibus sanguinis est procreatio.7.de placitis. Sequitur vsus, vsum quendam iecur præstat, & cordi, & cerebro, sicut enim cerebrum ad præseruandum cor vtile est neruis thoracem agitando, quo distento inspiratio, contracto exspiratio fit, eodem modo cerebro vsum quendam cor ipsum præstat, atq; iis vtrisque iecur, vt tradit Galenus libro de fœtus forma. Et iecur cum ex iis partibus sit, quæ opus habent non solum sibi, sed omnibus aliis necessarium, sicuti etiam ventriculus, vt hac ratione de eorum robore non leuis sit habenda solicitudo in vacuatione 11.meth. Sequitur iecoris sensus iecoris tunicæ neruus cur est insertus, intro vero non etiam peruenit euidenter? quoniã sicuti vt conueniens modus caloris visceri seruaretur, arteriæ a corde ad ipsum peruenerunt, ita etiam vt nõ prorsus insensibile esset, inseruit natura neruũ tunicæ ambienti, quoniam si nec phlegmonis, nec alterius affectionis sensum habuisset, nihilo vtique a planta differret, quamquã obtuse sentit omnes huiusmodi morbos non luculenter, vt aliæ corporis

Munus.

Vsus.

Iecoris sensus.

23

poris

poris particulæ, quod neruus cum ſit paruus, qui in tunicam ambientem diſtribuitur, aut non omnino in viſcus, aut non in totum certe ſeſe inſinuat. Superfluum enim erat neruũ ſpargi in totum viſcus, quod obſcurũ ipſi ſenſum vel per diſtributionem erat ſuppeditaturus 4. de vſu partium. Quam ob rationem iecori, cordi, & renibus in ſuperficie ſolum ſenſus ineſt, non in cauitate: dolorem autem cur perſentiſcant ex hoc contingit, quoniam grauantur, ideo dolor exſurgit, extenditur namq; membrana, quæ foris eſt vndique, quod cauitas interna repleatur, & ſic extenſa membrana dolorem facit, lib. de dig. & medic. Sequitur epatis connexio de qua 4. de vſu partium in hunc modum ſermonem facit: ſupereſt, inquit, de tuta ipſius poſitione verba facere, quam ſolicite natura iam olim ipſi meditata eſt. Nam ventriculo, inteſtiniſque omnibus, per venam, & colligantem ipſa tunicam, coniunctum erat, ab eiſque ſeparare ipſum haud quaquam erat facile, propter figuram & lobos, at non ſufficiebant hæc, proinde ipſum vinculis quibuſdam ſtabilitum natura proximis corporibus inſeruit, vno quidem, ac maximo, tunica a peritonæo oriunda, quæ ipſi ꝓ tegmine eſt, cuius occaſione futurum erat, vt omnibus etiam internis coniungeretur. Omnia enim tunica hac obuoluuntur, magno præterea alio vinculo, phrenibus, atque aliis quibuſdam membranoſis, & paruis coſtis no-

Cauſa doloris epatis cordis & renum.

Connexio.

this connexum eſt, verum id vinculum, quo phrenibus viſcus ipſum coniũgi diximus, eſt quidem &ipſum corporis ſubſtantia ipſi peritonæo adſimile, quippe quod ortum habet ex tunica ambiente ipſum epar, & ea quę phrenas inferne ſuccingit, quas ambas diximus a peritonæo produci, craſſities autẽ eius, robur, ac patiendi difficultas, permultum a peritonæo diſtat, neque id immerito. Nam ſi recti ſteterimus, a phrenibus neceſſe eſt epar pendere, quo fit vt periculum nõ paruum fuerit, ne vehementioribus motibus facile abrumperetur, repenteque animal interiret, copulatur enim epar non ſolis phrenibus ibi, ſed etiam cordi per phrenas. Nam venam illam cauam toti corpori cum ſanguinem diſtribueret, omnino quidem erat neceſſe ad cor pariter aſcendere, alium autem tranſitum commodiorem cum nõ haberet, neceſſario phrenas penetrauit, vt quæ medium inter vtrunq; viſcus ſitæ ſint. Non igitur conueniebat, alia quidem vincula venæ ipſi, alia autem viſceri comparare, ſed vnum durum, ac craſſum indumentum ſimul cauæ venæ, ſimulque communi ligamentum ad diaphragma, tum venæ ipſi, tum toti viſceri feciſſe præſtiterat. Momentaneus igitur in primis his locus futurus erat, noxaque venæ eius loci omnibus, quę in toto ſunt animali, venis communis erat futura, non aliter quam ſi quando truncus arboris affectus ſit. Vlneratam enim hanc venã, aut

Vinculi Epatis & peritonæi differentia.

Vena caua

aut diuulſam, adeo acuta ſequitur mors, vt cũ cyclopi quamquam longe omnium maximo, ſapientiſſimum Vlyſſem poeta ſcriberet inſidiari, mortemque machinari, non in aliã corporis partem enſem impulſurum fuiſſe finxerit, quam qua epar phrenes continent, feciſſetque ita, inquit, ſi trucidato eo, quod ſperarat aſſecuturus fuiſſet, manibuſque lapidem grandem, quem altis ianuis ille oppoſuerat, potuiſſet amoliri, adeo certe huic loco confidebat, vt ſi vulnere adfectus eſſet, ne tẽporis quidem momentum ipſi viuere eſſet permiſſurus, &c. Lib. autem de fœtus formatione partes proſequitur iecori ſeruientes, ob iecur inquit partes iſtæ factæ ſunt, renes & veſicæ duæ, fellis receptrix ipſi viſceri innexa, ad renes vrinæ receptrix collocata, cœnoſa autem viſceris excrementa lien expurgat, vẽtriculus iecori præcoquit alimentum, inteſtinorum anfractus, digeſtionis, quæ in ipſa inteſtina fit, cauſa, fuit effectus. Sequũtur loca per quæ iecur purgatur. Iecur inquit per aluũ & vomitũ expurgari fuit hinc cognitum, ex eo quod cõpertũ habebamus, quod cauo iocinoris ſubiicitur ventriculus, & ieiunum, tum quod ieiuno ipſi tenue inteſtinum ſuccedit, id vero colon excipit, ac colon quod appellant rectũ, quare niſi hæc nobis comperta fuiſſent, non licuiſſet inuenire, quod iecur & per aluum, & per vomitum euacuari poſſit, cæterum aptior eſt prior vacuatio, tanquam vſu iam calentib,

Partes iecori inſeruientes.

Iecoris purgationis loca.

B

inteſtinis iocinoris ſuperflua tolerare, 7, meth in fine, quamquam iocinoris cauum per aluũ magis purgatur, gibba vero per ea quæ modice vrinas mouent, cuiuſmodi eſt apium, 13. meth. idem ſecundo ad Glauc. vbi ait, quod ſitus ipſe viſceris oſtendit, quod cauum per aluum, gibba vero per vrinas ſit expurganda; Sequitur lien, de cuius temperatura ita ait 2. de temperamentis. Lienis, inquit, renum, & iocinoris caro tanto cute eſt humidior, quanto eſt mollior, calidior autem, quanto magis abundat ſanguine. Habitus vero lienis rarus, laxusque eſt inſtar ſpongiæ, tanto rarior epate, quanto craſſior pulmone, ſplenisque caro talis perpetuo ſeruatur. Sequitur lienis operatio, quæ ſane eſt ex iocinore quicquid limoſum, & melancholicũ eſt, expurgare, propterea quod ex eo humore nutriatur, qua ratione nec lienem relaxantibus tantum curare oportet, quod indicatio tuẽdi roboris in iis tãtum partibus ſit communis, quarũ munus ex vſu eſt vniuerſo corpori, vnde lien, eparq; ſimilia nutrimenta, & medicamenta requirũt, nam quale medicamentũ iocinori abſinthiũ eſt, tale eſt lieni capparis cortex, quale rurſum iocinori eſt eupatorium, tale ſcolopendrium lieni, ſi quidem ſimilia genere medicamenta, quemadmodum & nutrimenta, ambo viſcera requirunt: cæterum tanto conueniunt valentiora, & acriora lieni, quanto is craſſiore vtitur alimento, 13. meth. Attrahit autẽ ſplen humores

Lienis temperatura.

Habitus.

Operatio.

Epar & lien ſimilia medicamenta & nutrimenta requirunt.

mores crassos, & melancholicos in hunc modum, & per hunc meatũ. Etenim natura quendam velut stomachũ ex simis partibus ipsius splenis productum venosum vas, ad portas extendit, vt nihilominus epar certe purgetur, quam si prope ipsum esset splen vocatus, neque longo vt nunc, sed breui aliquo stomacho excrementum traheret, lienis autem necessitas, & consequenter operationis suæ in hunc modum habetur 4. de vsu partium, veluti, inquit, vinũ mustum in ebullitione, ex ipsis excrementis, quod fœculentum est, ac crassum subsidet, innatat vero quod tenue est, ac leue, ac veluti spuma quædam in sanguinis superficie fluitat: His sane ratio fuit instrumenta parari, caua quidem vt recipiant facile, prælonga vero colla, velut stomachos quosdam vtraque parte cauitatis habentia, alterum quidem eorum attrahendo excremento, reliquũ autem emittendo idoneũ. Et lib. de atra bile. Humor enim, inquit, pituitosus, qui in prima vẽtriculi coctione fit, cum mutetur in cõcoctione, quam epar obit, in sanguinem, proinde ei nullum datum peculiare instrumẽtum est ad sanguinis purgationem, nam hæc biliosi humoris sunt, & serosorum excrementorum, vt etiam lien melancholici humoris, ob id male Erasistratus tam magnum instrumẽtum existimauit a natura artificiosa frustra conditum. 2. naturaliũ facult. præsertim cum Hip. & Plato, & cum iis veterum tum philosophorum,

Necessitas.

tum medicorum innumeri contra illum ſint, 2.naturalium facult. & libro de fœtuum formatione,& 6.anatom.adminiſt. Sequitur lienis ſenſus, cuius parum a natura adhibitū fuit, quod ſicut epar ea ratione, qua a quatuor inſtrumentis cum purgetur, conſequenter nullus ſuccus malignus, & acris manſurus eſſet, ſenſu maiore haudquam indigebat, ita etiam cum hæc excrementa, ipſis nihil incommodi eſſent allatura(argumento illud eſſe poteſt, ꝙ huius excrementa trahere non potuiſſent, niſi qualitatis communitas quædam cum excremētis ipſis intercеſſiſſet) ſenſum maiorē non poſtularunt 5.de vſu partium. Sequitur lienis ſitus: Poſitionem inquit lienis conuenientem eſſe oportebat lationi excrementi,& ipſas ſtomachorum ad epar implantationes poſitionibus reſpondere, vnde veſicam flauum & leue recepturā epati natura impoſuit, ſplenē quoq; oportebat ipſis portis ſubiicere, quo ſua ſponte inclinaturum erat pondere delatum melācholicum illud excrementum; quoniam vero ventriculus prior occupauerat omnem locū, cumque in ſiniſtris partibus amplum ſpatium eſſet relictum, illic ſplenem depoſuit, & ex ſimis partibus ipſius ſplenis venoſum quoddā vas, quo epar purgatur, ac ſi prope ipſum eſſet ſplen locatus, quarto de vſu partium. Sequuntur loca per quæ expurgatur lien. Loca inquit Gal. per quæ expurgatur lienis pars, quemadmodum & iocinioris caua per inteſtina purgatur.

Lienis ſenſus.

Situs.

Loca per quæ purgatur lien.

gatur. 13. meth. quamquam etiam per vrinas purgetur, quemadmodum renes, & iocinoris gibba, 2. ad Glauc. Sequuntur renes, & primo temperatura, lienis, inquit Gal. renum & iocinoris caro, tanto cute est humidior quanto est mollior, calidior autem, quanto magis abundat sanguine. 2. de temperamentis: habitus vero renum densus fuit, ne cum vrinis per aliquod foraminum quæ in renibus habentur, quemadmodum tenue & biliosum, ita vt sanguis elaberetur, vt carni aspersus sanguis ipsorũ renũ, adhæresceret, vniretur, atq; demum ipsis fieret alimentum, 3. de vsu partium. Sequitur vsus. Cum, inquit, vt ex iocinore purũ, nulliusq; superflui particeps vniuerso corpori dispensari vellet natura, instrumenta ad id expurgandum accommodata condidit, aliud quod subtile, & leue bilem, aliud quod terrestre, & graue, aliud quod serosum, aquosumq; renes, 6. anatom. administ. quam quidem vrinam vi sua trahunt, 1. de nat. facul. ratione vero, quia alias excrementorũ species serosa hæc superfluitas non parum superat, renes natura duos, non vnum effecit. Sensus vero parum renibus tributum fuit, veluti & aliis instrumentis quæ purgant epar, vt quæ nihil vnquã negotii a comprehensis in sese excrementis erant habitura, 5. de vsu partium, idque sensus in superficie, non autẽ in cauitate. Sequitur situs: renes, inquit, adiacent vtrinque ipsi venæ cauæ, quæ paulum sub epate, vt quic-

Temperatura renum.

Habitus.

Vsus.

Sensus.

Situs.

quid in ipsam sanguinis assumatur, confestim purgetur, solusque postea is purus eat per totum corpus, pauco omnino ipsi admixto aquoso humore. Non enim egit amplius sane multo hoc vehiculo, vt qui tum per amplas vias illinc ferretur, tum fluxilis magis iam natura redditus sit, quod ei accidit primum ab ipsius epatis, deinde cordis calore multo vehementiore 4. de vsu partium. Iocus vero purgandi renes est huiusmodi, expurgantur enim, inquit Gal. renes tum per deiectiones & pharmaca deiectoria, tū per vrinarios meatus, per deiectionem quidem, & pharmaca deiectoria, vbi multo vitioso succo sunt referta, per vrinas vero, vbi mediocri, 7. meth. in fine. Sequitur vesica, & primum vesicæ habitus, vesicæ, inquit Gal. venæ, arteriæ, & nerui maiores quam renibus & lieni a natura dati fuerunt, quod cum purum, atque ab aliis secretum excrementum attraheret, iure optimo alia vasa sibi ipsi suppeditatura flagitauit, ob id venis, neruis, & arteriis maioribus opus ipsi fuit, quod etiam vesica bilis eadem ratione obtinuit, 3. de vsu partium. Sequitur vesicæ operatio. facta inquit Gal. fuit ad purgationē serosorum excrementorum a sanguine, sicuti lien melancholici, vesicula bilis, lib. de atra bile. Musculi vero eius operatio, & officium proprium est coercere, & excrementorum effluxibus præesse, excernere autem nequeunt nisi secundum accidens, cum agere desierint, quare

Locus purgādi renes.

Vesicæ habitus.

Operatio.

Musculi vesicæ officium

quare errarũt, qui causa excernẽdi superflua, musculos esse dixerunt, cum tum eius qui vesicæ, tum musculi ani officium sit non excernere superflua alimenti, sed retinere, 2. de motu musculorum. Cuius quidem vesicæ opus cum sit commune, ob id in vacuatione eius quoque maxima ratio erit habenda, tametsi in partibus, quæ sibi soli inseruiunt, audacter vacuare liceat, & quoniam non par est actionum communium dignitas, sed aliæ magis, aliæ minus vtiles sunt, ob id ad portionẽ actionum, dignitatis etiã cuiusq; partis ꝓspiciendum erit robori, sicut fit in corde, ꝙ maxima sit cordis officii dignitas, in fine 7. meth. sensus vero vesicæ ex superius dictis elici potest. Sequitur colligantia & situs, cum, inquit Gal. excrementũ hoc tanquã superfluũ esset excernẽdũ, locus autẽ vnde superflua alimẽti euacuantur, in imo præstaret collocare, ob id in imo vesicam natura collocauit, quæ tanquam cisterna quædam, & receptaculũ esset, ad cuius finẽ musculum fabricauit, qui aduigilaret, ne superflua intempestiue effluerent. Quoniam vero renes, quo vrina secernitur, prope epar construxerat, necesse fuit ab ipsis ad vesicam vias quasdã construere, atq; meatus vrinarios, qui renes vesicæ committunt. 5. de vsu partiũ. Locus vero purgãdi vesicã est, vt inquit Gal. vt purgetur sicut renes, & iecoris gibba, ꝑ deiectoria quidẽ phamaca, vbi multo vitioso succo sunt referta, ꝑ vrinales autẽ mea-

Sensus

Situs.

Meatus vrinarii.

Locus purgandi vesicam.

tus, vbi mediocri, in fine meth. 7. Sequitur vterus. Sita inquit, Galen. libr. de vuluæ diſſec. eſt vulua intra abdominis mẽbranã inter veſicam, & rectum inteſtinum. ita vt recto inteſtino toti fere incumbat, ad vmbilicum vero, qua parte fundum eius eſt, maiori ex parte veſicam excedat, ad cũnum veſicæ collo extendatur, veſica enim fœminarum ad pubem collocata eſt. Et ibidem de eius colligatione ita ait. Porro vterus, inquit, multis annexus eſt, multiſque item coniunctus, atque vnitus, qui moderata fuerit magnitudine, tenuiora inteſtina attingit, qui ſupramodum paruus eſt, ea tantum tangit, quibus eſt innexus; maximus vero, qualis eſt præcipue prægnãtis, & alia & abdomen implet, & multa inteſtina tangit, tenuibus quibuſdam fibris recto inteſtino, & veſicæ, ſed veſicæ, pluribuſque nectitur, ſacro item oſſi alligatur: ex quo etiam ex multorum ſententia, firmis quibuſdam vinculis, & neruorum, & muſculorum dependet, dependet etiam totidem nexibus ex lũborum vertebris: lumborum enim magni muſculi vtrinq; proceſſus quoſdam ſatis magnos vtrinque promittunt, qui tum in vtraſque vuluæ partes, tum in ceruicem veſicæ, tum in ſedem diſtribuuntur, atque hæc vincula laxa omnia ſunt, vnde efficitur vt late, & moueri, & trãsformari vulua poſſit, nexꝰ nihilominꝰ ea ſunt, quæ in ipſam penetrãt, partim vt corpꝰ ipſius contexãt, vt ſunt magna ex parte nerui

Vteri ſitus.

Colligatio.

Vteri vincula.

25

te nerui

te nerui a dorsi medulla propagati, partim vt & vuluæ, & fœtui, tum augmentum, tum alimentum exhibeãt, cuiusmodi officium venę, & arteriæ præstant vesicæ, & principi intestino, ad ceruicem tantum mẽbraneis, & arteriosis partibus aliquanto cum adipe coniũgitur atque vnitur, ita tamen vt resolui excoriando possit, adeo vero exacta cõglutinatio ea est, vt vna & eadem caro efficiatur, testes vero, & seminarios meatus agnatos habet, cunno autẽ ceruicis extremitate committitur, atq; ita fit, vt vulua cum aliquibus coniuncta vniatur, aliquibus annexa sit, ab aliis depẽdeat, ab aliis cõ texatur, alatur ab aliis, collo quidem vesicæ, & recto intestino iuxta cunnũ, perinde ac testibus, & vasis seminariis vnita coalescit, aliis partib. vesicæ, & recti intestini annexa est, annexa quoque est ossi sacro, ex eodem tamẽ etiam dependere recte diceretur, ex dorsi medulla, & lumbi musculis dependeat solũmodo, neruis & annexa, & coniuncta, & cõtexta: arteriis, & venis, non tam annexa, & coniuncta, & contexta est, quã ex ipsis etiã nutritur, quarum venarum, & arteriarum magnitudinem, positum, numerum, & ortum etiam declarat, 14. autem de vsu partium, vuluæ, & mãmarum coniunctionem magnam per venas, & arterias declarat, quo loco ait: Porro quid causę sit, cur mammæ tantum habeant cũ matricibus consensum id iam explicabo. Etenim mirabilem quandam id quoq; naturæ artẽ in-

Vterus quibus partib. coalescat.

Vteri nutritio.

Mammarũ & matricis consensus.

dicabit. Cũ enim partes vtrasq; ad vnum opus obeundũ comparasset,ipsas per vasa cõiunxit, & paulo post:Sola enim hæc in animalib.vasa, partim quidẽ ex partib. quæ sunt supra phrenas profecta,ad inferna corporis ferũtur,partim autem ex inferioribus sursum, quod prædictas solas particulas per vasa cõiungi erat necesse,vt quando in matricib. fœtus augeretur, ac conformaretur , illi soli venæ cõmunes ex vtrisq; alimentũ affundant, quando vero natus fuerit,mammis rursum alimentum totum affluat.Quę causa est,cur eodẽ tempore menstrua belle procedere nequeant,& fœmina lactare. Altera enim pars, dum sanguis ad alterã transfertur,sicca semper relinquitur. Cæterũ ante conceptũ in muliere ætate florẽte, quicquid sanguinis superflui colligitur, natura singulis mensibus per venas ad vterũ pertinẽtes, id excernit,cum autẽ iam conceperit, ex iisdẽ vasis fœtus trahit alimentũ.De vteri vero sensu,& opere ex superiorib. elici potest, quamquam circa vteri opus illud erit notandũ, fœtus expulsionem non esse vteri opus, sed abdominis musculorum, qui scilicet tum ad deiectionem,tum ad reddendam vrinam nobis sunt auxilio,3.de nat. facult. de locis enim per quos expurgatur, habet 2. ad Glau. quod per menstrua purgatur.Sequitur cerebrum,cuius temperaturã frigidam esse,& humidam initio lib.de compagine membrorũ Gal.asserit, vbi etiam causa ponitur,cur frigidæ sit,&humidæ tempera-

Menstrua sistuntur cum fœmina lactat.

Sensus. Operatio.

Loca expurgandi vterũ

Cerebri tẽperatura.

peraturæ: Cerebrum, inquit, natura quidem B frigidum est,& humidum,& hoc ideo, vt facilime ad susceptionem diuersorum conuertatur, & vt membris mouẽdis habilitatẽ præstet,& vt calido, & sicco spiritui ad caput exhalanti temperiem inferat. Sequitur cerebri operatio, quæ sane est vt spiritum animalem transmittat,vt cor vitalem, ait enim 3. de placitis Hip.& Plat.in fine: quemadmodum corpus ipsum cordis, cum ex seipso dilatatur, ac contrahitur,vicissim materias, & attrahit, & emittit, eadem ratione cerebrum etiam cum vult spiritum,quẽ in ventriculis suis continet, quem animalẽ nuncupamus, in aliquod mẽbrum transmittere, accommodata huic rei agitatione motu id facit,hic autem spiritus,qui in ventriculis continetur cerebri, parua quadam ex parte,fortasse ex iis etiam,quæ ad ventriculos ipsos pertinent,venis gignitur, maximum vero,ac præcipuum ortum huic arterię illæ, quæ sunt ad reticularem in fundamento cerebri sitam texturam suppeditant, a corde ipsæ ortum habentes. Quibus autem partibus cerebrum consentiat,& colligatum præcipue sit,lib.de melancholia in principio tradit, neque enim, inquit, quicquam obstat, aliunde atque ex alio membro,quam ex cerebro, huiusce affectus melancholici originem esse, cũ facile ostiolum ventriculi quiduis patiens in similem affectum cerebrum ducat, nimirum ob conuenientiã, quam cũ eo habet propter

Cerebri operatio.

Animalis spiritus.

Consensus.

duos neruos, qui desuper a cerebro ad ipsum maximi descendunt, in eosdem affectus cor quoque idem trahit propinquitatis ratione, item & septum transuersum, cui adnatum est, conuenit quoque ventriculi ostium cum spinali medulla, qua parte ipsi adhæret, & colli vertebris adnexum est. Sequitur situs capitis, quod sane 9. de vsu partium, partibus corporis omnibus, velut tectum quoddam calidæ domui est superpositum, quo fit vt cũ omnia, quæ a partibus subiectis sursum efferũtur fuliginosa, ac vaporosa excrementa caput excipiat, largiore egeat vacuatione. Locos vero, per quos expurgatur cerebrum tradit 7. met. in fine, vbi non solum locos expurgandi cerebri, sed locos etiam expurgandi alia membra percurrit, a figura vero, inquit, indicatio ipsius modi vacuandi excrementa suggeritur ad hunc modum, ventriculus vomitu, deiectioneque inanitur, intestina deiectione tantum, sicuti etiã iocinoris caua: renes vero, & vesica & iocinoris gibba, si multo vitioso succo sunt referta, per deiectiones, & pharmaca deiectoria (catoterica Græci voctã) expurgantur, sin mediocri per vrinales meatus, cerebrum vero per palatum, & nares, & aures, pectus & pulmones per asperam arteriam & fauces, quamquam satis prolixius locos expurgandi cerebrum. 9. de vsu partium percurrat. Sequitur pulmo, de cuius temperatura ita ait Galenus: quod, inquit, pulmonis,

Colligatio.

Loca purgationis cerebri.

Pulmonis tẽperatura.

pulmonis, cerebrique proprium corpus proximum adipi humiditatis ratione sit, ex mollitie eius cõiectare licet, non enim a frigido cõgelatur, cum nec a calore fundatur. 2. de temperamentis, & 7. de vsu partium: quod, inquit, motu agitetur perpetuo, ob id mollissimus, & calidissimus fuit, ossa vero velut ex diametro pugnantia bonam totius vitæ partem quiescentia, frigida, & dura, quas ob causas etiam perdurat ipsorum substantia, nec facile dissoluitur. Habitus vero talis est, pulmo viscerum omnium leuissimum, mollissimumque. 6. de vsu partium, atque humidam omnẽ substantiam facile potest, promtissimeque admittere, cum adeo rarum, ac molle sit membrũ, lib. de crisibus. Pulmonis caro longe laxior est quam splenis, laxissima enim est atque lenissima, vtpote ex spuma quadam velut coagulata, 4. de vsu partium. cum autem vnumquodque sibi simili nutriatur, ob id puro nutritur, ac vaporoso sanguine flauo, subtili, & spumoso, quas omnes dotes habet sanguis, qui a corde mittitur ad pulmones, nõ autem, quomodo iecur, limoso, ac crasso: quamobrem vasa etiam obtinuit ratione habitus ipsius cõstructa, contraria maxime quidem iis, quæ sunt in epate, post autem & aliis animalis particulis. In iis enim cum vasis sanguinem suppeditantis tunica rara sit, ac tenuis, affatim crassi sanguinis, ac celeriter partibus circumfusis distribuit: in pulmone vero, quod crassa ea, &

Pulmonis tẽperatura.

Habitus.

Pulmonis nutritio.

Pulmo contra quã reliqua partes habet venã crassam & arteriam tenuem.

densa exstitit, nihil nisi tenuissimum sinit elabi, 6. de vsu partium: ratio autem, cur pulmo non habuerit venam tenuem, & arteriam crassam, sicuti cernimus in reliquo animalis corpore, sed opposito modo, venam crassam, & arteriam tenuem, hæc est, quoniam in reliquo animalis corpore, venam fecit natura tenuẽ, vt sanguis crassus, grauis, ægreque mobilis, qui in ea continetur, facile circumfusis partibus distribueretur, contra vero arteriis crassam, ac densam tunicam exhibuit, ne spiritus tenuis, lenis, & citus, exspiraret repente, atque euolaret. Pulmo vero vasa opposito modo facta obtinuit, venam crassam, arteriam tenuẽ, & hoc, quod pulmo, etsi motus omnis sit expers, a thorace tamen cum continenter moueatur, cumque venas, veluti cibi promtuarium quoddam, non esset opus dilatari inspirantibus nobis, nec exspirantib. contrahi, arterias vero opus esset, veluti spiritus conceptacula quædam a natura factas, repleri inspirantibus, celeriterque vacuari exspirantibus nobis, ob id arteriis pulmonis corpus molle factum fuit, vt promte vtrisque thoracis actionibus obsequi possent; venis vero durum corpus, quod nihil obedire opus erat. Cum igitur corpus nutriatur per ipsorũ vasorum tunicã sanguine, laborabit ne igitur pulmo inopia alimenti, cũ tunicas venarum densas admodum obtinuerit? quinimo hoc fuit maxima naturæ prouidẽtia,

An pulmo laboret alimenti inopia.

vt cum

vt cum sibi simili nutriẽdus esset, nihil etiam, quod nõ esset lene, & tenuissimum elabi sineret, sexto de vsu partium, cum pulmo sit corpus lene, rarum, ac velut ex spuma quadã sanguinis concreta conflatum. Operario vero, & vsus talis fuit, cum inquit, ex cordis palpitatione in terribilium rerum timore, & ex iræ excitatione præuiderent, fore, vt totum hoc irascentis partis domicilium æstuosum, ac propemodum ignitum redderetur, subsidium illi, pulmonum forma aggenerata inuenerunt, quæ mollis primum ac exsanguis, deinde cauernosa, spongię instar, ac foraminulenta est, vt spiritu, potuque excepto respirationem refrigeraret, æstumque mitigaret, ex consensu Hipp. & Platon. 8. de placit. Argumento illud esse potest, quod vt ait Galenus, in pulmone meatus tantum vnus adsit ad cor, hic enim est mos eorum membrorũ, quæ alii præparant, neque enim ventriculo & intestinis, præterquam ad iecur, aliquod permeat foramen, & renes in vnam tantum vesicam vrinam transmittũt, sexto de placitis. Sẽsus vero talis fuit, quod pulmo neruos habuit minimos, quod melius fuit, sicuti etiam cor, lien, epar, & renes, septimo de vsu partium. Situs autem talis fuit, cum, inquit Galenus, arteria sublimis emergeret, ob eamque causam sine stabilimento sursum, ac deorsum per totum thoracem, iter esset factura, natura securitati ipsius prospiciens, ipsum pulmonẽ

Sensus.

Situs.

velut fulcimentum quoddam ei suppoſuit. 15. de vſu partium, cum pulmo ſedem habeat omnium cordi coniunctiſſimam, eique vaſis quam maxime ſit affinis, & fiat confluxus per maxima oſtia in vtrunque ſinum, celerrimam cordi, & omnium maximam noxam exhibet, 4. præſag. pulſuum, Qua ſitus ratione parcius ad pectus, quam ad alia aſtringentibus eſt vtẽdum, quod talia humores, qui phlegmonem excitant, in pulmones, & cor nonnunquã reprimant, ac longe quidem magis in pulmonis phlegmone ab aſtringentibus eſt abſtinendũ, quando in eo ipſis quoque relaxantib. admiſcendum aliquid acriũ quodammodo, & euidenter calefacientium eſt, quippe foras trahere potius in eo, quam reprimere debemus, vt cucurbitula iis vtiliter, qui ſic laborant, ſi prius ſint vacuati, applicetur 11. meth. Locus vero pulmonis expurgandi talis fuit, locus, inquit Gal. qua pectus expurgatur, & pulmones, eſt per aſperam arteriam, & fauces, ſicuti inteſtina deiectione tãtum. 7. meth. in fine, qui quidem locus expurgandi per tuſſes, non aliunde quam ex forma particularum eſt deſumtus, quod hæ nullum talem exitum habeant qualem vterus, veſica, ſedes, aures, naſus, & os, hinc etiam fit, quod ventriculus vtrinque expurgari poſſit, ſurſum per vomitum, deorſum ſecundum naturam, quod genus indicationis ab inſtrumentalibus, quatenus inſtrumentalia, eſt ſumtum, ſicuti quæ ſiccandum

In pectoris affectibus parce aſtringentibus eſt vtendum.

Loca purgandi pulmonem.

eſſe

esse docent ab ipsarum similarium substantia. 7.meth. Quoniam vero via longius abest, vbi expurgandum ex pectore & pulmone pus est, ob id excogitata a medicis sunt fortissima, quęque maxime dissecent pharmaca, taliaque omnino, quæ si vlcus in ventriculo esset, ipsum exacerbarent. 5. meth. Sequitur cor, quod huius temperaturæ fuit. 6. de placitis Hip. & Plat. siccius sane, calidiusque iecore, ideo effectum est, vt & esset durius, & quemadmodum arteriæ, duplici motione posset agitari, atque ita ex ea agitatione insiti caloris proportio æquabilis conseruaretur, vt in lib. de vtilitate pulsuum a nobis dictũ est, ex duritie vero firmitas visceri compararetur, qua assiduam illam motionem, quæ interdum vehementer admodũ a natura incitatur, toleraret, proinde neque proprius eius sanguis iecoris sanguini similis est, sed quo calidius viscus est viscere, eo flauior sanguis conspicitur, quem colorem siccioris sanguinis, sicuti humidioris ruborem proprium esse constat. Habitum vero validũ, crassum, ac densum cur obtinuerit. 6. de vsu partium ostendit: cum enim cor ex se moueatur, corpus validum ipsum habere oportebat, & crassum, & densum, pulmonem vero, vt qui a thorace moueatur, neq; grauem, neq; densum, sed lenem ac rarum esse præstiterat, cumque quale est vnumquodque tali ipsum nutrimento ali oporteat, iure optimo, cor quidem crasso, pulmo autem vaporoso sanguine indi-

Cordis temperatura.

Cordis sanguis est flauior iecoris.

Habitus.

Operatio. guit. Cordis vero operatio est, esse totius vitæ principium, tertiodecimo de vsu partium: quo in loco discurrit, quomodo natura locum, vbi continetur, vndiq; munierit, & præsertim in partibus posterioribus, quod illic oculi non essent, dignitatem autem officii ipsius cordis, maximam esse, in fine septimi method, ostendit, quoniam, inquit, non par est a-

Dignitas. ctionum dignitas ad ægros seruandos, sed aliæ magis his, aliæ minus vtiles sunt, vtique ad portionem actionum, dignitatis etiam, cuiusque partis prospiciendum est robori, maxima autem est cordis officii dignitas, atque ægrotantibus maxime omnium necessaria. Sensus

Sensus. vero cordi in superficie, non in cauitate inesse ostendit lib. de dign. & medic. Cum, inquit, demonstratum sit, cor, iecur, & renes in concauitate non sentire, in superficie autem sentire (quoniam in superficie nerui sentiẽtes feruntur, in cõcauitate vero nulli sunt) & sequẽs ostendit, quomodo cum neruus nõ penetret, dolorẽ persentiscãt: An, inquit, quia grauatur cauitas, ideo dolor exsurgit? extenditur namq; mẽbrana, quæ foris est vndiq;, ꝙ cauitas interna sit repleta, & sic extensa membrana dolorem facit, in renũ itaq; substantia dolor itidem generatur, quando concauitas ex lapide

Renum dolor.

grauata est, & circumtenditur, profertq; consensione dolorem in superficie, quippe quæ neruos sentientes habeat & membranam: in meatib. autẽ vrinæ, vt qui neruosi sint, & sen-

Meatuum vrinæ dolor.

sibiles,

ſibiles, dolor fit ſæuiſſimus:cur autem pauciſſimis cor neruis indiguerit, rationem reddit 6.de vſu partium,quemadmodũ,inquit, muſculis omnibus,quod actionis animalis inſtrumenta eſſent, magnis neruis opus fuit, ita & cordi nullam actionē animalem habenti,tantis neruis opus fuit, quantis prædictis viſceribus ſingulis,epati ſcilicet,lieni,& renibus,addam etiam & pulmoni, cõmuniter enim hæc omnia, ne ſenſu omni carerent, neue plantæ penitus eſſent,neruos etiam habuerunt, priuatim autem inter ea epar,& cor,quod & ipſa facultatum quarundam eſſent principia, illud quidem animæ cõcupiſcibilis, hoc iraſcibilis. Sequitur cordis colligatio,cerebro enim colligatur, quot autem modis eis colligetur 2. de decretis oſtendit in hunc modum,cor,inquit cerebro tria vaſorum genera connectunt, ex iis inquam,quæ toti corpori cõmunia habentur,venæ,arteriæ, nerui, venæ, quæ iugulares appellantur, arteriæ quæ carotides, quaſi tu ſoporarias dicas,nerui,qui his arteriis annexi, atque aſſociati ſunt, 2. autem de cauſis pulſuũ, cor inquit arterias cerebro,vinculum ſocietatis tranſmittere, cerebrum neruos cordi. Et paulo poſt:nec iam,inquit, quicquã habet adminiſtrationis, ſi cum vniuerſum neruoſum genus coniunctum cũ arteriis ſit,ſinguliq; eorum ramuli ſibi mutuo immixti, cõmunis appareat affectus. Lib. autem de pulſuum præſagitione cor citius, & magis pulmoni quam

Cor pauciſſimos neruos habet.

Cordis colligatio.

Consensus. thoraci consentire inquit, minus atq; tardius thoraci, quod neque magnis vasis, neq; vicinitate propinqua cũ corde cõiunctus sit thorax, quinimo ibidem, cor iocinori magis quã thoraci consentire, inquit. Compactior enim thorax est, quam qui fluxionem admittat, iecur vero non ita compactum, & iocinori procliuius cor, & si remotius quã thorax sit, vinculo cauæ venæ consentit, septo autem transuerso in hunc modum, ibidem ait, cõsentire, præter omnes alias thoracis partes, quod ex ipsa caua vena in hoc venæ inseruntur. Quæ autem partes cordi inseruiant, & quæ organa cordi spiritum apparent, lib. de vsu partiũ corporis humani declaratur, hoc, inquit, primum naturæ videtur esse laudandũ, quod cor ipsum aerem externum trahere instituit non protinus per fauces, sed vtriusque medium pulmonem, quasi spiritus promtuarium quoddam statuit, qui ambabus simul actionibus seruire posset. Nam si cor dilatatum ex faucibus traheret, rursusque in illas astrictum aerẽ emitteret, contentum esse respirationis cum pulsu cordis, esset necesse, quam rem sequerentur multæ, ac magnæ ipsius animãtis offensiones, nec deterius modo viueret, sed periculis etiã vtique esset. Nam si hæc ita haberent, verba continuare diu non possemus, ob idq; ipsum vitam omnino degeremus impeditam, atque laboriosam, simili ratione, & quod metu suffocationis vrinare, mergiq; in aquã non possemus,

Partes cordi inseruiẽtes.

ſemus, tũ autem, quod ſine inſpiratione nunquam poſſemus fumũ, vel puluerem, vel peſtiferam aliquam aeris, ac venenoſam qualitatem percurrere, putredinibus quibuſdam animalium, aliisue occaſionibus infecti, vitæ ipſi id promtiſſime officeret, ipſumque animal funditus labefactaret. Quod vero non ex faucibus, neque protinus extrinſecus, ſed ex pulmone cor animã ducat, eamque rurſus in pulmonem reddat, licitum fuit nobis, alias voce vti, & quidem diutiſſime, alias etiam nihil omnino inſpirare, corde nihil impedito, neque offenſo. Nam ſi cor ſtatim per fauces ſpiritus extrinſecus hauriret, & rurſus foras profunderet, ex duobus ſane alterum neceſſario nobis accideret, vt vel aerem peſtiferum intempeſtiue inſpiraremus, vel omnino nihil inſpirãtes protinus ſuffocaremur. Quo in loco etiam paucis interiectis, cordis ſitum explanat. Nam ipſum, inquit, in medio omnino thoracis ſinu natura collocauit, loco cum ad firmitatem aptiſſimo, tum autem ad æquabilem ex toto pulmone refrigerationem opportuniſſimo. Suſcepit autem hominum vulgo opinio nõ in medio ad amuſſim, ſed magis ad leuam quodam pacto, cor eſſe locatum, deceptorũ, eo qui ad ſiniſtram mammam ſentitur, ſiniſtri ventriculi pulſu, qui illic ſitus eſt, omniumq; arteriarum eſt origo. Sed de iis, quæ circa locorum affectorum naturam ſunt perpendenda, pro recte & conuenienter perficienda cu-

Cordis ſitus

rationis arte, hactenus dictum sit. Sequitur, postquam ex tribus superius a nobis propositis, vt ars curandi recte fiat (nempe affectus cognitione, loci affecti, & ipsiusmet remedii) duo percurrimus, affectum scilicet, & locum affectum, vt remedium modo percurramus, & quæ in eo præcipue consideranda sunt, vt ars curandi finē suum assequi possit. Porro si medicus cognita, & distincta affectus natura, & loci affecti, medicamenta habuisset, quæ proportioni vndequaque respondissent, scopis ab affectu & loco affecto desumtis, non indiguisset aliqua medicamentorum compositione & commixtione simul. At quoniam difficile est reperire medicamenta in natura, quæ vndique, & morbo & loco affecto satisfaciant, quæque non deuenient aut ratione modi substantiæ ipsius medicamenti nos impedientis, aut ratione qualitatis, qua ratione necessaria fuit ars ipsa componendi medicamenta, & ratione modi substantiæ ipsius medicamenti, quandoque imbecillo robur addere, quandoque robustum & valentius minuere, tardo celeritatem iniungere, celeri tarditatem, crasso tenuitatem, tenui crassitiem, denso raritatem, raro densitatem, graui leuitatem, leui grauitatem, insipido acrimoniam, aut salsuginem, aut amaritudinem, acri insipiditatem, veluti vstio, quæ vstis omnibus terreis atq; metallicis essentię tenuitatē, & acrimoniā addit, quibus rationibus

III. Remedium

Ars componendi medicamenta est necessaria.

Medicamenta variantur ratione substantiæ.

bus turbith, zingiber addunt, tanquam eius calcar, agarico, ſal foſſile. Atque hoc eſt illud, cur Galen. 11. de compo. med. phar. per loca. capit. 1. in veſicæ vlcere, ait, quod cum emplaſticantibus, conglutinantibus, & aſtringentibus eſſet ſanandum, hæc autem omnia cum eſſent craſſæ ſubſtantiæ, conſequenter inepta per ſe, & ſolitarie accedere ad veſicam, tenuia diuretica, veluti cucumeris ſemina admiſcuit, vt craſſa illa medicamenta illuc deferri poſſent. craſſa vero admiſcuit tenui in cõfectione arteriaca Lyſiæ. 7. de compo. phar. per loca: in qua intentio erat, craſſos & viſcidos humores exſiſtentes in pulmone attenuare, & incidere, & abſtergere, huiuſmodi autem omnia cũ fiant medicamentis calidis & ſiccis tenuis ſubſtantiæ, & talia poſtmodũ medicamenta trachæam arteriã ſui tenuitate exaſperando incitẽt ad tuſſim, admiſcuit thus, & paſſum creticum, quod in thure adſit emplaſtica, & craſſior ſubſtãtia, in paſſo vero viſcoſitas apta ad remorandum materiã in trãſitu, quæ applanet, & adæquet eius aſperitatẽ. Duro vero admiſcemus molle, vbi volumus medicamentum pertranſire ad partes longinquas, quemadmodum facit Gal. qui ſpecies hyeræ picræ ſimplicis ex vino aut aqua portandas iubet, vt eius vis vltra iecur procederet. Lenia vero aſperis quandoque, atq; hoc eſt in fluore alui orto a nimia humiditate requirente exſiccantia, & corroborãtia ꝙ fit aut

Veſicæ vlcus.

8

Arteriacæ confectio Lyſiæ.

Thus. Paſſum.

Alui fluor ortus ab humiditate nimia

corallis, aut huiusmodi aliis, timentes autem ne nimia sui asperitate nimis irritarẽt, admiscent emplastica, & quæ habent vim leniendi, veluti syrupum de iuiubis, de mirtis, & in calculo renum exhibentes vitrum combustum, & contritũ, timentes ne transiens per loca angusta exulceraret, admiscẽt emplasticas, & lenientes medicinas, veluti muccilaginẽ seminum altheæ, citoniorum. Tarde vero operanti celeriter operans, & velociter, atq; hoc est illud, cur in medicamentis multis catharticis antiquorum videamus scammonium cũ agarico, & colocynthide commixtum. Et facile resolubilibus admiscemus ea, quæ difficile resoluuntur, veluti in pomo in peste conficiendo, vt odores illi nõ ita facile trãspirent, gummi arabico, aut tragacãtho odorata dissoluũt, hæc quoad modos substantiæ. Ratione vero qualitatis variatur ipsum medicamentum, & hoc vel ratione primæ, vel secũdæ, vel tertiæ: ratione primæ, quoniam cum medicamentũ non solum debeat esse contrarium, sed æquipollens recessui in tot gradibus, vbi medicamentum habebimus cõtrarium quidem, sed aut deficiens, aut superexcedens, ex compositione multorum eo peruenimus, & hoc dupliciter vel cõmiscendo plura similia in qualitate, in gradu solum dissimilia, veluti ex mixtione medicamenti calidi in primo cum medicamento calido in tertio, resultare facimus medicamentum calidum in secundo a nobis intentum,

Calculus renum.

Medicamẽtorum variatio ratione qualitatis primæ.

intentum, vel ex mixtione multorum dissimilium, non solum in gradu, sed etiam in qualitate, veluti ex mixtione frigidi in primo cum calido in tertio, facimus resultare medicamentum calidum in secũdo a nobis intentũ. Eodem modo in secundis, ex cõmixtione rari cum condensante, & multum tensi cum valẽter laxante, veluti condensãtẽ, rarefaciẽtem, emplasticantem, abstergentem, incrassantem, incidentem, attrahentem, repellentem, indurantem, emollientem, & maturantem, aperientem, claudentem, & obstruentem, vnientẽ, veluti sarcoticam, glutinantem, & cicatricem inducentem, cum soluente vnitatem, doloris sedatiuam cum irritante, euacuantem cũ habente vim sistendi, veluti supprimentem, cum ea quæ habet vim excitandi fluxionem, quæ quidem simul implicari possunt, vel similes, vel dissimiles, vel contrariæ, de quibus quoniam superius actum fuit, sequitur vt aggrediamur variationẽ medicamentorum penes alias qualitates secundas, cuiusmodi sunt sapor, odor, color, amplius & consistentia, incipientes a sapore, saporis enim erit habenda B ratio, eius speciei maxime qua delectari solet æger, & hoc vt suauia medicamenta facta a vẽtriculo melius comprehensa in actum deduci possint, & ne nauseam, aut vomitũ, aut fluctuationes pariant, dummodo vis illius saporis affectum curandum non augeat, veluti acrem, salsum, amarum in calidis affectibus, vt

Ratione secundæ qualitatis.

Medicamẽtorũ sapor.

nec in frigidis acerbum, ob id ventriculo, quia amara sunt ingrata catapotiis vel alia forma concludi solent, vt deglutiendo sensum sui non præbeant. Et 6. de comp. med. per locos ait, quod qui primus stomachicum diamorō composuit, succum mororum cum melle coxit, quamquam non solum id fecit, vt gratius illud redderet, sed vt diutius duraret, & hoc, vt præter etiam tempus mororum eo vti liceret. Et lib. antidotorum docet Gal. mitridato & theriacæ, propter amarorum iniucunditatem in eis exsistentium, vinum phalernum acre laudatissimum admiscere. Et Hip. 2. rat. victus acut. veratro nigro daucum, seseli, cuminum, anisum, non solum odoris, sed etiam saporis iucundi gratia intelligere possumus, cū horum duorum sensuum sensoria, substantia, situ, actione sint proxima, & in plerisque actionibus communia. Atq; hoc est illud, cur ante medicamenti compositionem de sapore rogandum esse ægrum medici velint, quo sapore maxime delectetur, & etiam qua forma, dummodo medicamenti vires nō soluantur, dum aut dulcedini, aut iucunditati studemus. Atq; hoc est illud, cur Gal. 4. sanit. tuendæ, de oximellite ait oximel omnibus eadem aceti, mellis, & aquæ mensura, non esse coquendū, sed pro cuiusque voluptate, quamquam vnū plurimis naturis commune describi possit, sicut ibi scribit Gal. Odoris etiā est habēda ratio, atq; hoc est illud, cur. de cōp. phar 1. p loca: ad capillos

Diamoron stomachicū

Medicamētorum odor.

ad capillos in capite gignendos, ſucco radicis arundinis, muſcis vſtis, adipi vrſino, oleo cedrino vinũ aut paſſum affundit, vt odor obtũdatur & pilos tenuantibus, & tergentibus, vt nitro, oſſi ſepiæ odorata miſcet Gal. Atq; ibidẽ Crito pſilotra ſuauem odorem habere volebat, atque vrina ſanandis achoribus conuenienti propter odorem ingratum non eſſe vtendum. Et 5. de comp. med. per loca: cyperum addit capillos tenuantibus. Et 7. de cõp. phar. per loca, facit dentifritium odorum amomo, aut cinnamomo, & abſinthiũ. 8. met. quominus odore offendat, aqua feruẽte tingit, ſic noſtra caſſia tanquã cinnamomo, quæ ſumũtur omnia aromatizamus, aut alio odoramento, naturæ ventriculi, & aliarum partiũ familiari cum medicamenta omnia, præſertim purgantia ventriculum, & præcipue ſtomachum partem neruoſam, & maxime ſenſibilem, lædant, niſi iis odoriferis noxa eorum obtunderetur, quinimo quod etiam medicamentis admouendis odorata miſcent, ꝙ declarãt emplaſtra enodea, id eſt, ſuaueolẽtia, vt ex lib. quos & quales, clarius patere poteſt. Sequitur color, cuius etiã eſt habenda ratio, atq; hoc eſt illud, cur medici medicamenta foliis auri tegant, vel vaſe ex materia non tranſparente veluti argenteo, vel ſtãneo. Atq; hoc eſt illud etiã cur emplaſtra fiant ruffa, & coloris cidoniorum, & ceruſſa quoq; addatur vnguẽtis quibuſdam ad coloris albi gratiã. recipiunt

Pilos generãtia.

Achores.

Dentifritiũ

Medicamẽtorum color

autẽ colores omnes optime ea ſimplicia, quæ coloris omnis fere ſunt expertia, vt aqua veluti inodora omnes odores, velut balanus mirepſica, & inſipida ſapores omnes, veluti cucurbita. Sequitur conſiſtentia, cuius etiam habẽda eſt ratio in medicamentis. Craſſa igitur ægrius cum deuorentur, & ægrius in corpus penetrent, liquida fiant, & tenuia. Atque hoc eſt illud, cur bolos catharticos ſæpe liquore diſſoluamus, vt 8. meth. mel aqua exigua Gale. liquat, vt poros cutis obſtructos ingredi ad detergẽdũ poſſit, ſic. 7. de cõp. phar. per loc. ad finẽ: in aſthmate, & orthopnœa ab humore craſſo, & lento ſiccãtia incõmoda ait eſſe Gal. reddendis ex thorace excreationibus, ob id potũ vini largiorẽ admiſcet, ſi adeſt abſceſſus, pauciorem, & 4. tuen. ſanit. vbi vult diutius medicamentũ ſuper vnito corpore manere, oleis, ceram, & reſinã addit, & paruæ cõſiſtentiæ fiunt linimẽta, maioris vnguenta & cerata, duriſſimæ emplaſtra, & 8. meth. diachariõ ait eſſe efficacius ſtomachicũ quam diamoron, & 3. de comp. phar. per gen. acetũ ait, eſſentię tenuitate medicamenta in altũ ducere, & præſertim cum eſt refrigerandum, & euphorbium cũ eſt calefactũ, & 8. meth. maſticen tuſam oleo nardino mixtã ad ſordium craſſitudinẽ, tenuitatẽ etiã medicamenti torrefaciendo exhibet, ob id Gale. 1. de comp. phar. per loc. amigdalas amaras totas cum corticibus vſtas, & nitrum crematum alopeciæ adhibet, vt tenuiora poſſint

Conſiſtentia · *Aſthma.* · *Orthopnœa* · *Diacharion* · *Diamoron.* · *Acetum.* · *Euphorbiũ.* · *Sordium craſſitudo.* · *Alopecia.*

possint vsque ad imam pilorum radicem penetrare, amplius tenuitatem efficiunt, terendo, & cribrando, ob id 4. sanit. tuen. In diacalaminthæ compositione, pulegium, thymũ, petroselinum terit, & cribat ad vacuandum humores acres in tota carne cessantes, & vbi per venarũ oscula medicamẽta promte subire volumus, & in omnem partem ferri, qualia quæ sudores, vrinas, menses mouent, obstructiones liberant epatis, lienis, renum, corporis habitus. Et ibidẽ cum vrinas ducere vult, nitrum, cuminum, piper tenuissimum facere docet, crassius vero, vbi aluus est deiicienda, sic rhabarbarum, vbi aluum ducere negligẽter, vbi vrinas, curiose terere facimus. Quandoque vero crassitudinis habenda est ratio, atque hoc est illud, cur in vlceribus asperæ arteriæ, & œsophagi crassa, & lenta efficiũt medicamenta vlceri idonea cum gummi tragacantha, quæ suo lentore medicamentum affectæ parti diutius affigant, & eodem modo in vlceribus intestinorum, vesicæ, vteri. 1. de comp. phar. per loc. & 6. sanit. tuen. in nocturnis venereorũ imaginibus crassiores substantiæ vnctiones, seu cerota efficiebat, ne facile a corpore defluerent, & piper, zingiber, masticen, & huiusmodi alia integra deuorari iubent, cum ventriculum calefacere volunt, citra epatis caliditatem, vbi vero etiam epar, & longinquas partes calefacere volunt leuissime trita, & aliquo liquori mixta tenuissimo.

Vrinam mouentia.

Aluiductio.

Aspera arteria & œsophagi vlcera.

Intestinorũ vlcera.

Venereorũ nocturnæ imagines.

Ventriculi calfactio.

Epatis calfactio.

Quandoq; vero habēda est ratio vtriusq simul tenuitatis& crassitudinis,quod alterū alterius actionem meliorē reddat. Plerūq; ob id.6. de cōp.phar.per loc.ad diamoron addit crocū, & mirrhā, quod virtus diamorō astringēs altius, & in profundum magis ducatur a mirrha, & e contra mirrha ab astringentib.magis impellatur.Præter hæc autem variatur medicamentū præparatione,veluti ablutione,infusione,elixatione,frictione, torrefactione, adustione, incineratione, exstinctione, & aliis pluribus præparandi modis: abluendo quidem medicamentum, cum vel a medicamento vim aliquam auferre volumus: veluti in cadmia, calce,& omnib. metallicis fieri solet, vt ablutione auferatur vis mordicandi, & adurendi, & exsiccatio sola relinquatur. Vel vt medicamēto vim aliquā addamus,velut medicamenta aceto abluere solent, gratia excitandi medicamentorum vires,& terebinthinam,aut laricinam aqua salsa abluunt, vt addant salsedinem ad extergendam scabiem,&exsiccandum efficacissimam,vel gratia vtendi diluto tantū, veluti lixiuio vti solent, quod est ablutio cinerū. liquores aūt quib.abluere solēt,sunt aqua dulcis,aqua salsa,vinū & acetū: infundendo vero, cum ab vniuersa medicamēti substātia intentio est eiicere virtutes fini nostro,& scopo cōuenientes,contrarias aut dissimiles.Notanter autē dixi,ab vniuersa medicamēti substātia,ad differentiā ablutionis,quæ a superficie solū vires

Mirrha.

Medicamēta variantur præparatione.

Ablutio.

Scabies.

Lixiuium quid.

Infusio.

res abluit:at infusio ab intima rei substãtia eiicit:veluti mirobolanos,rhabarbarũ,aloen infundere solẽt,quoties intẽtio est aperire duntaxat partib.acrib.atq; igneis, abiiciẽdo partes terrestres,in eoq; liquore infusionẽ efficiẽtes, quę scopo etiã respondeat.Elixatione vero,cũ non tantũ a medicamẽti vniuersa substãtia vires eiicere conamur, sed easdẽ trãsmutare volumus ad aliũ terminũ, ad aliũ substantiæ modum,& qualitates alias, ad differentiã infusionis,quæ extrahit quidẽ succũ a medicamento, non tamen alteratũ,sed eundẽ substantiæ modũ,& qualitates retinentem.Frictione vero in aliquo pingui,cum intentio est medicamento adhibere vim emplasticã & lenitiuam , veluti raphani radicem in tenuissima ramenta derasam in anserino adipe frigere solent , & renib. calculo affectis apponere. Assatione vero, seu torrefactione, cum intentio est partes intrinsecas medicamenti concoctas (Notanter dixi concoctas,non autem combustas, veluti fieri solet ab adustione,& incineratione) vel facilius conterere,veluti sericũ olla prius torrefacere solent,vt cõteri possit , vel vt flatus inutilis exhalet , qua ratione pro capite refocillando auellanas torrefacere solent,ne flatu dolorẽ capitis excitent , vel vt medicamẽta diutius conseruent , vel vt a medicamentis diuersarũ substantiarũ, eam quæ scopo nostro & vsui est inepta,exhalare faciam⁹, queadmodũ ad fluores alui coercẽdos rahabarbarum & myrobo-

Elixatio.

Frictio.

Calculus renum.

Assatio.

Torrefactio.

Adustio.

Incineratio.

Capitis refocillatio.

Alui fluores

lanos torrefactos, & cõtritos aliquo congruo liquore potandos exhibemus, vt vbi exhalarint partes tenues abstergentes, crassę duntaxat terreę, astringentes & constipantes, quæ vsui nostro commodæ sunt, remaneant solæ.

Exstinctio.

Exstinctione vero, cum intentio est, vel vapore tantum medicamenti exstincti vti, veluti in scyrrho curando Gal. lapidem pyriten accensum in aceto suffocandum esse iubet, vt ille vapor a lapide exstincto manans, scyrrhi duritiem resoluat, qua ratione etiam ferrum candens in aqua exstinctum ad ventriculum, lienem, intestina corroboranda, & ad venarũ fracturas, vel vt vbi euaporarint partes tenuiores ipsius liquoris partibus duntaxat crassioribus liquoris remanentibus vtamur, veluti in dysenteria facit Gal. qui lapillos ignitos in lacte exstinguere non cessat, donec pars tota serosa, ac pinguis difflarit, & casei substantia sola permanserit, quod cibi genus iis, qui dysenteriam patiuntur, exhiberi solet. Reliqui præparandi modi aromatariis possunt relinqui. Sequitur vt magis particulatim ostendamus quomodo Gal. ab huiusmodi arte quasi directus, ad vsum omnia fere, vel plurima reuocarit, atque hoc est illud quod ait 1. de comp. med. secundum genera. Medicamentorum inquit compositione vtimur, cũ medicamentum ad manum non habemus, quod eodẽ, quo affectus gradu, a mediocritate recedens molitur. Et paulo post, medicamenta inquit

Scyrhus.

Venarum fractura.

Dysenteria.

Vsus compositionis medicamentorum.

inquit,etiã ſimul miſcemus, quoties vel medicamentum in emplaſtrum adhiberi nõ poteſt ſine alterius miſcella, vel adminiſtrari nõ poteſt niſi retundatur,& mitigetur, vel quoties contrariis ſimul facultatibus indigemus, & repellendi, & digerendi, detergendi, ac leuigandi, vel attenuandi ſimul ac incraſſandi, vel quoties volumus medicamentum, quod multis auxilietur. Et 2.de comp. med. per genera.Medicamentorũ, inquit,facultates non ſolum ſecundum genera, ſed etiam quo ordine,quouis gradu aut exceſſu ſingula ſuas vires ſortiantur, ſunt cognoſcenda, qua ratione ſi haberemus ceram ſolam, & æruginem, quibus cauum vlcus repleremus, cum cera ſola vlceris ſordes minime ſit prohibitura, vt quæ nec detergere,nec exſiccare poſſit,ærugo autem per ſe adhibita, excitatura tum roſionẽ, tum phlegmonem, vtique horum vtrumque vitantes, medium ex ambobus facimus, imbecillius ærugine, cera valentius, ratione vero qua cera paulo interuallo relinquitur ab eo,quod adminiſtrari commode poteſt, ærugo autem magno idipſum excedit, ob id ſane multæ ceræ modicam æruginem admiſcet.Et ibidem,medicamenti exſiccantis vim, admixto melle intendit, remittit autem ex oleo,& cerato, vel oleoſo quopiam. Et 4. de comp. med. per genera: Vlcera, inquit, non alia ratione a medicamentis ſanitatem requirunt, quam quod in particula affecta, eam ſiccitatẽ

Vlcus cauũ.
Cera.
Ærugo.
Vlcera.

inducant

inducant, quam possidebat, vbi se habebat secundum naturam: id quod erit, vbi nec sanies, nec pus amplius producetur, & 1. de cōp. med. per loca. In vsu thapsiæ ad attrahendum probum sanguinem ad locum depilatum, quod ratione nimiæ caliditatis exulcerationes & inflammationes excitare possit, eius vehementiam mitigat cerato, ex oleo aliquo, quamquam sola thapsia vsum se etiam fatetur: sed vehementi illius facultate larga aquæ affusione exsoluta, sicuti in debilibus medicamentis laurinum oleum admiscet. Et ibidem: recentibus medicamentis fortibus, veluti euphorbio & thapsia parcius vtitur, antiquis vero liberalius. Quamquam pharmaca valde vetusta fugienda sint, velut sunt metallica, quod suas facultates amittant. Et ibidem, a medicamentis lenioribus in alopecia auspicandū esse docet Gal. & respectu effectus, quem pharmacū primo admotum produxit, sic facultatē eius aut lenire, aut augere. Et 2. de comp. med. per loca: medicamēta refrigerabat, ea in aqua vehementer frigida collocando, quæ si non aderat, niuem vasculo circumponebat. Et 6. de comp. med. per loca. oleū, inquit, per se infestissimum esse aphthæ affectui, veluti & chalcitis, quandoquidem alterum quidem humectat, & sordes gignit, mordet autem vehemēter chalcitis, verum moderata mixtura ipsorum optimum pharmacum efficit, quemadmodum ex cera, & ærugine incarnans medicamen-

Pilos generans.

Thapsia.

Pharmaca vetusta.

Alphtha.

Incarnans medicamentum.

camen-

camentum effici solet, tametsi ambo per se sint contraria carni gignendæ. Et 8. de comp. med. per loca: In confectionibus stomachicis Andromachi ait: Porro, inquit, polychresta, siue multi vsus medicamenta apparantur, cũ vnum habere viginti affectionibus congruũ malumus, quam tot numero alia, cum tamen ad singulas affectiones vnum aliquod destinatum, eo quod ad plures paratum est, melius exsistat. Et ibidem, in stomachicis Asclepiadis: dictum, inquit, mihi iam est, impossibile esse, vt inueniamus pharmacũ ad affectiones multas optimum, multoque prestantius esse, quod singulis earum destinatur. Et in stomachicis Asclepiadis, in ea affectione, quæ sentientibus ardorẽ intẽso singultu, & stomachi voluulosis dispositionib. facit, stupefacientib. inquit, veluti opio, misceri calefacientia, vt eorũ malignitatẽ corrigant, eorumq; vires deducant. Coloris vero rationẽ habens 1. de comp. med. per genera. Medicamẽto, inquit, vt cõcilietur color, cerussam medici immiscere solẽt, quãquã etiã alia ratione, vt quandã astringẽdi, refrigerãdiq; vim medicamẽto conciliẽt. Et 2. de cõp. med. per genera, viridia medicamenta vt efficiantur, æruginẽ non modicã immittendã esse, inquit Gal. vt cætera in suũ colorẽ permutet abigendo ab huiusmodi, miscella ea quæ pertinaciter ꝓpriũ colorẽ tuẽtur. Et paulo inferiꝰ. Melina etiã, inquit emplastra fiũt, & russa, quẽadmodũ plurima fiũt viridia, sed viridia

Polychresta.

Stomachi voluulosa dispositio.

Viridia. Emplastra russa. Melina.

propter æruginem crudam fiunt. Melina propter mediocriter coctam, ruffa vero, vbi liberalius ea coquitur. Odoris vero rationem habens. 3. de comp. med. per loca: In diuite quodam, qui odoratum pharmacum exigebat, hedicroi vſum excogitauit, ipſumque phalerno veteri diluit, & quambreui affectionem curauit. Et 7. de comp. med. per loca: voluuloſas, inquit, vẽtris diſpoſitiones eſſe per odorata curandas. Eſt, inquit, is curationis ſcopus, vt ad affectas partes odorata admoueamus, cuiuſmodi ſunt aniſum, apium, daucus, cuminum & ſeſeli. Nam quemadmodum graueolentia omnia ſtomachum ſubuertere ſolẽt, ſic odorata corroborare. Cõſiſtentiæ vero rationem habens 2. de comp. med. per loca: In inueteratis capitis affectibus, vbi neceſſario aut pilos radimus, aut præſecamus vſque ad cutim, in raſis quidem admouebat pharmaca emplaſtica, liquida vero iis qui breuiſſime habebant præſectos capillos, quinimo etiam commoditatis habens rationem 10. de comp. med. per loca: Medicamentorũ, inquit, quædam ſunt, & complura, quę pharmaco cui miſcẽtur, vim nullam, aut præexiguam exhibent, commoditatem vero materiæ præſtant, vt vel emplaſtri, vel cerati ſpeciem referat, veluti eſt argẽti ſpuma nullam inſignem qualitatem, præter ſiccandi modicam habens. Præparationis vero rationem habẽs de comp. med. per genera. Medicamentum, inquit, varie præparatũ varia efficit

Ventris voluuloſæ diſpoſitiones.

Inueteratus capitis affectus.

Spuma argenti.

efficit, ob id argenti ſpuma cruda,ac per ſe attritiones corrigit, ex aceto autẽ aut vino trita ſiccataque, vlcerum quæ ob humiditatem ægre recipiunt cicatricem, remedium fit,quod ſi ipſam cupis roſionis expertem, elota vtitor aut vino aut aceto. Et ibidem : medicamentũ vt ſequax fieret, ac ſibi continuum reſinã, inquit, iniicere ſolent.Et ibidẽ:medicamẽta,inquit, metallica , niſi plenius coquãtur,emplaſtrũ ex eis,conſtans adeo friabile redditur,vt adhærere cuti, abſque ligatura non poſſit. Et 2.de cõp.med.per genera:Medicamentorum, inquit,ex aceto diebus pluribus contritorum morſus & acrimonia obtunditur , vires autẽ augentur.Et ibidẽ:medicamenta metallica ex combuſtione, inquit idem efficiunt,ꝙ medicamẽta fortia aceto contrita morſu obtundũtur,viribus augentur,quæ cũ nihil mordax,ſiue erodens præſeruẽt, elota deponunt, ac lenia prorſus redduntur.Et ibidẽ:Lithargyrum, ſeu argenti ſpumã præparat Gal. intritũ vino phalerno ſub ęſtu caniculę, dein exſiccat: In emplaſtro Hygieni ad vlcera vix cicatricẽ ducentia. Et 4.de cõp. med. per genera:medicamenta,inquit,cõbuſta & lota, acrimoniã quã prius habebant amittunt,quibus vtendum in iis,qui molli ſunt corpore , ad ſentiẽdũ ꝓmti, necnõ cacochymi, ꝙ cũ acredine vacẽt morſum etiã inferre nõ poſſint, nec plegmonem. Et ibidem : calx inquit ignem non experta, cũ inſigniter mordicet , exigua portione aliis

Attritiones

Vlcera cicatrice inducẽda.

Calx.

medicamentis a nonnullis miſcetur, exſtincta mediocre eſt pharmacũ, elota prorſus lene, & mordacitatis expers. Et ibidem ait, metallica medicamenta, vbi magis ſiccãdi vi prædita eſſe volueris, & minus rodere, diutius ſunt coquenda. Et ibidẽ: ſubtiliora, inquit, fiũt quæ ex aceto leuigantur, atq; ob id melius purgãt, attenuant, & ſiccant, verũ ad cicatricẽ inducendam ſunt ex vino trita meliora. Et 1. de comp. med. per loca, medicamento quod fluidũ nimis apparebat, parũ ceræ addebat. Et 4. de cõp. med. per loca, de pharmacis ocularib. loquẽs,

Stibium. quod vero, inquit ſtibium vocatur, illotũ quidem fortẽ aſtringendi facultatẽ oſtentat, lotũ autem exſoluitur, vt prope ad vim mordacita-

AEs vſtum. tis expertium accedat, at æs vſtũ vehementem extergendi poſſidet facultatẽ, itemq; ſquãma eius, & flos, nec minus efficax, ſed minus mor-

Chalcitis. dacitatis expers eſt chalcitis vſta, quod ſi lauẽtur talia pharmaca, exterſoria quidẽ adhuc manent, tanto tamen imbecilliora, quantũ amiſerint mordacitatis. Et 8. de cõp. med. per loca: In confectionibus ſtomachicis Andromachi loquens de hyera: Porro, inquit, ad vẽtris ſub-

Aloe. ductionẽ illota aloe eſt aptior, elota autẽ multum de medicamentoſa vi amittit, quã etiam febricitantibus dare aliquis poſſit, ſi febris ſit valde mitis. Hactenus decurſis iis, quę ad rectã

IIII. Circumſtantiæ. curationis artem pertinere diximus, nempe affectuum cognitione, locorũ affectorum, & remediorum: reliquum eſt modo, & de circũ-

ſtantiis

ſtantiis nonnihil diſſeramus. Nã tametſi quæ hactenus dicta ſunt vera ſint omnia, & circa artem curandi magnum habeant momentũ, eiuſmodi tamen ſunt, vt per ſeipſa conſiderari non poſſint, ſed ad aliud referri, nempe ad virtutẽ ipſam, & reliqua quæ virtuti ſunt annexa, quarũ quidẽ circunſtantiarũ tanta vis eſt, atq; poteſtas, vt ſubinde totũ id, quod cõcepimus, immutent, ſubinde intendant, vel remittant, quæ quidem ex hoc manifeſta fient, incipiendo a virtute. Porro cum virtus tripliciter reperiri poſſit in curatione morborũ, vel ex toto fortis, vel ex toto debilis, vel medio quodã modo inter fortem & debilem, ſi reperietur eſſe ex toto fortis, nihil immutabit eorũ quæ concepimus a natura affectus, loci affecti, & ipſiusmet remedii, ſed libere pmittet nos agere tantum, quantum deſumſimus ex illis tribus, atque ambos oculos vertemus ad ipſum morbum, vt moderni dicere ſolẽt. Sin autẽ ex toto reperietur debilis, immutandi vim obtinebit ea omnia penitus, quæ ex natura affect⁹, & loci affecti cõceperamus, atq; vterq; oculus erit vertendus ad ipſam virtutẽ, cum natura ſit operatrix, nihil penitus reſpicientes ad ipſum morbũ: qua ratione Gal. 12. meth. in ſyncope ex dolore nutrit in principio acceſſionis, neglecto prorſus morbo. Si vero virtus medio modo ſe habebit, vt nec morbus ita ſæuus ſit, nec virtus ita debilis, tunc reſpiciendũ erit altero oculo ad virtutẽ, altero vero ad morbũ. Solẽt

Virtus in curatione morborum reperitur triplex ex toto fortis.

Ex toto debilis.

Syncope ex dolore.

Virtus medio modo ſe habens.

dicere moderni dextro respiciendam esse hoc casu virtutem, sinistro morbũ, quod sane falsum est, quoniam cum virtus medio modo se habeat, æqualiter etiam vtrumque respicere debemus, nempe tum morbum, tum virtutẽ. Ex quo iam patere potest, quomodo virtutis tanta vis sit, atque auctoritas, vt quandoq; immutare, quandoq; vero remittere omnia possit, vt non ab re Gal. quandoque virtutem regi: membra principalia arcibus: corpus ciuitati: ægritudinem hostibus assimilarit: cui quidem regi, si contingat in ciuitate ab hostibus obsideri, antequam iustum, & legitimũ, & periculo vacans prælium aggrediatur, consulere debet, an debilis sit, an fortis, & si debilem se esse cognouerit, vt periculum sit inire pugnã cum hostibus, pugnam omittere debet, interim vires suas augens, donec auctis viribus, prælium periculo vacans inire possit: sed hæc de virtute. Sequũtur circumstãtiæ, quæ virtuti sunt annexæ, tot ferme, habitus corporis, animi accidentia, consuetudo, ars, tempus anni, anni cõstitutio, regio, & huiusmodi, quæ & ipsa habẽt vim circũscribendi, & limitandi curationem nostram, ob id non exhibebo idem puero, quod viro, nec seni, id quod iuueni, nec debili id quod robusto, nec in maximis caloribus, id quod in minimis, aut in regione temperata id quod in intemperata, quorum omnium tantus est vsus in arte curandi, vt tria illa, quæ ad artẽ curandi requiri diximus tan-

Circumstãtiæ virtuti annexæ.

quam

quam animus regere,ac moderari videantur, quod quidem manifestum fiet, agendo de instrumẽtis artis medicæ.Etenim etsi in iis quatuor capitibus initio huius operis a nobis ꝓpositis,vniuersa curandi ars consistat, quoniã tamen ars illa curandi in vsum descendere nõ potest absq; instrumentis: sequitur igitur, vt de instrumentis agamus,& qua arte a medico tractanda sint, quaque via, & ratione ars illa curandi ad instrumenta flectenda sit, vt quotiescunque opus erit alicui parti affectæ mederi,possimus,nullaque mora in promtu sint instrumentorum genera, atque ars, seu methodus illa tractandi, quã in arte curandi superius sumus persecuti. Cum autem instrumenta medicorum in tria præcipua genera collata fuerint, diætam, chirurgiam,& medicationem, cumque ex tribus iis instrumentis diæta maxima artis pars exsistat, & hoc, ꝙ ea solũ vt plurimum curatio perfici possit, & tutissime (quod nõ contingit aliis duob. instrumentis, in quibus aliquod periculum inest) quamobrem nõ imprudenter Asclepiades omnes medicinæ partes ad hanc deduxit: cuiꝰ necessitas inde etiam desumi potest, quod ex tribus iis instrumẽtis si tollatur diæta,reliquis remanentibus, manca atque incoata ars medica exsistat, reliquis vero sublatis hac sola superstite, multoties ea sola curare possimus: quo fit, vt optimo quasi iure a diæta exordiẽdum sit,illud prænotando, quod etsi victus ra

Instrumẽta Medicorũ sunt tria.

Diata.

Diatetica cneessitas.

tio, seu diæta græcis appelletur, rectus, & conueniens vsus earum sex causarum ita alterantium corpus nostrum, vt sine illis esse nõ possimus, quoniam tamen ex illis sex rebus non naturalibus, alimentũ reliquis omnibus præstantius est, nimirum quod hac cõditione insignitum est, vt non tantum secundum qualitatem, sed etiam secundum substantiã alteret (nam tametsi aer quoq; spiritus nutrire videatur, hoc tamen habet, quatenus alimẽti rationem subit, quemadmodum ratione qua alterat, vel ad frigidum, vel ad calidum rationem medicamenti adipiscitur) Sequitur igitur, vt cæteris omissis, de arte exhibendi cibum, & potum pertractemus: etenim cũ alimentum præter conditiones proprias, aliorum quoq; conditiones possideat, facile postmodum erit vnicuique exemplo artis exhibendi alimentum, aliorum quoque artem exhibendi transferre. At priusquam artẽ alendi aggrediamur, multiplex alimenti significatum est distinguẽdum. Primum autem illud erit notandum, alimentum Gal. lib. de temperamentis 3. non dici alimentum, nisi respectu animalis, cuius est alimentum, cum id quod aliis animalibus est alimẽtum, velut cicuta sturnis, hominibus sit venenum: atque alimentum in relatione ad hominem relatum tradit 2. de facul. natural. quadruplex esse. Primo modo, cum iam vnitũ est membro, & assimilatum. Secundo modo, cum est appositum, non tamen adhuc assimilatum,

Alimẽtum.

Aer habet rationem alimenti & medicamenti.

Alimentum relatum ad hominem est quadruplex.

latum, quaſi proxime futurum alimentum. Tertio modo, cum ſub forma ſanguinis in venis exſiſtit, aut ſub forma chili in ventriculo. Quarto modo, cum adhuc extra corpus exſiſtit, vt panis: Hoc loco aduerto intelligi alimẽtum debere quarto modo, veluti eſt panis, carnis, & huiuſmodi, atque alimentum hoc quarto ſignificato acceptum dupliciter adhuc conſiderari, vel pro materia, velut panis, & huiuſmodi, vel pro modo, & arte illud adminiſtrandi, veluti conſiderando, qua arte materia illa panis ſit adminiſtranda. Hoc loco monemus, ſermonem futurum eſſe de alimento non pro materia, ſed pro modo, atque artificio illud adminiſtrandi. Sed iam artem hanc aggrediamur, prius prænotantes quanti vſus, & quantarum virium arti medicæ ſit, ars ipſa alendi ægros.

IO. PAVLI PERNVMIA PATAVINI.

De Curationis arte.

LIBER TERTIVS.

CVRANDI ARTE certis legibus iam ſtabilita, nunc ſequitur quo fiat artis cognitio, vſusq; certior, vt particulatim in vnoquoque remedii genere accuratius verſemur, atque explicemus qua via, & ratione ſecundum artem iam declaratam inſtrumenta medicorum ſint tractanda. Incipientes ab arte alendi ægros, tum quod, vt ait Gal.lib.de dign. & medic. Cum multa, inquit, ſint quæ reſtaurare ſanitatem poſſunt, ab alimento neceſſario incipiendũ videtur mihi, nam aliis auxiliis non ſemper vtimur, ſed alimento carere nullum animal poteſt, ſiue valeat, ſiue ægrotet. Et lib. de remediis paratu facilibus: tantam dignitatem in viuendi ratione exacta putat eſſe Gal. vt dicat non modo curãdæ lippitudinis, verumetiam cuiuſuis fere alterius ægritudinis primum, præcipuumq; curandi ſcopum conſiſtere, in exacta viuendi ratione. Et initio libri de attenuante victus ratione, vim, & vſum victus attenuantis exprimens.

Alendi artis dignitas.

Vis.
Vſus.

mens. Cum, inquit, victus tenuãs plerisq; diuturnis morbis adeo cõferat, vt solo eo sine vllo alio medicamento sublati sæpe fuerint, operæ pretium fuerit aliquid de eo distinctius præscribere: Sunt enim quos præstiterit sola victus ratione, sine medicamentis persanare, vidi equidem non paucas arthritidas, quę iam articulorũ ossa nudarãt, alias quidẽ hac victus ratione in totũ persanatas, alias mitiores fuisse redditas. Vidi præterea, & eorum plerosq; qui spirandi difficultate (quam dispnœam vocant) sæpe pręhenduntur, adeo leuatos, vt aut prorsus releuarentur, aut longo saltem interuallo leniter affligerentur. Eadem etiã hæc tenuans victus ratio magnos lienis tumores, & epatis scirrhum colliquat. Adhac epilepsias paruas quidem, & etiam nunc incipiẽtes penitus sanat, inueteratas vero, ac consumatas iuuat nõ mediocriter; tum etiam, quod cibus nõ temere sit sumendus in morbo quamuis paruo, vt ait Hipp. 3. de mor. vulg. atque pauci medici recte præscribant victum in ægris, 1. de diebus decret. Gal. etiam ob rationem forte, quam 11. meth. assignat: vbi ait, victus ordinandi scientiam non leuissimam esse, quod cum ars ipsa tota sit magna, non leuissima eius pars est scientia ordinandi victus. Sequitur igitur, vt artẽ alendi ægros percurramus. Quæ quidem alẽdi ars cum ex arte curandi desumi debeat, sequitur igitur, vt prius memoriæ repetamus, quæ ad artem curãdi necessaria fore diximus.

Arthritis.

Dispnœa.

Lienis tumor.

B

Scirrhus Epatis.

Epilepsia.

Ars alendi ægros a quatuor desumitur

Igitur cum ars curandi a tribus præcipue desumi debeat, ab effectu, a loco seu corpore affecto, & ipsomet remedio, amplius & a circũstantiis, sequitur quod etiam ars alendi ægros recte, & conuenienter administrabitur, si ab iis quatuor erit directa: Igitur ars cibandi recte & conuenienter administrabitur, si horũ præcipue habebitur ratio, Affectus primum (in affectu autem comprehendo tum genus ipsius affectus, tum affectus quantitatem, tum tempus ipsius affectus) quod genus cibandi sumatur a genere affectus, cibandi autem genus attenditur penes qualitates, vt intéperies calida frigidam diætam, frigida calidã indicabit. Atque hoc est illud quod ait Hipp. victũ humidum febricicãtibus omnibus conuenire. Obstructio vero cibaria postulat rarefaciẽtia, aperientia, incidentia, abstergentia. Solutio vnitatis condensantia, emplasticãtia. Morbus enim quatenus morbus per se nihil indicat de alimento, sed per accidens solum, quatenus æger sine cibo durare non potest, sed indicat p se, quod debet curari. Et si aliquid indicat, ex his quę circa cibũ reperiuntur, qualitatẽ potius alimenti q̃ quantitatẽ, vel substantiam postulat, quę qualitas in cibo rationem potius medicamẽti, quam alimenti possidet. Quod etiam expressit Gal. 1. san. tuen. vbi docet, quando victus tẽperamento sit adhibend⁹ similis, quãdo cõtrarius, & prius reprẽhẽdit aliquos, qui putabãt humidiores naturas semper

I Ab affectu.

Febris.
Obstructio.
Solutio vnitatis.
Morbus per se nihil indicat de alimento.

Alimenti qualitas habet rationẽ medicamẽti

per esse siccandas: frigidiores, calfaciẽdas: sicciores, madefaciendas: calidiores, frigefaciendas, quippe inquit, similibus quẽlibet excessum augescere, contrariis remitti, ac minui, vnoque verbo, contrariorum cõtraria esse remedia: sed, inquit Gal. oportuit vero non id modo legisse eos, meminisseque, sed & illa quoque, in quibus ait humidam omnem victus rationem febricitantibus esse vtilẽ, præcipue vero puellis, & iis qui tali refici victu sunt assueti: videtur n. in his, tria deinceps pari inter se iure posuisse, morbũ, ætatem, consuetudinẽ, atq; a morbo quidem contrarii adhibendi indicationẽ accipit, ab ętate, & consuetudine similium, febri namq;, ceu morbo calido & sicco, humida cõueniut: puellis vt quibus ea ætas non morbus, sed secundum naturã sit, id maxime est vtile, quod plane est, similimũ. Pari modo, & consuetudini, vtpote quæ adscititiam, acquisititiamq; naturã in corporibus gignit, cõtraria dedisse in primis est noxium, atq; hæc merito. Quæ enim corpora secundum naturam se habent, his seruari, custodirique suum habitum decet: quæ morbo aliquo premuntur, iis ad contraria alterari, & ad contrarium habitum trahi expedit, ac seruatur quide similibus vnum quodque, alteratur contrariis: quo in loco manifestat, morbũ postulare viuendi rationem sibi contrariam. At cum affectus non solum simplex sit, & solitarius, sed alteri affectui etiam implicitus, & si

Morbus indicat contraria.

Ætas & cõsuetudo similia.

implicitus, aut morbus causæ, aut morbus 33 morbo, quæ inter se contraria sint, veluti febris quotidiana, quæ ratione, qua febris est, semper frigidis, & humidis alimentis erit tollenda, ratione vero causæ, calidis & siccis esset tollenda. Morbus vero morbo contrario implicitus, veluti hydrops cum febre copulata, quorum alter calidam, & siccam, alter vero frigidam, & humidam diætam postulat: In his igitur affectibus simul implicitis inter se contrariis, id erit agendum, quod iubet Gal. 9.10. & 11. therap. perpendendum sane erit quid illud sit, quod magis vrget, sique magis vrgebit febris qualitas (febris cum sit calor igneus) febri duntaxat attendemus, & causam contemnemus, vt contingit in febribus colliquatiuis, quas causones appellant. Vbi autem febres non erunt ardentes, sed causæ febrium erunt periculosiores, sicuti contingit in febribus aliquibus pituitosis, in quibus cum humor sit crassus, impedit operationes, & facit homines somnolentos, tunc omissa febre causæ attendendum erit, exhibendo calida & sicca, atque hoc est illud cur Gal. 1. ad Glauc. & 11. therap. aliquando diatrion pipereon exhibeat, & in febribus pestilentibus, cum exsiccantibus procedemus, respicientes summam putredinem, quæ est causa febris pestilentis, causæq; attendemus, ne in tantum augeatur, vt hominem statim perimat. In morbis vero implicitis simul cōtrariis, veluti hydrops cum febre, illud

Febris quotidiana

Hydrops cū febre.

Febres colliquatiua.

Pituitosa.

Pestilentes.

illud erit agendum quod iubet Gal. perpendẽdũ ſane erit vter habeat rationẽ cauſæ, & vter eorum ſit formidabilior, ac quinã ſit qui aliũ foueat, illiq; attendendũ erit, qui habebit rationẽ cauſæ, ꝙ eo remoto, facile etiã ſequatur remotio alterius: ſed hæc de genere alendi ægros. Sequitur quantitas alendi, quæ ſane deſumenda eſt a quantitate affectuum. Nã ſicut genus cibandi a genere affectuũ, ita ſane quãtitas cibandi a quãtitate affectuũ indicari debet. Quantitas autem affectuum, & morborũ cum duplex ſit, longa, & breuis, longa quidẽ quæ & chronica appellatur, ea eſt, quæ protẽditur vſque ad quadrageſimum diem: breuis vero, quę etiam acuta appellatur, multo citius terminatur, & quartumdecimũ non pertranſit, & breuis, ſeu acutus morbus temporaliter adhuc diuidatur. Nam aut exquiſitiſſime erit breuis, ſeu acutus, & talis quarta die terminabitur (quinimo vigintiquatuor horis quoq; vt ſquinantia) aut erit acutus non tamẽ exquiſitiſſime acutus, & breuis, & talis terminabitur in ſeptima, aut erit ſimpliciter acutus, & talis terminabitur in 14. diebus, quod tempus eſt proprius acutorum terminus, & ſi quandoq; continget quod protrahatur vſq; ad 40. non amplius acutus ſimpliciter, ſed acut⁹ per decidentiã erit appellandus. Cũ igitur morborum quidã ſint longi, quidã breues, ſequitur quod etiam alimentorũ quædam debent cõuenire morbis longis, quędã vero breuibus, & acutis.

Alẽdi quãtitas ſumenda eſt a quãtitate affectus.

Quantitas chronica.

Acuta.

Morbi acuti triplices.

Alimentum crassius longis, tenue acutis conuenit.

Et primũ alimenti genus, quod longis morbis cõpetit, crassius appellatur, secundũ vero alimẽti gen⁹ breuib⁹, & acutis morbis cõueniẽs, tenue appellatur. Et sicuti morborum acutorũ triplex est genus, vt supra ostendimus, acut⁹ exquisitissime, qui in quarta terminatur, acutus nõ tamẽ exquisitisime, qui in septima, & acutus simpliciter qui in 14. Ita & tenuis victus, id est, cibi diminutio, tripliciter variatur, & reperitur apud Hip. in tenuem, tenuiorem & tenuissimũ: tenuissima autem diæta apud Hippoc. illa est, in qua nihil exhibebimus: tenuior illa est, in qua melicratum, id est, aquam mulsam, quæ fit ex aqua cum melle decocta, apud nos cum saccaro: tenuis vero, veluti ptisanæ succus qui ab aliquibus cremor ptisanæ appellatur, seu ptisana colata, quæ fit ex hordeo excorticato in aqua decocto, quod colatur, ita vt hordei substantia abiiciatur, & succus duntaxat sumatur. Nam vbi nõ fiet expressio, & colatura, sed in substantia exhibebitur, tunc ptisana hordeacea a Galeno appellatur, nec amplius sub tenuis diætæ ratione cõprehenditur, sed tenuem prætergreditur. Hactenus habemus differentias viuendi penes quãtitatem sumtas a differẽtiis quantitatis ipsorũ affectuũ ab Hipp. positis. Sequitur vt huiusmodi viuendi rationes ipsorũ antiquorũ castigemus, & reducamus ad rationẽ viuendi nostrorum temporũ, & consuetudinem admodum diuersam ab antiquorum consuetudine. Etenim

Victus tenuis est triplex.

Melicratũ.

Succus ptisana

Ptisana hordeacea.

Ars alendi applicata ad nostra tempora.

enim cum ratio, & consuetudo viuendi nostrorum temporum diuersa sit a ratione viuendi antiquorum, sequitur etiam, quod vario modo sit instituenda. Vnde in primo gradu tenuitatis ipsius diætæ, in quo antiqui nihil exhibebant, nos mellicratum exhibebimus, qui est secundus tenuitatis gradus antiquorũ: in secundo succum ptisanæ, qui est tertius tenuitatis gradus antiquorum. In tertio gradu, ptisanam non colatam exhibebimus, quæ secundum antiquos non comprehenditur sub tenui victus ratione, sed ipsam iam prætergreditur. Hactenus statutis viuendi differẽtiis penes quantitatem, ex quantitate morborũ varia desumtis, & castigatis antiquorum viuendi rationibus, modo de ratione, & cõsuetudine viuendi nostrorum temporum sequitur vt loquamur, ostendentes cur victus exquisitissime tenuis, seu vera cibi diminutio, acutorum maxime propria sit, victus autem non ita exquisitus, cronicorum, & longorum morborũ. Tota sane ratio sumitur a statu, quãdo scilicet morbus reperiatur in summo. Ratio autẽ cur propter statum sumitur, a virtute est, quia eo tempore reperitur esse maxime occupata. Medicus autẽ omnia impedimenta remouere debet, vt natura causam morbi depellere possit. Nã tametsi in omnib. quatuor temporibus natura semper aliquid agit (otiosa enim nunquam manet) tamen omnem suũ conatũ in statu efficit, & ob id sequitur etiam, vt in

Cibus exquisitissime tenuis acutorum maxime proprius est.

quocunque tempore, quinimo & ipso quoq; principio, minuendus sit cibus. Atqui in statu, vbi maxime natura est occupata, maxime minuendus erit, & cum in acutis status cito futurus sit, sequitur vt citam etiam, & maximam cibi diminutionem (ne natura occupetur) indicet esse instituendam, atque hoc est illud, quod ait Hip. 8. aph. & 10. Considerare, inquit, oportet, quando status proxime futurus est, & secundum mensuram illius status, vel longinquioris, vel propinquioris limitãda est ab eleganti medico alimentorum tenuitas. Ex quibus patet iam, cibi & potus diminutioné indicari a virtute oppressã ab ipso morbo, & quantitatem limitatam, ac distinctam cibi & potus, seu gradum, ac terminum, ad quem deducendus est cibus, sumi debere a tolerantia virtutis, non autem a morbo primo, & per se, seu morbi statu, vt videntur aliqui velle, nam tametsi illud quoque verum sit, nõ tamen est necessariũ. Argumento illud est, quod si morbus in quarta die, sit terminaturus, ratione cibus in quarta die, sit terminaturus, ratione terminationis, tenuem quidem diætam indicabit, sed nõ illã indicabit recte, nisi sub hac ratione, quod virtus adeo fortis sit, vt possit sustinere tenuem ipsam viuendi rationé, quoniam si contingeret virtutem esse debilé, necessario aliquid esset exhibendũ, scilicet quandoque mellicratum, quandoq; succus ptisanę, signum sane euidentissimum, quod quantitas exhibendi cibũ, nõ sumitur a statu necessario, sed

Cibi potusq; quantitas indicatur a virtute.

34 ſed a virtutis tolerantia, cum ſtante ſtatus propinquitate, cogamur tamen quandoque vti victu pleno. Quod etiam expreſſit Gal. 8. & 11. meth. 8. in hunc modum vbi docet quando ſit vtendum tenuiſſimo victu. Ait enim, cum in acumine morbus eſt, ſtatim tum vltimos labores infert, tum tenui ad vltimum victu neceſſe eſt vti. Vbi vero non, ſed licet liberalius cibare, tantum eſt de vltimo remittendum, quantum morbus vltimis eſt mitior, 11. meth. Sed inquit, & nutrimenti modus hinc tibi eſt ſumendus, quippe cum vires legitimũ robur ſuum habent, & morbi ſummus vigor, breui futurus exſpectatur, tenuiſſimo victu licet vti, cum ſint infirmiores, non licet ſine graui noxa, ſed adiicere ad nutrimenta tãtum oportet, quantum eſt de robore virium imminutum, atque ex his ſcopis accipiendus eſt nutriendi modus. Et 10. meth. clarius cibandi febrientis conſilia a duobus pendere oſtendit. Sunt inquit Gal. tibi a primo ſtatim die in omni ægro ſpectanda duo illa, quæ Hipp. iuſſit, a quibus cibandi conſilia petas, morbi ſummus vigor, & ægrotantis vires, poſtea ſi tranſiri ſummũ incrementum ſine omni cibo poteſt, in cibi abſtinentia hominem ſeruabis, ſin exiguum adminiculum requirat, abunde erit ſola mulſa, quod ſi maius deſiderat, quam ſit ex mulſa, ptiſanæ cremor ſatis erit. At ſi fas nõ eſt morbi ſummum incrementum, aut tenui victu, aut media tranſmitti, id agendum, vt ſtatim in

Quantitas exhibendi cibum non ſumitur a morbi ſtatu primo & per ſe

Ars cibandi a duobus pẽdet.

primæ accessionis inclinatione æger cibetur, aliquos vero, & cum inuasura adhuc est, & cũ incipit, cibabis, veluti sunt ii, qui calido sunt, & sicco temperamento, tum viribus necessario imbecilles. Quo in loco apparet, omnem tandem indicationem limitandi cibum desumi a virtute, sicuti apparet in iis, qui calido, inquit, & sicco temperamento sunt, in quibus virtus necessario est imbecillis. Vt autem appareat artem hanc alendi ægros ita a nobis institutã, non carere omni vetustatis exemplo, Hipp. aph. percurremus, illos disponentes secundũ a nobis institutam ideam. Hæc igitur omnia hucusque a nobis enarrata Hipp. quoque deposuit, incipiens instituere victus rationem 4. aph. primæ particulæ aphorismorum. Victum tenuem, atque exquisitum, id est, perfectum, cui nihil deest, in morbis longis semper cauẽdum monet: in morbis vero acutis, in quibus non conuenit, esse periculosum. Nã, quod cauendus sit victus tenuis, scilicet nihil dare, vel exhibere mellicratũ duntaxat in morbis chronicis, hoc tanquam manifestum est omittendum, si verum est, quod supradiximus, morbos chronicos protendi vsque ad 40. diem. Similiter etiam in acutis ait Hip. est periculosus, addens in quibus non conuenit, quoniam in quibus cõuenit, vt in exquisitissime acutis, sicuti est angina, quæ finitur in vigintiquatuor horis, conuenientissimus est: nõ conuenit autem in acutis illis, qui terminantur vsq; ad septimam

Confirmat tractationẽ artis alendi exemplis Hippo.

Explicatio quarti Aph. primæ part.

Angina.

ptimam,& minus iis,qui vsq; ad decimãquartam protenduntur. Rationem autem,cur huiusmodi victus tenuis, atq; exquisitus sit periculosus,a suo opposito sumit Hip.Quoniam inquit,etiã repletio ad extremũ est periculosa, sicuti etiam diæta in summo tenuis, nempe quod altera virtutem suffocet, altera vero virtutem nimis debilitet.Non ignorandum autẽ est,quod etsi per quartum aphorismum in tenui victu exquisitissime, ægri delinquant, & tutius sit,vt ait diuinus Hip.in 5. aph. in diætatione declinare ad plenum, quã ad tenuẽ,non absolute tamẽ ad plenũ est declinãdum, quod

B vt diximus vtrunq; extremorum est pernitiosum,sed ad paulo pleniorem.Ratio autem est, quoniam qui cibantur, habent virtutem magis fortem,continenterq; magis resistunt reb. præter naturam, quam inaniti. Ex quo sequitur peccatum in tenui victu,maius esse,quam in paulo pleniori. Nam, etsi in sanis corporibus, teste Hippo. victus tenuis est magis molestus,quam paulo plenior,nõ tamen propter hoc tenuis etiam, atque exquisitissima diæta: sicuti est,vel nihil dare,vel mellicratum exhibere,penitus est ab arte alẽdi abiiciẽda. Quoniã vt inquit in 6. aph. in extremis morbis extrema exquisitissime remedia cũ optima sint, extrema etiam, atque exquisitissima diæta cõueniens erit. Intelligo autem per morbos extremos,non quidem morbos pessimos, & letales(quod tamẽ præter multorũ opinionem

Peccatum in tenui victu maius est quam in paulo pleniore.

Morbi extremi qui.

affirmo) cũ in morbis lethalibus mãdet Hip. solis prognosticis ægros esse relinquendos, ꝙ secutus Gal.12.therap. inquit non esse exhibẽda morituris remedia, ne postea medicis mortis culpa ascribatur. Sed per morbos extremos intelligit Hipp. acutissimos, & admodum præcipites, qui motum vehementem in suis accidentibus, & celerrimum habent, cũ terminentur, & periculosi sint, ad vtramque partem faciles vel ad salutem, vel ad mortem. Quod enim morbi extremi semper acuti sint, & duas conditiones possideant, motum velocem, & vehementiam accidentium, ex 19. secundæ particulæ manifestum esse potest: Vbi ait Hipp. Febrem ephemerã licet habeat motum velocem, non tamẽ esse febrem acutam, cum non habeat aliquam conditionem, nẽpe accidentium vehementiam: In huiusmodi igitur morbis habentibus motum velocem, & accidentia sæua, adhibenda sunt extrema remedia, nõ aũt leuia ꝙ secundũ magnitudinem morborum, magnitudo etiam remediorũ sit applicanda, secundum regulas in arte curandi superius a nobis positas. Postquam igitur patet extremam diætam aliquando conuenire, id est nihil exhibere, vel melicratum duntaxat, quod in 6. aph. ab Hipp. positum fuit, sequitur vtique vt ostẽdamus in quibus, & qualibus morbis huiusmodi extrema diæta cõueniens sit, quod & Hipp. 7. aph. persecutus est, quod sane manifestum fiet ex fundamento iã

Morborum extremorũ duæ conditiones.

Febris Ephemera est acuta.

Extrema diæta quib. morbis conueniat.

a b Hipp.

ab Hipp. 6. aph. posito. Nam si verũ est, quod extremis morbis extrema diæta conuenit, atque hi sunt extremi morbi, qui statim extremos habent labores, extremos autẽ labores habent ii, qui peracuti sunt, sequitur quod in morbis peracutis extreme tenuissimo victu sit vtendum. Vbi vero non, sed pleniorẽ victũ cõtingit adhibere, tantum cibi, vt ait Hipp. indulgendum est, quanto morbus extremis est mollior: intelligo autem per labores morborum symptomata essentialia, quæ necessario morbum insequũtur, & laborem inferũt, cuiusmodi est dolor pungitiuus in pleuritide, tussis, febris continua, quę quo magis sunt intensa, eo magis intensum suum morbum esse ostendunt: & hoc, quod sint accidentia essentialia huiusce morbi. Ratio autem cur in extremo morbo, qui extremos habet labores, exhibẽda sit tenuissima diæta, Galeno talis assignatur: tũ quod natura tunc cum materia pugnans nõ sit ab opere suo impedienda, alioqui multi sequerentut errores. Nam natura fatigata, nec recte cibũ concoquere posset, etsi posset necessario tamen, cum ab opere, & pugna auerteretur, morbus inualesceret, & fortior fieret, quẽadmodũ & Hip. & Galenus cõtra eos, qui plurimũ victum ægris exhibebant, ostendunt, tum quod vt ait Gal. 4. apho. natura tunc sit defessa, atque adhuc a pugna cum morbo opprimatur qua ratione sequitur quod victus prope non statũ ægris inde-

Extremi morborum labores.

Labores morborum qui?

Extremis morbis extrema diata conuenit

Victus prope statũ ægris indebite administratur.

bite administretur. Verum est, vt ait Hipp. in vltima aph. parte, quod vbi morbus non erit prope statum, sed ab eo remotus, tunc quãdo morbus non erit ita acutus, aut prope statum, sed mitior, vberiori victu erit vtendum, respectu victus tenuissimi. Et ratio est, quoniam cum virtus ea sit, quæ indicat rationem viuendi, atque ea ratione, qua est maxime occupata a morbo, maxime etiam, & extremam diætam expostulet, & tenuissimam. Sequitur, quod quanto virtus erit minus oppressa (erit autem tanto minus oppressa, quanto magis a morbi statu erit remota) tanto etiam vberior victus erit exhibendus, & hoc, vt illam conseruemus, quæ possit subinde in statu cum morbo fortiter pugnare. Eam enim vbi in principio non nutriremus, cogeremur postea in statu nutrire. Igitur cum ars instituendi totam viuendi rationem penes quantitatem, sumatur a statu morbi breui vel longo, veloci vel tardo, & a virtute forti, vel debili futura, sequitur igitur necessariam esse artem præcognoscendi quando status morborum futurus est breuis vel longus, velox vel tardus, & quando virtus est futura fortis, vel imbecillis, cum ex horum exacta cognitione sequatur exacta cognitio instituendi rationem viuendi penes quantitatem, & ex horum ignoratione sequatur etiam ignoratio institutionis ipsius victus. Id enim & Hip. 12. apho. persecutus fuit, cum videret non satis

Exacta cognitio instituendi victum secundum quantitatem, sumitur a statu morbi & virtute forti vel imbecilla.

tis esse scire, quod exsistente breui statu ipsius morbi, tenuis diæta conuenit, & dum longinquus est status, crassa requiritur, nisi primo quoque die cognoscat medicus, quando morbi status futurus est breuis, vel longus, & virtus fortis ne sit, an imbecillis. Ex horum namque ignoratione necessario etiam sequeretur ignorantia institutionis ipsius victus. Ob id non ab re est ponere artem, ac modum cognoscendi, atque indagandi, quomodo status morbi, & paroxismi, breuis vel tardus sit futurus, & quomodo sit cognoscenda natura paroxismorum, idem enim persecutus est in 12. apho. Hippo. Pro cuius intellectione præcognoscendum est, quid sit constitutio morborum: cum autem pro cognoscenda morborum constitutione faciat etiam cognitio periodi, & paroxismi, seu accessiones, sequitur igitur, vt hæc prius sint præcognoscenda. Porro periodum in morbis appello motum circularem totius morbi, & reditum eiusdem in idem: cuiusmodi est in febribus interpolatis, vt in tertiana interpolata, quæ affligit de tertio in tertium, totum illud spatium ab vna inuasione ad aliam appellatur periodus, a nostris circulus, seu circuitus: tametsi etiam præter febres sint alii morbi periodici, cuiusmodi est epilepsia, podagra, & huiusmodi, in quibus reperitur huiusmodi reditus, ac reflexio ad eandem affectionem. Accessio vero paroxysmus a græcis

Periodus morborum seu circuitus.

Accessio seu paroxysmus

dicitur, & est pars periodi determinata, quæ deterior est, incipiens a principio inuasionis, & durans vsque ad statum inclusiue, ita quod paroxismus continet sub se principiũ, augmẽtum, & statum, non autem declinationem, cũ declinatio non sit pars paroxismi, sed tantum periodi. constitutio vero morborum est progressus ille, quem alius seruat in tarditate, alius in velocitate, alius in vehementia, alius sine vehementia, ratione quorum dicemus, alium morbum esse velocem, alium tardum, alium vehementem, alium sine vehementia. His præintellectis, sequitur vt ostẽdamus modum, secundum quem habent cognosci constitutiones morborum, & paroxismorum, vt ex horum cognitione possimus rectam victus rationem ægrorum constituere. Porro cognitio constitutionis morborum, & paroxismorum ex signis morbi erit desumẽda, vt ait Gal. non autem vt aliqui medici faciunt, qui, dum volunt morbum cognoscere, exspectãt paroxismum, vt ex eo morbũ ipsum, qualis sit coniiciant, cum tamen totum oppositum faciendum sit, vt ait Gal. 2. de crisi, vbi alia via methodum docet cognoscendi naturam morbi, ex cuius postea constitutionis cognitione ducimur in notitiam paroxismi, cuius cognitio ex morbi cognitione depẽdet. Porro morbi cognitio ex trib. præcipue habet desumi, ex materia, ex forma, & ex loco. Ex forma quidem videlicet ex illo quod morbum characterizat, vt

Constitutio morborum.

Morborum & paroxismorum cognitio ex signis morbi sumenda.

Cognito morbo paroxismus est iudicandus.

Morbi cognitio ex tribus desumitur.

1. Ex forma.

B

vt tangentes febricitãtem si percipiemus intensam & mordacem caliditatem, aut paroxismum inuadentem vna cum frigore, iudicabimus ex huiusmodi forma esse febrem tertianam, vt videntes contractionem dicemus esse epilepsiam. At hoc non sufficit nisi materiam etiam morbi inspiciamus, ex iis quæ excernũtur cognoscendam? Etenim si viderimus vrinam lucidam, citrinam, & penitus bilis colorem habere, poterimus dicere, materiam biliosam esse huiusce morbi causam, ita procedetes in reliquis excrementis. A loco præterea, quoniam propter materiæ tenuitaté tertiana in caput grassari solet, & exsistente inflãmatione in thorace, & in membrana costas succingente, locus manifestabit esse pleuritidem ratione cuius loci possumus iudicare cõstitutionem fore vel cito vel tarde terminabilem, vt patet de epilepsia & apoplexia. Et hæc sane sunt illa tria, a quibus sumi debet cognitio naturæ morbi, ex cuius cognitione assequimur deinceps cognitionem constitutionum, ac paroxismorum. Secundum vero signum quo accessiones, & constitutiones cognoscimus, sunt anni tempora, & annexa, contingit enim morbum ex se longum esse posse propter tamen anni tempus breuem fieri, vt inquiunt Hip. & Gal. de quartana, quæ etsi ex se sit morbus longus, si tamen fiat in æstate ratione temporis calidi citius pertransit, & paroxysmi tertianę qui per duodecim horas dũ-

2. Ex materia.

3. A loco.

Pleuritis.

II. Constitutiones morborum indicant etiam tempora anni.

Quartana in æstate citius transit.

Tertiana paroxysmi hyeme sunt longiores.

taxat, vt inquit Gal.2.de crisi, durare solent, si contingant in hyeme, ratione frigoris longiores euadunt. Et hoc est illud, quod ait Hipp. quod accessiones, & constitutiones morborũ indicabunt, & anni tempora. Notandum autẽ est, annexa quoq; deducere nos in eorum cognitionem: cuiusmodi sunt ætas, cœli status & temperatura, quæ omnia sibi inuicem correspõdent. ver enim pueritiæ, æstas iuuentuti respondet: item calida & humida temperatura, calida & sicca: amplius regio calida, & humida, & regio calida & sicca: ob id tertiana si cõtingat in tẽperatura frigida & sicca, quali præditi sunt, qui in vltimo senio sunt cõstituti, ratione temperaturę, iudicabimus tarde fore resolubilem: similiter, si accidat in regione frigida & sicca, longior & tardior efficietur tertiana. Tertium signum sunt periodorum incrementa, quę penes moram distinguuntur. Etenim si videbimus incrementa esse longiora, longam etiam illius morbi constitutionẽ iudicabimus futuram. Atq; hoc est illud quod ait etiam Hip. Et circuituum successiua incrementa. Non ignorãdum tamen est illud quoque deprehendi posse ex signis quibusdã, quę post apparentia nuncupantur. Etenim cum signorum quædam sint pathognomica (& sunt illa quæ morbũ essentialiter manifestãt, & ad quorum positionem statim ponitur morbus, sicut risibilitas semper hominẽ insequitur, & quorum altero posito, alterũ quoq; ponitur) quædam

Annexa quæ nos deducũt in cognitionem constitutionis morborum.

Tertiana in regione & temperatura frigida & sicca.

III Periodorum incremẽta.

Signa pathognomica.

quædam vero ſint accidentia, quæ nõ ſemper, ſed ſequũtur poſt, cuiuſmodi eſt habit⁹ philoſophiæ, qui nõ ineſt homini ab initio, ſic & in morbis quædam huiuſmodi ſunt, vt iis cõſtitutis illico eorũ ſigna appareant, quædam vero appareant poſt principium morbi duntaxat, ſicut inflammata pleura, cum ſit mẽbrana neruoſa, conſequẽter ſenſibiliſſima, ſequitur illico dolor, & cum inflammatio ſit calor ꝓpe cor exſiſtens, ſequitur etiam neceſſario intẽperies calida, quæ febris dicitur, & quoniam eſt in mẽbro faciẽte ad reſpirationem, ſequitur etiam anhelitus difficultas, & quia impeditur pulmo, ſequitur etiã tuſſis. Vnde dolor, febris, reſpirandi difficultas, & tuſſis erunt ſigna pathognomica huiſulce morbi, ſequẽtia continue morbum ipſum etiam in eius principio. Et hoc genus ſignorum nõ indicat, nec manifeſtat magnitudinẽ, aut paruitatẽ aut lõgitudinẽ, aut breuitatem morbi. Aliud genus ſignorum eſt, quod nõ eſt morbo adeo eſſentiale, ſed poſt apparẽs appellatur, & hoc ꝗ ſoleant apparere duntaxat poſt factum morbũ, quæq; quandoque apparent, quandoque nõ apparent, cuiuſmodi eſt ſputũ in pleuriſi, quod quandoque apparet, quandoque vero ſi pleuriſis ſit adeo pertinax vt hominẽ conducat ad mortem, non apparet, & hoc ſignorũ genus quod poſt apparens appellatur, duo nobis manifeſtat, vt ait Hippoc. aut morbi malitiam (cum ſcilicet morbus ſuperat

Pleuræ inflãmatæ ſigna pathognomica.

IV

Signa poſt apparentia aut morbi malitiã aut terminũ indicant.

Morborum malitia & bonitas sumitur etiā ab operationibus.

virtutem) aut morbi terminum. Notandum autem est, tria quoque alia adesse, a quibus sumitur huiusmodi malitia, & bonitas morborū, nēpe ab operationibus, vt si quis in pleuritide non posset se continere quin dormiret, indicabitur morbum esse mali moris. Ab excrementis, & hoc vel naturalibus, vt quæ per vrinam, per secessum, aut per sudorem exeut, vel præter naturā, vt quæ per nares, vel in solutione continui, vt quæ in fluxu hæmorrhoidum, & huiusmodi excernuntu· A qualitate immutata, vt corporis nigredine, & huiusmodi. Notandum autē quod quæ ab excrementis sumuntur, illa præsertim, quæ per secessum euacuantur, triplicia esse possunt, aut cōcocta, aut cruda, aut assata: concocta, morbum boni moris indicabunt, cruda vero, aut erunt cum potentia, aut impotentia vt coquantur. Prima indicabunt morbum non esse ex toto malorū morum, sed medio modo se habere. Secunda vero morbum malorum morum, ægrum deducentem ad mortem. Sin autem fuerint assata, vel parum erūt assata, vel multū, quæ parū, indicabunt caliditatem non multum excedētem inter morbum medio modo se habentē, quæ autem multum, vt cum sunt nigra aut viridia, morbum indicabūt malorum morum, & hæc ea sunt, quæ indicant malitiam, & bonitatem ipsorum morborū. Sequitur vt ostēdamus quomodo & quando ista indicant terminum morbi, an futurus sit longus vel breuis.

Ab excrementis.

A qualitate immutata.

Excrementa per secessum vacuata possunt esse triplicia.

Concocta.

Cruda.

Assata.

Cognitio termini morborum

uis. Profecto si huiusmodi signa post apparentia, cito apparebunt, sicut in pleurisi sputum, indicabunt morbum futurum esse breuẽ, sin autẽ tarde, indicabunt morbũ futurum longum. Atque hoc illud est quod ait Hip. sed ex iis quæ mox apparent indicia sumuntur. Notanter autem Hip. enumerauit signa duntaxat post apparentia, & dimisit pathognomica, & hoc, quod ista non indicent mores morborũ, sed naturam duntaxat, & essentiam, mores autem a post apparentibus solum desumuntur, quæ quidem signa post apparentia secundum quod ad diuersa referuntur, diuersa etiam nomina sortiuntur, nam relata ad morbum præsentem dignostica appellabuntur, ad morbũ futurum prognostica, ad morbũ præteritum anagnostica, scilicet rememoratiua, quibus si addantur dies critici, in quibus signa ista apparent, pari passu indicabunt bonitatẽ, vel malitiam morbi præsentem, præteritam, & futuram, & signa critica appellabuntur. Hactenus de quantitate alendi. Quoniam vero in curandi arte diximus applicationem quantitatis ipsius remedii in eodem gradu dupliciter fieri posse, vel exhibendo remedium totum tantæ quantitatis, quantus est recessus, vniuersum, ac semel, vel pluribus vicibus paulatim remedium illud partiẽdo, sequitur vt percurramus, modum instituendi rationem victus, statuendo quot vicibus alimentum sit exhibendum, an semel in die, an bis, & an multũ pro vice, an

Signa dignostica. Prognostica Anagnostica. Critica.

Quot vicib. & quantũ alimenti sit exhibendum.

parũ,quod & Hipp. videtur enarrasse aph.17. vbi ait:Et quibus semel,aut bis,quod quidem ex hoc manifestum fiet ex consideratione cõstitutionis corporis , in quo reperitur ægritudo. Etenim cũ in corpore habeat esse necessario,vel alimenti indigentia , vel aliméti exuperantia,& indigentia alimenti cũ in corpore esse possit aut morbum patiente , aut non patiente morbum:itidem alimenti exsuperantia dupliciter in corpore esse possit aut bonorũ humorum,aut malorum humorũ,& si malorum humorũ erit exsuperantia , aut crudorũ, aut adustorum: & si crudorũ , aut potentium coqui,aut impotentium coqui:& si adustorũ, aut subtilium humorum,vt serositatis sanguinis,aut partis chili subtilioris,quę in bilem facile vertitur;aut terrestrium , cuiusmodi sunt humores melancholici: sequitur etiam: quod non vno, & eodem modo vices exhibendi cibum institui poterũt , sed multipliciter,sed in corpore,vbi adsit indigétia aliméti,nihil aliud præter naturam patiente,præter famem,cum virtus non possit esse valida,si verum est,quod virtus fundatur in spiritib. & bonis humoribus , multum alimentum nõ indicat,ne suffocetur:corporis auté indigentia multum cibũ postulat,quapropter vtriq; satisfacientes , parum,& sæpe,seu pluribus vicibus alimentum exhibemus , in eo quod parũ virtuti,in eo vero quod sæpe corpori consulentes.In corpore autem vbi non solum adsit indigentia,sed etiã morbus

Alimenti indigentia.

Alimenti exsuperãtia.

Alimenti indigentia sine morbo.

morbus præter naturam cum huiusmodi corporis constitutione virtus resoluatur, non solum ab indigentia, sed etiam a morbo, maiorem etiam indicabit restaurationem. Vnde vt vtrique satisfiat, non solum bis, sed etiam ter, & quater cibus erit exhibendus, partiendo alimentum quod nec vnica, nec duabus vicib. exhiberi potest. Sin autem in corpore fuerit superabundantia, eaque sit bonorũ humorũ, cum huiusmodi corpus plethoricum sit, & intra venas plurimum habeat alimentum, indicabit parũ alimenti esse exhibendum, & quoad vices semel in die, vel semel alternis diebus secundum quantitatem ipsius plethoræ. Sin autem fuerit superabundãtia, sed ea sit malorũ humorũ, tunc tale corpus indicabit tenuẽ diætam, quæ virtutẽ repletam quoad vires respirare faciat. Atq; hoc est illud, quod ait Hip. corpora impura quanto magis nutries, tanto magis lædes: Quæ quidẽ superabundantia malorũ humorum si erit malorum humorũ crudorum, possibilium tamen coqui, iudicabitur tale corpus non esse alendum, vt ait Gal. 4. de tuend. valen. quod tales egeant alimento exiguo, quemadmodum etiã plethorici, & hoc, quod intra venas thesaurum secum gerant, in sanguinem conuertibilem. Sin autem superabundantia erit malorum humorum crudorum non potentiũ coqui, sed potius exstinguentium calorẽ innatum, nec potentiũ nutrire corpora, tunc alimentũ sępe indicabitur, &

Cum morbo.

Alimenti abundantia boni.

Abundantia malorũ humorum.

Coqui possibilium.

Abundantia malorũ humorum crudorum.

parum esse exhibendum. Parum quidē, quia si multum exhiberetur, virtus suffocaretur, & calor, cum sit imbecillis: sæpe autem, nō autem raro, quia si parum, & raro exhiberemus, cum alimentum indicatum non habeant, sed tantum pituitam acidam, & crudam, atque omnino concoctioni rebellem, calor, & virtus resolueretur. At si superabūdantia sit malorū humorum adustorum, atque subtilium, indicabitur esse exhibendum alimentum, sæpe & parum, sæpe quidem, tum quod hic adsit indigentia bonorum humorum, tum quod habeant calorem igneum, a quo maxime resoluuntur, tum etiam quod tales in syncope facile cadant, & hoc, quod bilis cum subtilis sit, facile mouetur de loco ad locum, & facit syncopen, cum in huiusmodi constitutione fiant motus, & diuersi, & contrarii motibus iis qui fiunt in fame naturali, quod vt ait Galenus secundo de facul. natural. membrum vicinum cumcogitur dare nutrimentum alteri mēbro vicino, non dat nisi id quod superfluum est, & excrementitium, qua ratione ventriculus attrahens, trahit a venis mesaraicis excrementum, venę mesaraicę ab epate excrementum, epar a venis excrementum, venæ similiter a membris cum trahant excrementum, necessarium est transmitti ad ventriculum humorem duntaxat prauum, ex cuius agitatione cū etiam cor agitetur, sequitur syncope, ob id Auicen. 13. primi. Qui, inquit, tolerat famem, replet

Adustorum & subtiliū.

Syncope ex bile.

plet ſtomachũ malis humoribus, ex quo patet, tribus de cauſis huiuſmodi patiẽtes ſæpe, & parum eſſe alendos, tum ratione indigentiæ bonorum humorum, tum ratione caloris ignei reſoluentis, tum ratione ſyncopis, vt nõ ab re iſtius duntaxat ratione Galenus duodecimo meth. dicat. nos quãdoq; in iis qui febricitant, & ſyncopen patiuntur cogi in principio paroxiſmi nutrimentũ exhibere. Parũ aũt exhibebimus, ꝙ virtus, & calor debiles ſint, debiles aũt ſunt, quia humidum eſt reſolutũ, & a calore igneo diſſipatum. Sin autem ſit ſuperabundantia malorum humorum aduſtorum, & terreſtrium, eodem modo exhibendũ erit alimentum ſæpe, & parum: quemadmodum in bilioſis diximus eſſe faciendum: ſæpe quidem, quod adſit indigentia bonórum humorum, quibus nutriri poſſint, amplius quod humectatione indigeant, cum ſint exſiccati. parum vero, quod virtus debilis ſit, immo debilior quam in cholericis, & hoc ꝙ cholericis ſiccitas ſolũ calori iñato opponatur, in melãcholicis autẽ tũ ſiccitas, tũ frigiditas. Nõ ignorandum tamen eſt, ꝙ etſi in hoc conueniant vtriq; tum cholerici, tum melancholici, vt alimentum eis exhibendum ſit ſæpe, & parum, in hoc tamen differunt, quod qualitas alimẽtorum in melancholicis calida, & humida eſſe debet, in cholericis autem frigida, & humida. Patet igitur, quomodo vices exhibendi alimẽtum, deſumantur ab humoribus, & cau-

Fames longior replet ventriculũ malis humoribus.

Aduſtorum & terreſtrium.

Cholerici & Melancholici quo modo nutriendi.

Tempus idoneum exhibendi alimẽtum.

ſis ėfficiẽtibus morbum. Hactenus ex tribus, quæ ab effectu deſumi debent, duo abſoluimus, ſequitur tertium, nempe tempus idoneũ exhibendi alimeneum, quod ſane cibi dandi particulare tempus artis ciborum exhibẽdorũ, maximũ eſſe deponat Hipp. 4. acut. vbi ait, ſcopum vnũ eſſe, quod tempus illud, quo cibus exhiberi debet, quamplurimum abſit a febris intenſione, non in acutis modo, verum quoque & in longis ait Hippoc. adiecisſe autem illum longis etiam in morbis notat ibi Galen. quod in iis magis & forſan ſolis euidẽs ſit ſcopus, in acutis enim morbis deprehenſa in pedibus caliditas cibi tempeſtiue offerendi ſignum ſufficiens fuit. Non tamen in longis ita nutrire oportet, ſed melior declinationis pars eſt exſpectanda, quod in acutis haud quaquam eſt exſpectandum timore cito futuræ acceſſionis: vt autem arte, & ratione inſtituatur idoneum tempus exhibendi alimentũ, nõ erit recedendum a fundamento ſuperius poſito. Etenim cũ virtutis occupatio a morbo maior, & minor, indicet maiorẽ, & minorẽ, & exquiſitiorẽ viuendi rationem, vberiorem quidem vbi minus eſt oppreſſa, tenuiorem vero vbi magis, vt hac ratione in ſtatu, vbi eſt magnitudo morbi, extrema diæta conueniat, ſequitur quod eademmet ratione in iis morborum temporibus, in quibus natura magis erit oppreſſa, quod maxime etiam conueniens erit tenuiſſimus, atq; exquiſitiſſimus viuẽdi modus

Quando in acutis ſit nutriẽdum, & quando in longis.

Status requirit tenuiſſimã diætam.

di modus, cumque ex temporibus morbi status ille ſit, cui maxime cõuenit exquiſitiſſimus ac tenuiſſimus viuendi modus, ꝙ vt ait Hipp. quando morbus in ſuo vigore conſtiterit, tunc tenuiſſimo victu ſit vtendum: ſequitur quod eademmet ratione in paroxiſmo cum virtus ſit maxime oppreſſa, atque accidentia tunc temporis exſiſtant intenſa, etiam in particulari morborum paroxiſmo nedum in ſtatu a cibo erit abſtinendum. Atque hoc eſt illud quod ait Hipp. in 11. aph. in acceſſionibus abſtinere oportere: cibum enim dare nocuũ, & quibus per circuitum fiunt acceſſiones, in ipſa acceſſione abſtinere oportet: Intelligo autem per acceſſionem morbi paroxiſmum, ſeu morbi inuaſionem, in qua morbus fit acerbior, vt in periodicis febrib. contingit, quæ preſcriptos habent terminos, in quibus exacerbantur, tempus acceſſionis maxime declinãtes, & vbi aut quotidie fiẽt acceſſiones, aut febres erũt continentes, ita vt nulla ſit intermiſſio, aut adeo breuis vt non ſufficiat ad exhibẽdum cibum, remiſſionis, tũc & inclinationis tempus erit eligendum. Hactenus ex quatuor ſuperius a nobis propoſitis, pro recte, & conueniẽter inſtituenda ratione viuendi, vnũ abſoluimus, conſideratioñe ſane ipſius affectus: ſequitur ſecundum a nobis propoſitum, conſideratio ſane corporis, in quo reperitur affectus, cuius quidẽ temperatura, dũ remouetur morbus ſemper erit ſeruanda, etiã quod eſſet

In paroxiſmo a cibo abſtinendũ

Acceſſio morbi.

Ars alendi agros.

II.

Deſumitur a loco affecto.

mala, vt ait Gal. in lib. therap. Etenim si febrē vellemus remouere, & temperaturam, quæ esset calida, & sicca, tunc duas subitas mutationes efficeremus, quas natura tolerare non posset. Etenim cum temperatura calida, & sicca ad æqualitatem reduci non possit, nisi cibis frigidis, & humidis, iisdemque depellatur ipsa febris, dubio procul etsi febris remoueatur, corpus tamē non nutrietur, & hoc, quod vnumquodq; a suo simili nutriatur, quare dū morbi remouentur, temperatura corporis erit seruanda, atq; hoc est illud quod ait Hipp. victū humidum febricitātibus omnibus cōuenire, maxime vero pueris febre laborantibus, cum n. febris humidis depellatur, simul conseruatur eorū temperatura, quæ exsistens calida, & humida, humido illo sustinetur, cū vnūquodq; sibi simili conseruatur, & nutriatur. At dubium est, quomodo corpus siccum febre laborans, siccis alimentis sit seruādum, nam tunc morbum augeremus. Respondēdū sane hoc casu alimentis esse vtendum, quæ actu sicca sint, potētia vero humida: atque hoc modo vtrisque, tum febri, tum temperaturæ satis fiet: febri quidem cum humiditate illa in potentia, temperaturæ vero cum siccitate in actu. Quando vero nō vno, & eodem modo, nec eadē alimenti quantitate corpora omnia sunt alenda, sed diuerso modo, quapropter sequitur vt percurramus diuersitatem victus in tēperamētis, quod etiā expressit Gal. 8. meth.

In morborum depulsione tēperatura corporis seruāda est.

Dubitatio.

Solutio.

Victus ratio variat pro diuersitate tēperaturæ.

quo in

quo in loco ait. Quæ ſicca corporis natura eſt, ſed in altera cõtrarietate tẽparata, ea in lõginquioribus inediis gracileſcit magis, quam quę ſicca eſt, & frigida, reficitur tamen facilius cũ idoneum nacta eſt victum. Enimuero eiuſmodi omnibus victus ratio alteranda eſt, multo profecto magis quam iis de quibus primum omnium eſt dictum, nempe calido, & ſicco, item calido, & humido, quippe qui frigus, & humidus natura eſt, quoniam calido, ſiccoq; in vtraq; intemperie cõtrario modo eſt affectus, contrario nimium vteretur victu, melius tamen eſt, non abſoluto ſermone cõtrario dicere, ſed ex ſolius temperamenti indicatione, quoniam ex eo quod eadem febre febricitãt, non diuerſam, ſed omnino eandem ſortientur indicationem. Dictum namque ſæpe numero iam eſt, id quod ſecundum naturã eſt, ſimilia ſemper poſtulare, quod præter naturam eſt cõtraria, ſiquidem quod naturaliter ſe habet, cuſtodire, quod præter naturam eſt, tollere oportet. Porro febris omnis præter naturã eſt, ideoq; victus rationem frigidam, humidamque poſtulat, temperamenta vero ipſa alias poſtulant ſimilia, alias vero contraria: quę enim vitio carẽt, ſimilia perpetuo, quippe quę ſeruare expedit, quæ vitium habent (veluti in opere de tuen. val. eſt dictũ) alias ſimilia, alias contraria. Quoniã vero in cibi abſtinentia nõ omnes tẽperaturæ eodẽ modo ſunt ſeruãdæ, quapropter aduertendum erit ad corporis tẽ-

Febris frigidam & humidam diæta poſtulat.

peraturam, ratione cuius, cibandi quidā sunt, & inuasura febre, & incipiente, & accessione etiam in ipsa, quod ostendit etiā Gal. 10 meth. vbi postquam longam historiam de quodam qui febre laborabat, narrauit, ait. Ostendi tibi, & in ipsa accessionis inuasione eiusmodi homines esse nutriendos, dico autem eiusmodi homines, in quibus corporis intemperies ad siccum, & calidum cōuersa, febres accendit. Porro hoc quoque plerisque medicorum fortasse sit incredibile, sed siue rationi ipsi fides est adhibenda, siue operibus, nos fidem ambobus facimus, operibus quidē, dum homines iis monstramus, qui si biduo patiantur inediam, necesse est febricitent: ita scilicet vt nōnuli vbi cōcitati ad irā sunt, vel mœrore, vel vigiliis affecti. Euidentissime enim tum in conualescentibus ex diutino morbo talia fieri cernuntur, tum iis qui calido sunt, & sicco temperamento: Quam vero ratio ipsa fidem huic rei facit, alibi dicta est, dicentur tamē & nunc eius rei summæ, vbi etiam reddit rationem huius per longum processum. Quæ autē temperaturæ inediam tolerare possint, & quę cibum tolerare non possint, ex 8. meth. & 10. habetur a Gal. inediam siccis, calidisque corporibus noxiam tum sanis, tum ægris ait 10. meth. vbi ait: inedia siccis, calidisque corporibus, valentibus quidē noxia est, iis vero qui in calida, & sicca æstate febre laborāt, quę scilicet ex vstione aut labore imodico, aut vigiliis, aut

In ipsa accessione quāq; est nutriendum.

Inedia nocet calidis & siccis.

aut comprehensis iam animi motibus sit cõtracta, non tantum noxia est, sed si quidquam aliud, plane perniciosa, quippe vel in febres ardentes ex ea incidunt, a quibus (nisi prius mors occupet) in hecticas migrant, atque ab his in marasmum. Quæ autẽ sint temperaturę, quæ inediam tolerare possint, declaratur 8 meth. Vtilitatem inquit ex inedia sentiũt potissimum frigidæ, & humidæ temperaturæ, ab hac quę humida, tertio loco quę frigida, quarto loco quæ sicca est, & frigida. Et paulo post. Siccam inquit, corporis naturam, sed in altera contrarietate temperatã, in longioribus inediis gracilescere magis quam quæ sicca est, & frigida, reficitur tamẽ facilius, cum idoneum nacta est victum; quod etiã paulo ante expresserat his verbis. Quibus inquit, in corporis temperatura siccum prævalet humido, & calidũ frigido, iis habitus gracilis, & ex longiori inedia acerrimis, acutissimisq; corripiũtur febribus, a quibus promtus est in hecticas trãsitus, atq; ab his rursus in torridum marasmũ, aut si os ventriculi facile iniuriis patet, in syncopen, id est, animi defectũ. Hactenus ex quatuor ad artem viuendi recte instituendam ꝓpositis, duo sunt absoluta, nempe affectus, & natura corporis affecti. Sequitur alimentum, in quo hæc tria præcipue erunt consideranda. Substantia seu modus ipsius substantiæ, quantitas & qualitas. Modus autem substantiæ tripliciter cõsiderandus erit, penes alterationẽ,

Temperatura quæ possunt tolerare inediam.

In alimento tria cõsideranda sunt.

penes motum localem, & penes ipſam nutritionem. Et primum penes alteratioñe, vt quia habet coqui in ventriculo, vtrum alimentum illud ſit facile coctu, velut ouum ſorbile, an coctu difficile, veluti caro bubula. Et quoniã ſicuti poteſt in ventriculo coqui, poteſt etiam putrefieri, hac ratione perpẽdendum erit an alimentum illud ſit facile putreſcibile, veluti ſunt fruct⁹ horarii, an difficile putreſcibile, vt caro bubula. Penes vero motum localem, ꝙ poſſit ſupernatare in ventriculo, poſſit etiam fundum petere, perpẽdendum erit an alimẽtum ſit leue, an graue. Concocto vero cibo, quia habet diſtribui per venas, perpendẽdum erit, an ſit facile diſtribuibile, veluti ſunt iuſculа, an difficile diſtribuibile, veluti eſt caro aſſata. Penes vero nutritionem, quod alterato, & diſtributo alimento chymus ille in epate elicitus, poteſt eſſe bonus, & malus, multus, & paucus, hac ratione perpendẽdũ erit an alimẽtum ſit boni, vel mali, multi, vel pauci nutrimenti. Hæ ſane ſunt omnes differentiæ penes modos ſubſtantiæ cõſideratæ. Quarũ omnes bonæ in aliquo alimento, ſimul complicatæ reperiri poſſunt, veluti eſt caro phaſianorum quæ facile coquitur, non facile putreſcit, petit fundum, facile diſtribuitur, & eſt boni, & multi nutrimenti. Omnes etiam malæ in aliquo ſimul reperiri poſſunt, vt in fructib. horariis: quidã vero ciborũ ſunt intermedii, aliquas habentes bonas, aliquas non habentes, & aliquas

Modus ſubſtantiæ penes alterationem.

Penes motũ localem.

Penes nutritionem.

Phaſianorũ caro.

aliquas habentes malas, aliquas non habẽtes, de quibus omnibus in lib.alimentorum. Qua ratione eligenda erunt alimenta, quæ propoſito ſatisfaciant vndique,aut ſi vndiq; non ſatis faciant, compoſitione erunt emendanda, alterando illud quod ſcopo non ſatisfacit, aut illud abiiciendo, & efficienda erunt medicamentoſa ſecundum ſpeciem determinatã affectus, qui aut ſit morbus, aut ſit cauſa, aut ſymptoma, & hæc aut ſolitaria, aut ſimul cõplicata: Conſiderandum etiam erit alimentũ penes quantitatem, & ſane vel molis, vel virtutis:molis quidem,veluti olerum libræ tres, quę in multa quantitate ſunt molis,paucæ autem virtutis,quod in eis ſit paucum alimentũ, vel virtutis, non autem molis, veluti vinum nigrum, quod eſt multi alimenti. Qualitates etiã ciborum erunt perpendendæ tũ primæ, tum ſecundæ,tum tertiæ. Primæ quidem,vt ſi præter nutrimentum calfaciant, veluti eſt caro columborum,vel infrigident, veluti eſt lactuca,vel humectent, vel exſiccent. Secundæ vero veluti ſapor,odor,color. Tertiæ vero,an rarefaciant,aperiant,incidant, abſtergant,cõdenſent, emplaſticent. Etenim iis omnibus conſiderare oportet qualitates omnes, ſcopis ab affectu,& corpore affecto deſumtis, quod vt ait Gal.9.meth.in fine, is ſolus poſſit viuendi rationem ſumme commodam laboranti comparare,qui poteſtates indicationum examinet,& ſimul conferat, & ex collatione ſi-

II. Quantitas.

Vinum nigrum.

III. Qualitas.

Columborũ caro.

mul facta, cuiusq; indicationis potestate diligenter considerata, omnibusque inter se collatis, vnam idonei victus summam laboranti commodam comparare possit. Quæ quidem quoniã ex horum cognitione perfecta, & absoluta nõdũ haberi potest, nisi etiã recte prius examinata vi ipsarũ circunstantiarũ, sequitur vt circunstantias percurramus, & earũ vim, & quid singula circa alimẽtũ aut addere, aut detrahere possit, veluti est virtus, cuius tanta vis est, & auctoritas, vt possit penitus immutare, quæ morbus postulat. Hac enim ratione etsi in statu morbi nihil exhibendũ, exsistente virtute forti, vbi tamen virtus erit imbecillis, etiã quod alia omnia oppositũ indicarent, erit cibandum. Aetas, quod senes facilime ieiuniũ ferant, secundo loco qui ætatem cõsistentem habent: minus adolescẽtes, omnium minime pueri, qui cibo sunt magis nutriendi. Aer, seu tempus anni, qua ratione hyeme cũ ventres calidiores sint, copiosiora etiam aliméta erũt exhibenda, minus vero æstate, & aliis temporib. Regio, quæ si erit calida, & sicca, cũ corpora magis resoluat, indicabit adhuc magis esse cibandum. Idẽ constitutio si fuerit calida, & sicca. Idẽ etiam consuetudo quod qui consueti sunt plurimũ cibare, cũ sani sunt, nõ sunt in statu morbi alẽdi mellicrato, sicut fieret in iis, qui parũ sunt cõsueti cibare. Igitur vt a virtute exordiamur, eius habẽda erit maxima ratio, quid. n. refert scire statũ morbi ꝓpe futurum,

Ars alendi agros. III. *Variatur circumstantiis.*

Virtus.

Aetas.

Anni tẽpus.

Regio.

Cõsuetudo.

Virtus.

rũm,& paroxiſmum, & morbũ extremũ exſiſtere, niſi præter hæc coniectemur, vt inquit, Hip. vtrum virtus poſſit ſufficere, ac ſuſtinere tenuem illam diætã, donec morbus conſiſtat? cum hucuſq; confuſam quaſi,& incoatam dũtaxat cognitionẽ nobis indicarint affectus & corpus affectũ, donec eorũ indicationes a virtute præſcribantur, ac limitentur: Et hoc, ꝙ ex ſe nihil perfecte indicent, donec ad virtutem non ſunt relata, cuius officium eſt immutare, quandoq; vero præſcribere diætam, ac diætæ gradũ immutare quidẽ. Quoniam etſi nihil in ſtatu morbi dandũ ſit, exſiſtẽte virtute forti, ſi tamen debilis ſit, etiã ꝙ alia oppoſitũ indicẽt, dandũ tamẽ erit tantũ quantũ virtus requiret, tantum autẽ requiret, quantũ ſufficere poterit cõtra ipſum morbum. Cognoſcemus autẽ quando virtus ſufficere non poterit, nec reſiſtere vſq; ad ſtatũ, & quando ſufferre poterit, conſiderando vt inquit Gal. virtutẽ ægri corporis, an picrocolum ſit, calidũ, & ſiccum, maxime abundans bile, pręſertim circa ventriculũ. Talia.n. indicabunt, ſæpe eſſe nutrienda, & hoc, ꝙ huiuſmodi corpora facile reſoluantur, & difficile ieiunium ferãt, vt in principio paroxiſmi liceat & huiuſmodi corpora nutrire. Amplius conſideranda erit ventriculi tẽperatura, an calida ſit, & ſicca, & billioſa, quod tales etiam a principio paroxiſmi ſint alendi. Ex quo patet Hipp. dictum circa ſtatum nihil eſſe dandum, ſi ad virtutem referatur, immutari

Quomodo cognoſcendũ, an virtus ferat, vel non ſufficiat.

atque intelligi debere in iis tantum, qui facile ieiunium ferunt, qualia ſunt corpora calida & humida, quod a Gal. 8. meth. poſitum fuit, vbi ait, cum vires legitimum robur ſuum habent, & morbi ſummus vigor breui futurus exſpectatur, tenuiſſimo victu licet vti: cum ſint infirmiores, nō licet ſine graui noxa, ſed adiicere ad nutrimenta tantum oportet, quantum eſt de robore virium imminutum, atque ex iis ſcopis accipiendus eſt nutrimenti modus. Et 10. meth. manifeſte fuit explicitum: quo in loco ait, eſſe a primo ſtatim die in omni ægro ſpectanda illa duo, quæ Hip. iuſſit, a quibus cibandi conſilia petat, morbi ſummus vigor, & ægrotantis vires. Poſtea ſi trāſiri ſummum incrementum ſine omni cibo poteſt, in cibi abſtinentia hominem ſeruabis, ſin exiguum adminiculum requirat, abunde erit ſola mulſa, quod ſi maius deſiderat, quam ſit ex mulſa, ptiſanæ cremor ſatis erit. At ſi fas nō eſt morbi ſummum incrementū, aut tenui victu, aut medio tranſmitti, id agēdum vt ſtatim in primæ acceſſionis inclinatione æger cibetur. Aliquos vero cum inuaſura adhuc eſt febris, & cum incipit cibabis, veluti ſunt ii, qui calido, & ſicco ſunt temperamento, tum viribus neceſſario imbecilles. Sequitur ætas cuius etiam habenda erit ratio, quod vt ait Hip. aph. 13. ſenes facile ieiunium ferant. 2. loco qui ætatem conſiſtentem habent: minus adoleſcentes, omnium minime pueri, præſertim qui inter ipſos

2. *AEtas.*

B

pſos

psos sunt viuidiores. Intelligo autem senectutem, pro primo senio a 35. ad 50. annum, tum quod ætas ea cum frigida facta sit, ex deficientia caloris, senes minus etiam alimenti consumant, cum etiam quod in venis habeant humorem pituitosum, dulcem, tenuem, & concoctioni facilem, tanquam thesaurum ipsius nutritionis. Qua ratione etiam additum fuit, & inter pueros ii, qui viuaciores sunt, & hoc, cum viuacitas a caliditate proueniat, caliditas autem plurimum continue consumat, difficilius etiam cæteris ieiuniū ferre possunt. Quāquam alia etiam ratione hoc procedat, quod qui crescunt, plurimum habēt caloris innati, iuuenes autem cum crescant, non autem senes, iuuenes etiam habent plurimum calidi innati; at qui plurimum habent calidi innati, plurimo egent alimento: huiusmodi cum sint iuuenes, cōsequenter maiori cum indigeant alimento, difficilius etiā ieiunium ferre possint, quam senes. Atque hoc est illud quod ait Hip. apho. 14. qui crescunt plurimum habent calidi innati, plurimo igitur egent alimento, alioqui corpus absumitur, senibus vero parū calidi innati inest, paucis propterea fomitibus egent, quia a multis exstinguuntur, quam ob causam febres senibus non similiter acutæ fiunt, frigidum enim eorum corpus est. Sequitur aer, seu anni tempus, quod vt ait Hip. ventres hyeme, & vere natura calidissimi sunt, & somni longissimi, quia per ea tempora copio-

Senium primum.

Senes facile ferunt ieiunium.

Febres senibus non facile fiunt acutæ.

3. Anni tēpus seu aer.

ſiora alimenta ſunt exhibenda, quod tũc cum calor innatus plurimus ſit, pluribus etiã egeat alimentis, indicio ſunt ætates & athletæ, vnde iis temporibus cibos facile ferunt, ob validã virtutis tolerantiam: æſtate autem, & autumno vt ait Hip. 18. aph. cibos difficilime ferunt, quos tamen hyeme facilime ferunt, ſecundum inquit locum ver habet, atque hoc eſt, illud, cur Gal. 1. de facul. aliment. rationem victus per ſingula anni tempora inſtituat, autũno quidem melancholicis cibis, ac ſiccantib. abſtinere, hyeme vero eis vti, quemadmodum ſane æſtate humectantibus & refrigerãtibus, vere autem, quod medii ſint temperamenti, mediæ facultatis cibos edere. Et lib. de dign. & medic. hyeme inquit comedes plurima, dico nõ ad tuas vires, ſed aliorum anni tẽporum reſpectu, quemadmodũ & Hip. æſtate, & autumno cibos difficilime ferunt, hyeme facilime, ver ſecundo loco eſt, idem alibi ait, ventres hyeme & vere calidiores ſunt natura, & ſomni longiſſimi, in his itaque temporibus alimenta plura tribuenda ſunt, ſi quidem calor innatus multus eſt, ideo pleniori alimento indigent, indicio ſunt ætates, & athletæ, bibendo aliorum anni temporũ comparatione minimum, potusque ſit album, & tenue vinũ, quodadmodum vetus non ſit, obſoniaq; hoc tempore aſſa vt plurimum, & hæc omnia magna ex parte calida & ſicca, & hoc propter intemperiẽ, quæ ex anni tempore frigida eſt, & humida.

Hyeme parcius bibẽdũ.

Vere vberius.

humida. Post vbi ver aduenit, potus vberior, dilutiorque, non tamẽ plurimus, nec aquosissimus, parum conducet, & esculenta molliora, paucioraque, quin & obsonia ex assis ad elixa commutabis. Plurimum autem, & aquosissimum æstate bibẽdum, quod tempus hyemi plane sit contrarium, ver autem sicut medio loco est inter hæc duo extrema, ita mediã quoque rationem viuendi requirit. Hæc Gal. idem lib. de dign. & medic. quo in loco, viuendi rationem non confestim, sed paulatim mutandam esse docet. Nã ratione temporis, hyemis scilicet frigidæ & humidæ, calidam & siccam instituit viuendi rationem, & in vere potum dilutiorem, esculenta molliora, paucioraque, quin & obsonia ex assis ad elixa cõmutat, æstate autem vberiorem, & aquosissimum potum præcipit, & hoc quod æstas hyemi sit plane contraria. Et addit, in hac viuendi ratione mutanda iuxta anni tempora efficienda, nõ subito, sed paulatim transeundum esse, ne vniuersa illa & subita mutatio cõparet offensam, sicut traditum ab Hipp. est, plurimum atq; repente euacuare, vel replere, vel calefacere, vel frigefacere, siue quouis alio modo corp⁹ mouere periculosum, quoniam omne nimium est naturæ inimicum, quod vero paulatim fit, tutum est, cum alias, tum vero cum ab alio ad aliud transit. Sequitur consuetudo, quod vt ait Gal. victus vna species nõ omnibus in cõsuetudine sit 7. meth. Nam sicut inquit nec aliarũ

AEstate plurimum.

Autumno medius modus seruandus.

4. *Consuetudo*

rerum, ita nec victus vna omnibus species in consuetudine est, cum aliis semel esse, aliis bis & aliis citius, aliis ad vesperam cepisse cibum moris sit. Iam cibus ipse aliis piscis plurimum est, aut denique aliquid ex mari, aliis olera magis aut deniq; hortensia, aliis poma, aliis legumina, aliis nuces, aliis aliud quidpiã, aliis quadrupedum carnes, atque harum aliis aliæ, aliis auium, atque aliis aliorum. Quinetiam caseo, & lacte alii vtuntur, nonnulli plus quam cæteris cibis, generaliter quidem caprarũ, vel boũ: sunt tamen qui & aliorum animalium. Bibunt quoque alii calidum, alii frigidum, & vinum vel liberaliter, vel parcius, vel omnino nullũ, vel hoc genus, vel illud. Ad ea igitur reducendus quisque est quibus insueuit. Scriptum autem de consuetudine diligentius seorsum est, nunc illud dixisse abunde sit, magnam partem ad totius victus, medicamentorumq; inuentionem ex consuetudine sumi, cuius ratione cibari bis in die solitis maximo damno eis esse, nisi prandeant, ostendit Hip.2.acut. vbi narrat etiam incommoda, quæ eis euenire solẽt, ita vt in laborante morbo frigido, & humido, qui consuetus sit vti cibariis frigidis, & humidis, semper necessarium sit aliquid frigidi & humidi cibarii exhibere: sed hæc de ætate, tẽpore anni, & consuetudine, quorum trium simul meminit etiam Hip. in fine 17. aph. quo in loco ait, condonandum etiam aliquid esse ætati, tempori, & consuetudini. Sequitur regio, & anni

& anni constitutio: qua ratione si æger erit in regione calida & sicca, cum hæc resoluat corpora, indicabit magis adhuc esse nutriendum: idem anni constitutio, si fuerit calida & sicca. sed hæc de iis quatuor necessario requisitis, pro recte, & conuenienter instituenda viuendi ratione, nempe affectus cognitione, corporis affecti, alimenti, & circunstantiarum, quæ singula quantum possint iam diligenter fuit enarratum. Quoniam vero pro recte, & conuenienter instituenda victus ratione, non solum sciendum est, quid indicent singula seiunctim, & solitarie capta, sed necessarium est etiam cognoscere, quid indicent simul complicata, quod vt ait Gal. 9. meth. in fine idonea victus ratio methodo inuenietur ex indicationibus sumtis simul a morbo, temperamento, natura, consuetudine, ætate, anni tempore, statu cœli, quia ex omnium comparatione simul, vel similium, vel contrariarum, in quibus altera alteri detrahit, & ex recte ppensis indicationum potestatibus viuendi ratio idonea inuenitur: cũq; præcipua indicãtia viuẽdi rationẽ sint morbus, & virtus, sequitur igitur vt incipiamus a cõplicatione morbi cũ virtute. Vt autẽ res manifestior fiat, cũ virtus, & morbus nõ vno tantũ modo, sed multipliciter simul cõplicari possint, quapropter prius percurremus singulas cõplicationes, postea ostendemus quantũ alterũ alteri in singula cõplicatione detrahere posset. Igitur virtus vel

Regio.

Anni cõstitutio.

Victus ratio pro complicatione morbi cum virtute.

Virtus parũ vrgens.

non vrgebit, vel parum vrgebit, vel multum, vel maxime vrgebit. Parũ autẽ dicetur vrgere, vel ratione ætatis, vt cũ puer, aut ſenex labo-rat, aut cũ corpora rara, & tenuiũ humorũ fe-brib. corripiuntur, aut cum irritantia adſunt ſymptomata, vt pruritus ingẽs, morſus in ven-triculo ab acri humore, vigilia, ira intus coer-cita, mœror. Multũ dicetur vrgere virtus, cum æger iis perturbabitur ſymptomatis, quæ ſyn-copin ſolent inducere, qualia ſunt ventris crebra deiectio corpus abſumens, ſanguinis fluor immodicus, inceſſantes ſudores. Maxi-me vero dicetur virtus vrgere, cũ prope ſyn-copin erit, ꝗ ex pulſu, & facie certiſſime de-præhendere poteris. Morbus eodem modo tunc dicetur parum vrgere, veluti cum æger ſitim patitur, aut cibos valde faſtidit, aut ſi prę-ter modũ aſtricta erit aluus. Multũ vero vrge-bit, vbi aliquod ſæuũ ſymptoma afferet, vt cõ-tinuas vigilias, perpetuum ſoporẽ, aut coma, aut fortem capitis dolorẽ contiuum, aut diffi-cilẽ anhelitum, delirium, aut cum vrina ſup-primitur, aut aluus nimis cietur. Maxime vero vrgebit morbus, cum vltimos afferet labores, hoc autẽ erit, quoties cum ſymptomatib. cõ-iuncta erit inquietatio, & anguſtia. Hactenus diſtinctis virtute & morbo, quotupliciter re-periri poſſint, ſequitur, vt huiuſmodi differẽ-tias ſimul cõplicemus, atq; perpendamus, quã ſpeciem viuendi, & rationem ſingula compli-catio indicet. 1. Aut igitur virtus non vrgebit, & morbus

Virtus multum vrgens.

Maxime vrgens.

Morbus parum vrgens.

Multum vrgens.

Maxime vrgens.

& morbus non vrgebit.2. Aut virtus non vrgebit, morbus parum vrgebit.3.aut virtus non vrgebit, morbus vero multum vrgebit. 4. aut virtus non vrgebit, morbus autẽ maxime vrgebit.5.aut virtus parum vrgebit, morbus vero nõ vrgebit.6.aut virtus parum, morbus parum.7.aut virtus parum, morbus multũ.8.aut virtus parũ, morbus maxime.9.aut virtus multum, morbus autem nõ vrgebit. 10. aut virtus multum, morbus vero parũ.11.aut virtus multum, & morbus multum.12. aut virtus multũ, morbus vero maxime. 13. aut virtus maxime, morbus nihil.14. aut virtus maxime, morbus parum.15.aut virtus maxime, morbus multũ. 16.aut virtus maxime, morbus maxime.1.vbi igitur morbus non vrgebit, & virtus similiter se habebit, victum exhibebimus per ea quæ comeduntur.2. virtus autem non vrgens cum morbo parum vrgẽte sorbitionem indicabit. Sequitur virtus non vrgens cum morbo multum vrgẽti: sed ante huiusmodi complicationem sciendum, medium quoddam reperiri inter morbum parum & multum vrgentem, qui quidem cum sit mediæ vehementiæ inter morbum parum & multum vrgẽtem, cumq; ex Hipp. morbo maxime vrgenti inedia conueniat, multum vero vrgẽti pocula competãt, sequitur, quod vbi iis morbus mitior fuerit, quod tantundem etiã erit ascendendum versus victum crassiorẽ, cumq; morbus, qui multũ, & qui mediocriter vrget, proximi sibi sint

Virtus & morbus non vrgens complicatio. 1.

Virtus non vrgens 2. & morbus parum vrgens.

Morbus mediocriter vrgens.

vicinitate, & in cibariis post pocula crassior proxime victus sit tenuis sorbitio, sequitur quod tenuis sorbitio erit victus conueniens morborum mediocriter vrgentium: atque eadem ratione, qua morbus parum vrgens recedit a morbo mediocriter vrgente, eadem ratione, cum in cibariis recedamus proxime a tenui sorbitione ad crassam sorbitionem, quod crassa sorbitio erit morborum parum vrgentium. Et eadem ratione, morbo non vrgenti, ea quæ comeduntur erunt conuenientia, quapropter huiusmodi regula semper erit seruāda, quod vbi variaueris huiusmodi proportionem, ægris maxime nocebis: atque hoc est illud, quod ait Hippo. victus tenuis, atque exquisitus in morbis quidem chronicis semper, & in acutis quibus nō conuenit periculosus: per morbum chronicum intelligens morbum non vrgentem, cū morbi chronici symptomata non adducant, quorum ratione morbus vrget. Notādum etiam morbum chronicum febris continuitatem non admittere, cum continuitas morbū acutum constituat Hipp. & Gal. 1. prędic. quia, si tenuem victum, qui secundum Hipp. lib. de prisca medicina, & lib. de mor. vul. 1. cō. 3. sunt crassæ sorbitiones, aut exquisite tenuē, qui est tenuis sorbitio, quam ex natura morbi competere diximus morbo parū vrgenti, si, inquā, morbo nihil vrgenti, aut non vrgenti ęxhiberes, veluti est morb. chronicus, grauiter errares.

res. Sed hæc de medio inter morbũ parum, & multum. Sequitur tertia cõplicatio.3. Vbi virtus non vrgebit, morbus vero multũ vrgebit, indicabitur victus per pocula: quoniã cum morbus multum vrgẽs proxime minor ſit morbo maxime vrgente; & morbus maxime vrgens indicet inediã, virtute nihil vrgente; ſequitur quod morbus multum vrgens, victum illum indicabit, qui proxime recedit ab inedia. Huiuſmodi autem eſt victus per pocula, qui in tenuitate cæteris inediæ magis ap̃pinquat, quod & Hipp. iuſſit primo de ratione victus acut. vbi poſtea inquit, ſi dolor aut periculum aliquod comparuerit, ſorbitionẽ dare oportet, nec multã, nec craſſam, ſed poſt ſeptimum aut nonum, ſi validus ſit. Per verbũ validus, virtutis nihil vrgentis indicationem aſſocians, per ſorbitionem nec multam, nec craſſam, victum per pocula intelligẽs: Et paulo ante: vbi dolor aliquis vexauerit, oxymel bibendum dabis, per dolores intelligens non eos, qui ſecundũ acceſſiones ægros torquent, ſed de iis, qui aſſidui ſunt, & ab inflammationibus ortum habẽt, qui morbum multum vrgentem reddunt. 4. Vbi autem virtus non vrgebit, morbus vero maxime vrgebit, huic ſola inedia conueniens erit, nam virtus non diſſuadet id, quod morbus maxime vrgens indicat, & tandem hæc victus forma erit ſeruãda, quamdiu virtus, & morbus ita ſe habuerint, ꝙ & Hip. præceptum fuit. 2. de ratione victus, v-

3. Virtus nõ vrgens & morbus multum vrgens

4. Virtus nõ vrgens, morbus maxime vrgens.

bi nec inquit cum morbi vigent, feruoremq; habent, cibum licet dare. Et alibi. Vbi, inquit, peracutus morbus est, & statim extremos labores habet, extreme tenuissimo victu necessarium est vti, quo in loco per extremum victũ Gal. inediã exponit. Hactenus patet, quid sit agendum secũdum Hip. circa rationẽ victus, & qui victus conueniat iis, qui maxime, multum, mediocriter, parum, & nihil vrgẽt, morbis complicatis cum virtute quæ vrgẽs nõ sit. Sequitur, vt consideremus eas cõplicationes, in quibus ipsa quoq; virtus vrgere incipit. Sciendũ igitur, quod vbi virtus incipiet vrgere, incipiet indicare victum proxime crassiorem eo, quem morbi dispositio indicabit. Igitur. 6. vbi virtus parum, morbus parũ vrgebunt, indicabunt ea, quæ comeduntur. 7. vbi virtus parum, morbus multum, tenues indicabunt sorbitiones. 8. vbi virtus parum, morbus maxime, victus indicabitur per pocula, eadẽ ratione & via in tertia cõplicatione superius enarrata. 10. vbi virtus multum, morbus parũ, indicabunt quæ comedũtur, si ea coquere laborãtis natura poterit. 11. si vero virtus multũ, & morbus similiter vrgeant, huiusmodi complicatio crassam requiret sorbitionem, & hoc, quod cum virtus multum vrgeat, & morbus multum, non solum morbus tenuem victum indicet, sed virtutis imbecillitas, tanquam secunda causa tenuitatis accedat. Atq; hoc est illud, ꝙ ait Hipp. 4. de ratione victus. Quibus inquit,

6 7 8 10 11

B

inquit, per febres aluus liquida eſt, & mens turbatur, horumque multi floccos vellunt, nareſque fodiunt, & parum quidem interrogatis reſpõdent, ſed ex ſe nihil, quod compoſitum ſit, dicunt, additque: His igitur ita ſe habentibus, ſi venter liquidus eſt, fuerit, abſumenſque & contabefaciens, ſorbitiones craſſiores frigidioreſq; exhibẽdas eſſe: quo in loco ex ſignis deſcribit morbũ, & virtutẽ multũ vrgentes, & in tali cõcurſu, ſorbitiones iuuat craſſas ait miniſtraſſe. 12. vbi vero virtus multum, morbus vero maxime vrgebunt, quãquã plures horum intereant, indicabunt tenues ſorbitiones. quod & Hipp. 3. de ratione victus iuſſit, cum de colliquantibus febribus ſermonẽ facit. Deiectiones, inquit, huiuſmodi habent quidem, & alias, quæ graues ſunt, offenſas, neque enim hypochondriorũ exſtinguũt ardorem, ſed excitant, inquietationemq; & membrorum iactationem faciunt, inteſtina etiam ſedemque exulcerant. Quibus verbis Hipp. morbum maxime vrgentem depinxit, & virtutem multũ vrgentẽ ob maleficas deiectiones. Et addit: Qui ergo in morbis huiuſmodi, relictis ſorbitionibus, mulſa potius alterius vice vtetur, iis multa feliciter cõſequetur, ſic ei nequaquam præter animi ſententiã ſuccedent multa: ſed vtrum intelligat tenues an craſſas ſorbitiones, Gal. in hunc modũ expreſſit: in ſolis, inquit Galen. qui liquefaciũt morbis, vel in quib. hominum virtus ad mor-

12

Febres colliquatiuæ quẽ victum poſtulent.

bi vsque indicationem sufficere non possit, ad ptisanæ cremorem perueniemus, cremorem autem ptisanæ tenuem esse sorbitionem, alias ostendimus. Hæc satis de arte exhibendi cibũ. Sequitur, vt eodem modo percurramus artẽ exhibendi potum, in quo exhibendo, etsi indicatio a pluribus desumi potest, veluti virtute, morbo, consuetudine, laborantis natura, & huiusmodi, tria tamen erunt præcipua, a quibus erit sumenda indicatio potus, nimirũ, quod alia ad horum aliquod reducantur, veluti est laborantis natura, quæ consuetudini semper cedit, vnde interuentu consuetudinis indicat. Quoniam si ægrotans sit frigidæ naturæ, & aquæ potui assuetus, aquam, non autem vinum ministrabimus, sumta a consuetudine indicatione, & non a laborantis natura. rursus, si ægrotans sit calidæ naturæ, cõsuetus perpetuo potui vini, non exhibebimus aquam, sed vinum, ob id 8. meth. de calidis, & siccis naturis loquens, si quis, inquit, nõ assueuit frigidæ, huic per febrem dare non inceperim, nisi pristina sane sanitate prius reddita. Ex quo patet consuetudinem, eã obscurare, quæ sumitur a natura laborantis, indicationem. Quo fit, vt tria præcipua sint indicantia potus ægrorum, virtus, morbus, consuetudo: sed vt ars amplior fiat, addamus & quartum, quæ singula ita per ordinẽ disponentur, virtus, morbus, consuetudo, natura laborantis. Sequitur, postquam inuenimus, quæ sint indicantia potum,

Ars exhibendi potum a tribus præcipue indicatur.

42

tum, vt ostendamus, quid eorum singulũ indicet solitarie, & seiunctim separatum alterũ ab altero, deinde quid indicent simul complicata. Porro virtus imbecillis ob imbecillitatẽ vrgens, indicabit potum roborantẽ, quo possit roborari, & tale vinum est illud, quod omnium maxime corporis vires naturales, & vitales roborat: Morbus vero potum indicabit curantem: curans autẽ potus ille est, qui morbo, aut eius causæ qualitate sit cõtrarius, qualis est acutis & vehementibus febribus aqua: quanquam vinum etiam in aliquibus morbis sit potus curans. vt 3. de ratione victus, & lib. metho. Consuetudo vero eum indicat potũ, cui æger est assuetus, vnde potum consuetum appellabimus, quem consuetudo indicat. Natura laborantis, seu temperies oppositam sui exhibebit indicationem, vt 6. de mor. vulg. seu Hippoc. seu Thessalus eius filius fuerit, calidis naturis refrigerationem, aquæ potionem, tum quietẽ consulens: ex quo loco colligitur quod qui calida, & sicca sunt temperie (modo virtus non contra indicet) sed cum virium robore sit illa temperies, a sola calida, & sicca tẽperie indicari aquam vino esse commodiorẽ. Quoniam vero morbus, & virtus præcipue (quanquam etiam consuetudo) non vniformiter sed quadrupliciter se habent, veluti virtus non vrgens, virtus parũ vrgens, virtus multum vrgens, & virtus maxime vrgens: ita & morbus quadrupliciter medicis seipsum ostẽ-

Quem potũ indicet virtus ob imbecillitatẽ vrgens.

Morbus.

Cõsuetudo.

Temperies.

dere ſolet, non vrgens, parum, multum, & maxime vrgens: conſuetudo quinetiam duplex eſſe ſolet, maxima, & minor: maxima illa eſt, quando quis vni duntaxat, & non alii inſueuit potui, vt ſi quis vino aſſueuit, ſed citra aliud incommodum, ſi aliquando vtitur aqua, illa vtitur: totidem modis dicetur ſuum oppoſitum inſuetum: ſi igitur virtus, morbus, & cõſuetudo vno modo duntaxat ſe habuiſſent, vnum etiam duntaxat potus genus arti medicæ ſuffeciſſet. At quoniã pluribus modis quotidie ſeſe offerunt, neceſſarium fuit etiam arti medicæ, tot quæ ſufficerent genera potuum reperire, vnde ratione virtutis, quæ quadrupliciter nobis ſeſe oſtendere ſolet, potus roborans quadrupliciter diuidetur in hunc modum, potus roborans vehementiſſimus, qui vinoſus potus Hippocra. dicitur, quod eſt potentiſſimus: aquoſiſſimus, & eſt ille, qui non manifeſta calefactione, tenuitate, colore, & odoris carentia, aquæ ſimilis exſiſtit: inter hæc duo extrema aſſignabimus tria media: alterum quod a vehementiſſimo minus, ab aquoſiſſimo magis recedat, alterum e contra, quod ab aquoſiſſimo minus, a vehemẽtiſſimo magis recedat, & vnũ mediũ, quod non magis ad vnum, quam ad aliud accedat; primamque ſpeciem horum potuũ magis accedentem ad vinũ, in quo vinum in mixtione manifeſte aquã euincat, conſequenter quali-

Conſuetudo maxima & minor.

Potus roborãs. 1. vehementiſſimus. 2. aquoſiſſimus.

qualitas vini, qualitates aquæ obſcuret, vinoſius appellabimus: Alterã vero magis accedẽtẽ ad aquam, in quo aqua vinũ ſuperet, & imbecilliter calefaciat aquoſius dicemus. Tertiã vero ſpeciem mediorum vim vtriuſq; extremi æqualiter retinentem, vbi neutrum ſenſibiliter euincit, nullumq; in ea vehementiæ veſtigium appareat, nec imbecillitatis, neutrũ appellabimus. Notandum autem, quod etſi huiuſmodi vinorũ differentiæ, & ſpecies in ſimplici vinorũ natura reperiri poſſint: & hoc ſecundum naturam vuarum, quarũ aliquæ efficiunt vinum vehementiſſimũ, aliæ imbecillimum, aliæ medium, poſſet tamen etiam a nobis fieri ex varia commixtione vini cum aqua. vt 3. de ratione victus in acu. ex Gal. deſumi poteſt: ſed hæc de potu roborãte, & eius diuiſione elicita ex vario modo ipſius virtutis. Ad eũdẽ modum cũ morbus quadrupliciter nobis ſeſe offerat, diuidendus erit etiam potus curãs morbum reſpiciẽs, qui ſane cum ratione qualitatum ſui indicationem exhibeat, & ratione qualitatum nunc ſe oſtendat parum calidus, multum, & maxime calidus, & potus curans morbum calidum cum ſit ipſa aqua, diuidendus erit pot⁹ aquoſus in ſimpliciter aquoſum, magis, & maxime aquoſum, & eodem modo, quo diuiditur penes qualitates primas, penes alias qualitates etiã erit diuidẽdus pot⁹ curãs, ſecundum variũ, & multiplicem modũ ipſorum morborum. Quoniã vero hæc quatuor

Vinoſior.

Aquoſior.

B

Neuter.

Aquoſi potus differẽtia.

indicantia, virtus, morbus, consuetudo, & natura laborantis, ita multipliciter distincta non solitarie duntaxat, sed simul implicita, & associata frequentius medicis sese offerunt, orta etiã fuit varia, & multiplex differentia in ipso potu, qui sane cum & virtutem, & morbum simul habeat respicere, & aquosum roborantem eum appellabimus, qui erit potus mixtus ex roborante, & curante, qui sane cum multiplicem differentiam capiat, a multiplici, & varia complicatione virtutis, morbi, consuetudinis, & naturæ laborantis, sequitur vtiq; vt percurramus pri⁹ quotupliciter hæc quatuor simul complicari possint, vt singulæ complicationi determinatum etiam potus modum assignemus; ita vni complicationi conuenientem, vt non aliis recte conuenire possit. Quoniam vero vt supradiximus, natura laborantis interuentu consuetudinis indicare solet, quapropter de complicationibus horum trium principaliter agemus, virtute scilicet, morbo, & consuetudine, quanquam etiã de quibusdam complicationibus agemus, vbi ingredietur natura laborantis. Igitur in hunc modum procedemus, & quotupliciter simul complicari poterunt hæc quatuor, trademus: incipiamus autem percurrere, & reperire singulas cõplicationes, postea enim ostendemus quid indicent singulæ complicationes, incipientes a complicationibus morbi cum virtute. 1. igitur aut neutrum vrgebit nec morbus, nec virtus.

Aquosus roborans.

Complicationes morbi cum virtute.

tus.2.aut vterq; multum vrgebunt.3.aut morbus multum,virtus parũ vrgebit. 4. aut morbus parum,virtus multum.5.aut morbus multum,virtus nihil.6.aut virtus maxime vrgebit. Sequitur complicatio ex morbo, & cõsuetudine,in quibus ſane.1.aut morbus, & conſuetudo conſentient.2.aut morbus, & conſuetudo diſſentient: ita quod morbus maxime vrgebit cum conſuetudine perfecta. 3. aut morbus imbecillis,cõſuetudo maxima.4.aut morbus multum, conſuetudo maxima. Sequitur complicatio virtutis cum conſuetudine.1. aut igitur virtus erit valens cum conſuetudine cõſentiente. 2. aut virtus erit imbecillis cum cõſuetudine diſſentiente. Sequitur complicatio virtutis cum natura laborãtis.1. aut virtus fortis cum natura laborantis. 2. aut virtus imbecillis cum natura laborantis nulli conſuetudini aſtricta. Sequitur complicatio ex tribus ſimul,ex morbo ſcilicet,virtute,& conſuetudine,in qua ſane.1.aut morbus multum, virtus multum,conſuetudo multum: 2.aut morbus multum,virtus multum, conſuetudo contraria,vt ſi ſit aquæ aſſuetus 3.aut morbus,virtus, conſuetudo diſſentient omnes, ita vt virtus, multum, morbus multum, conſuetudo erit potus ceruiſię. Sequitur complicatio ex ſingulis quatuor,morbo,ſcilicet virtute,conſuetudine,& natura laborantis,in qua 1.aut virtus erit conſtans, morbus nihil vrgebit. 1. corpus ſanum erit, conſuetudo, natura laborantis.

Complicationes morbi & conſuetudinis.

Complicationes virtutis cum conſuetudine.

Cõplicatio virtutis cũ natura.

43

Complicationes morbi,virtutis & conſuetudinis.

Complicationes ex ſingulis quatuor.

Hactenus percurrimus principaliores cõplicationes. Sequitur vt percurramus quid indicẽt ſingulæ complicationes, incipientes a cõplicationib. morbi cũ virtute. 1. Igitur ſi neutrũ vrgebit, indicabitur eſſe exhibendum potum illum, quo mediante virtus maxime ſeruari poſſit, huncque, quandiu virtus & morb. ſimiliter ſe habuerint, nõ mutabimus: & cum duorum alterum variauerit, pro ratione mutationis potum miniſtrabimus, q; iuxta mutationem indicationum, victus etiam forma ſit immutãda, & ipſius potus. Neq; enim credibile eſt, medicum poſſe coniicere victum & potum, qui ægrotanti per totum morbi decurſum conueniat. 2. Sin autem vterque multum vrgebunt, tunc id quod eſt aquoſo vinoſius erit exhibendum, quod imbecille appellauimus. Sic Hipp. vinoſiores potus iis adminiſtrare iubet, quorũ virtutes multum ob imbecillitatem vrgeant, ſignum quod ſic ſe habeant, eſt fluxus vẽtris contabefaciẽs, abſumenſque. Quia ſi multum vterq; vrgeat, & virtus & morbus, diſſentiantq; in indicatione potus, præualebit a virtute indicatio: non tamen neglecta quæ a morbo ſumitur, ſic Hip. 4. de ratione victus: quibus inquit per febres aluus liquida eſt, & mens turbatur, horumq; multi floccos vellunt, nareſq; fodiunt, & parũ quidem interrogatis reſpondent, ſed ex ſe nihil, q; cõpoſitum eſt, dicũt, talia iis melancholica eſſe arbitror. His igitur ita habentibus, ſi venter

Indicationes. 1. ſingularum complicationum.

2.

venter liquidus fuerit, absumensq;, & contabefaciens, sorbitiones frigidiores, crassiores-que exhibendas esse puto, potusq; qui sistant, vinosioresque, vel etiam astringentiores, quibus verbis descripsit & virtutem, & morbum multum vrgentia, ex iis quæ diximus, vinumque non obstante delirio concessit in prædicta complicatione, causa virtutis multum vrgentis, apposuit qui sistāt ob alui liquidæ symptoma, vinosioresque ob imbecillitatis rationem. Sed aduertendum, quod nō vinosum iis concedit vinum, qui huiusmodi delirio laborant, sed aquoso vinosius. Postremo enim de aquoso vino sermonē fecerat, cum dixit in 3. cæterum vino albo tenui, paucifero, & inodoro. Cum ergo vinosiores potus scribit, ad aquosum conferre, illum opinandum est: & eo maxime, quod aquosum vinum in simili delirio concesserat lib. 3. in expositione illius, (cū vero in huiusmodi morbis) imbecille igitur vinum, quod aquosum proxime subsequitur ad vinosum versus ipsum intellexisse arbitror. Sed quod idē rubrum esse oporteat, inde manifestū est, quod in huiusmodi vinorū natura astrictio reperitur, ex quib. locis licet colligere quantum sit aduersantibus indicationibus a præualente detrahendum. 3. Sin autē morb. multum, virtus parū vrgeat, aquosum vinum erit ministrādū. Qua ratione picrocholis acuta febre laborantibus aquosum vinum propinabimus, ob id quod horum corporum sub-

Al sus per feb es liquida.

In delirio quale vinū concedat Hippoc.

Vina rubra

3.

Picr ochol.

ſtantia facile a leui occaſione effluat, ob raritatem pororum, & ſuccorum tenuitatem, & calidam eorum naturam. Vnde Gal. 8. meth. vinum inquit ipſe conſcius es, omnibus me huiuſmodi naturis cõcedere, ſed quod aquoſum tum aſpectu, tum viribus ſit, id enim ad omnia vtilius eſt quam aqua, vt pote quod & concoctioné iuuet, & vrinas, & ſudores prouocet: conſtat autem Hippocra. non in diariis modo febribus, ſed etiam in acutis, ex iis quæ de acut. victu prodit, vinum dare: ex quibus verbis manifeſtum eſt, aquoſum vinum in acutis concedendum picrocholis eſſe, ob futuræ eorum imbecillitatis timorem, quia aquoſum vinum in huiuſmodi complicatione erit miniſtrandum, videlicet modicum vini cum multa aquæ permixtione. 1. in quo, aqua qualitate, & viribus multum in miſtione ſuperet, vinum vero guſtatu modice ſolummodo offeratur. 3. Sin autem morbus parum, virtus multum vrgebit, medium potum exhibebimus, qualis eſt ille, in quo neutrũ ſenſibiliter in mixtione vincat, & erit potus potenter roborans. 4. Sin autem morbus multum, virtus nihil vrgeat, veluti in peracuto morbo, multumque vrgenti, aquam in potum exhibebimus, virtute robuſta exiſtente. 5. Sin autẽ virtus maxime vrgebit, ob ſcurabit indicationem a morbo deſumtam. Virtus enim maxime vrgens indicabit eum potum eſſe exhibẽdũ quo maxime laboranti s natura ſeruari poſſit,

Picrocholis vinum dandum eſt in febribus acutis.

B

ſit, neglecta omnino indicatione, quæ a morbo ſumitur, quod ex Galeno oſtendimus, cum de victus forma loqueremur. Sequitur, vt percurramus, quid indicet cõplicationes, ex morbo, & conſuetudine. 1. ſi igitur morbus, & cõſuetudo conſentient, tunc miniſtrandus erit victus ille, quem indicant, abſque alia conſuetudine: vt laboranti acuta febre Luſitano cum virium robore, aquæ potui aſſueto, aquam hordei, quam morbus & conſuetudo indicãt, miniſtrabimus: q̃ ſi pugna in indicatione fuerit, quod viribus ſuperius eſt, in indicatione præualebit; nempe morbus, ſi multũ aut quã maxime vrgeat: aut conſuetudo, ſi morbus parum, aut nihil vrgeat. atque hoc eſt illud, quod ait Gal. 8. meth. Si quis, inquit, frigidæ non aſſueuit, huic per febrem dare illã non inceperim, niſi priſtina ſanitate prius reddita. 2. Sin autem morbus, & conſuetudo diſſentient, ita q̃ morbus maxime vrgeat cum cõſuetudine ad oppoſitum abſoluta, hoc caſu magnus & vehemens morbus conſuetudinis indicationẽ obſcurabit. Nam laboranti acuta febre vino aſſueto, eũ miniſtrabimus maxime potũ, quem ægritudo indicabit, virtute nequaquã diſſuadẽte, vt ex Gal. 9. meth. colligitur, vbi de cõtinentium febriũ curatione agit. quo in loco frigide potum poſt concoctiones exhibet, a conſuetudine nullam ſumẽs indicationẽ. Et ibi hunc in modum ſcribit, cum ergo coctionis humorum in iis notas videris, de quibus,

Indicationes complicationum morbi & cõſuetudinis.

Potus aquæ frigidæ quãdo & quib. febribus cõcedatur.

abunde in libris de crisi dictum est, audacter frigidam dabis, & addit statim, quod si etiã frigidæ assuetus æger sit, magna cum fiducia frigidam exhibebis: ac si velit id, quod eodem in libro scripsit in hæc verba. Siquidem, inquit, cum sæpe iam vidimus non paucos ex iis, qui febribus ardentibus premerentur, cum iam mediocriter concocti humores essent, statim ex frigidæ potione a febre liberatos, quãuis potioni illi parũ assueti fuissent; quare multo, arbitror, magis in iis, qui assueuerunt, vtilitaté fore citra noxam vllã speramus. Vnde non ob id, ꝙ aquæ assuetus non sit, ab ea desistendum est, nisi cum aliquod effatu dignũ incõmodũ naturæ ab eius occursu timemus. ob id opposui; virtute nequaquã dissuadente. Idẽ 11. meth. colligitur, quo in loco in febribus continuis absolute citra consuetudinis considerationé, vinum prohibet, & frigidam exhibendã consulit. 3. Sin autem fuerit morbus imbecillis, & consuetudo maxima, morbo exsistente imbecilli, & diuersum ab eo, qué consuetudo indicat potum exposcente, quæ a cõsuetudine sumitur præualebit indicatio, vt patet ex Gal. 8. meth. Qui cum vinum vtilius esse quam aquã dixisset ad coctioné, & vrinæ ac sudorum prouocationé, statim subiũgit. Ego igitur censeo eius generis naturas, & dum valent, huiusmodi potione, aqua scilicet, magnopere iuuari, nec in diaria febre, iis quib. in vsu fuit, eã circũcido. si quis vero nõ assueuit, huic ꝑ febrim

dare non

dare nõ inceperim, nisi pristina plane sanitate prius reddita. Quare cum morbus, & consuetudo diuersos potus indicãt, si morbo magnitudo accesserit, morbi indicatio obscurabit eam, quę a consuetudine sumitur: quod si morbo nulla effatu digna accesserit magnitudo, aut vehementia, scito indicationem a consuetudine tunc præualere. De robore autem virtutis, & morbi magnitudine diximus, agentes de forma victus, quarto. Sin autem morbus multum vrgebit, & consuetudo maxima maxime dissentiet, veluti si adsit homo acuta febre laborans, qui vino sit assuetus, aquaque nunquam fuerit vsus: cum hic morbus aquã indicet, consuetudo fortiter dissuadeat: hoc casu morbus in indicatione, eo quod multum vrgeat, præualebit, consuetudine tamen non neglecta, & tali exhibendũ erit vinum aquosum. consuetudini enim aliquid indulgendũ esse vult Hippocrates in tali complicatione, & constitutione. Quod autem in tali complicatione non sit concedendum plus consuetudini, ex Hippocrate 3. de ratione victus elicitur, vbi ait; cum vero in huiusmodi morbis fortem capitis grauitatem, vel mentis læsionem suspicatus fueris, a vino penitus est abstinendum, aquamque dare oportet vel vinum aquosum, flauumq; tunc & prorsus nodorum. In quibus verbis depingit morbum multum vrgentem, & in tali morbo iubet a vino penitus esse abstinendum, &

In acuta febre cum æger vino est assuetus datur vinũ aquosum.

aquam exhibendam. Et addit, vel vinũ aquosum, vbi profecto, cum non eadem sit aquæ & vini aquosi natura, opinandum est, aquam vel vinum aquosum non vllum ideo dixisse, ac si vellet citra discrimen vllum, vtrouis æque nos vti posse. ꝙ ex his verbis, quæ statim sequuntur, manifestum est, cum ait; Atque ab ipsius potione, aquæ exiguum superbibendum est, quod hoc modo vini potẽtia caput minus tẽtet. quare cum vinũ aquosum sit alterius naturæ quã aqua, ab eisdem indicantibus vtrumq; indicari non potest: modo cũ tria sint illa, quæ potum indicant, morbus, virtus, & consuetudo, & stante eadem morbi constitutione, vtrumq; cõsuluerit potum, necesse est aut viriũ robur, aut consuetudinem mutationem accepisse. Proinde cũ obseruemus in scriptis Hippocratis, Hippocratem solitum esse, vbi indicationẽ a virtute vult desumere, ea signa semꝑ recẽsere: quæ vires laborantis imbecilles esse ostendant, velut in quarto libro, vbi in simili morbi constitutione imbecillitatis, virium causas opponit dicens. Si venter liquidus fuerit, absumens, & contabefaciens, in qua morbi constitutione potus vinosiores ratione imbecillitatis virtutis administrat, sequitur, cum hic non ponat signa ostendentia virium imbecillitatem (quod tamen facere consueuit) & iubeat aut vinũ aquosum iis esse ministrandum, necessario intelligi de iis, qui vino ꝑ sanitatem perpetuo sunt vsi, minime aqua.

Quare

Quare patet, quod cum consuetudo morbi multum vrgentis indicationi dissentit, eũ esse exhibendum potum, in quo minimum sit cõsueti, multum vero curantis. Notandum autem hoc mirum non esse debere, cum Hippocratem tribus in locis vinum in acutis concessisse reperiatur, primum. 1. de ratione victus, ratione morbi, cũ ait: mulsam aut vinum, vtrum magis auxiliaturum putaueris. secundũ, 4. de ratione victus, quod fecit ratione imbecillitatis virtutis, vbi ait; His habentibus, si vẽter liquidus fuerit, corpus absumens. Tertiũ in 3. de ratione victus, ratione consuetudinis. atque hoc est illud quod ait Gal. 8. meth. Constat autem & Hippocratem nõ in diariis modo febribes, verum etiam in acutis, ex iis, quæ de acutorum victu prodit, vinum exhibere.

Vinũ in acutis Hipp. tribus in locis concessit.

Sequitur complicatio ex virtute, & consuetudine, in qua si virtus erit valens cum cõsuetudine consentiente: tunc, cum virtus sit valida, consentient in indicatione potus consuetudini, & concedendus erit potus ille, quem consuetudo indicabit. Sin autẽ virtus erit imbecillis cum consuetudine dissentiente, tunc quandoq; dissentiet. vnde ægrotãti frigidæ assueto, modicum vini, quo eius natura roboretur, concedemus. Sequitur cõplicatio ex virtute & natura laborantis. Si igitur erit virtus fortis, nulla imbecillitate laborans cum natura laborãtis: tũc relicta virtute a sola corporis tẽperie naturali indicatio pot⁹ erit sumẽda, vt

Indicationes cõplicationũ ex virtute & consuetudine.

Ex virtute & natura, laborantis.

vt ſentit 6. de mor. vulg. ſeu Hippocrates, ſeu Theſſalus eius filius, calidis naturis refrigerationẽ, aquę potionẽ, tum quietem conſulens. Ex quo loco colligitur, iis, qui calida ſunt, & ſicca natura cum robore viriũ, aqua vti cõmodius eſſe quã vino. Sin autem virtus fuerit imbecillis, cum natura laborantis nulli cõſuetudini aſtricta. Si natura laborantis fuerit calidi, & ſicci tẽperamenti, ſalubrius erit aquoſo vino vti, quã aqua. Nam ratione qua aquoſum calidæ naturæ conueniet, vt vini facultatẽ habet, imbecillitati ſubueniet. ob id qui calida erunt & ſicca natura, habitu gracili, tenuiũ ſuccorũ, ꝙ cito eorum corpora in halitum ſoluãtur, & imbecilliores fiant, vino aquoſo ꝑ ſanitatẽ cõmodiſſime vtuntur. quod aſſeruit Gal. 8. meth. cum ait; vinũ conſcius es me omnib. huiuſmodi naturis cõcedere, ſed ꝙ tum aſpectu, tũ viribus ſit aquoſum, id enim ad omnia vtilius eſt quam aqua, vtpote quod concoctionem iuuet, & vrinas, ac ſudores prouocet. quare a virtutis imbecillitate genꝰ potꝰ, id eſt, potus vini indicatur: ſed ſpecies vini determinata, vtrum ſcilicet aquoſum, an imbecille, an medium, circumſcribitur a natura laborantis.

Temperies determinatam vini ſpeciem circumſcribit.

Natura enim corporis habet determinare determinatã vini ſpeciem; quonia calidũ & ſiccum temperamentum imbecille vinum expoſcet; ii vero, qui frigida erunt natura, craſſo habitu, pingui abdomine, tardi, potẽs aut vinum: quicunq; atrabilioſi, & medię inter hos

naturæ

naturæ, medium. Sequitur complicatio ex morbo, virtute, & cõsuetudine. Si igitur morbus multum, virtus multũ, consuetudo multum dissentiet a morbo, & consentiet multũ virtuti: vt si quis assuetus sit bibere vinum, qui laboret febre acuta, cum virtute ob imbecillitatem multum vrgente, in tali constitutione duo eorum in vnum vini potum consentiant, nempe virtus & consuetudo, morbus vero vtrique dissentiat: quærendus erit potus, qui virtuti, & morbo multum vrgentibus conueniens sit. Tale autem erit illud, quod imbecilliter roborans erit, cuiusmodi est vinum imbecille. Et quoniam aliquid est addendum, ratione indicationis ipsius consuetudinis: sequitur, quod in tali cõstitutione potus aliquãtulũ fortior imbecilliter roborante conueniens erit, cuiusmodi est vinũ, quod imbecillo parũ vinosius exsistat. Sin autem morbus multum, virtus multum, & consuetudo multũ consentiat cum morbo, & multũ dissentiat a virtute; vt si quis sit assuetus aquæ potui, qui febre acuta laboret, cuius virtus multum vrgeat ob imbecillitatem, cum consuetudo, & morbus in vnum consentiant, potus genus adhibẽdus erit potus, qui morbo, & virtuti multũ vrgẽtibus consentiens sit, & aliquid erit detrahendũ ratione ipsius consuetudinis. Vnde cũ ratione morbi & virtutis potus cõueniens habeat esse ille, qui imbecilliter roboret; cumq; ratione cõsuetudinis aliquid sit demendũ, sequitur: ꝙ

Indicationes complicationũ ex morbo virtute & consuetudine.

potus,qui conueniet huic complicationi, erit potus, qui aliquantulũ sit infirmior potu imbecilliter roborante. Sin autem virtus multũ, morbus multum, consuetudo multũ vrgeãt, ita quod singula tria simul dissentiant, nec vllum sit eorũ,quod simul inter se cõsentiat: veluti,si quis assuetus sit bibere aliud potus genus a vino, & aqua, sicuti sunt ii, qui cereuisiã bibunt: cũ hic adsit pugna inter omnia indicantia,nempe ꝙ morbus aquam vt potũ curantem exposcat,sub aquæ autem appellatione,eas etiam potiones intelligo, in quibus semina,herbæ, aut radices sunt decoctæ, veluti aqua hordei,capillorũ veneris,liquiritiæ. Nã etiam, qui aquæ potui assueti sunt,iis potus aquæ hordei insuetus dici non potest, etsi ea vsus fuerit nunquã. Igitur cum morbus aquam & potum curãtem exposcat, virtus ob imbecillitatem vinũ roborans, cõsuetudo nullum istorum admittat,sed cereuisiã ob assuetudinẽ petat,in hac cõplicatione,& omniũ concursu simul dissidentium, aut simul erunt miscendi singuli tres hi potus pro ratione indicantium, aut vini modicum seorsum semel aut bis, aut quoties expediet, ad roborandã naturam,erit exhibendũ, deinde mixtũ ex cereuisia, & aqua,secundũ simmetriam, & morbo,& cõsuetudini correspondentẽ,potum exhibẽtes. cõsuetudinis n. etiam est habenda ratio semper, ꝙ vt ait Gal.repentina a cõsuetudine digressio corpora nõ parũ offendat. Sequit᷑ cõplicatio, ex omnibus

ex omnib. quatuor simul: vt si virtus fortis sit, ita q nihil vrgeat, morbus etiam nihil vrgeat, id est, si sit corpus sanum, consuetudo, natura laborantis: tunc habenda erit ratio de consuetudine, & proprio corporis temperamento, & in horum duorum consideratione perpendendum erit, vtrum proprium corporis temperamentum indicet eundem potum quẽ cõsuetudo, an alium: & si indicabunt eundẽ potum vtraque, citra dubiũ exhibendus erit potus ille, quem simul consuetudo, & temperamentum indicarunt: quod si alium & diuersum indicabunt, cum pugna fiat inter duo indicantia, hoc casu faciendum erit, vt hanc litẽ dirimat ætas: vt in homine citra annum quadragesimum quintum temperamento consentiemus; si vltra, consuetudini: & hoc, quod cum omnis mutatio magno viriũ robore indigeat, cumque magnum virium robur vltra quadragesimum quintum annum raro reperiatur, & in omni mutatione duo adsint labores; nempe rei consuetæ demissio, & ad insuetam transmissio: quare senes consuetis potius erunt fouendi: qui autem senes non erunt, tẽperamentum eorum erit inspiciẽdum. Quoniam vero ad absolutam artem præscribendi victum non solum ea quatuor; (quanquam ea principaliter) nempe virtus, morbus, consuetudo, & natura laborantis, sed etiam alia consulenda sunt, veluti ætas, tempus anni, regio, & huiusmodi: sequitur, vt omnia simul com-

Indicationes complicationũ ex morbo virtute cõsuetudine & natura laborantis simul.

Mutationes sunt periculosæ.

plicata percurramus, & videamus quomodo omnibus consentientibus vna prorsus victus species constituatur. dissidentibus vero inter se, quæ valentiores ac plures sint præferamus, ita vt victus species, quam hæ præscribãt, præferatur; sic tamen, vt ne contraria sit neglecta: quod sane facile pceperimus, exemplo a Gal. 8.meth.in fine proposito. Pone, inquit, Gal. correptos febri esse duos homines, in regione natos, educatosq; temperata, nunc in ea non esse, imo alterum in calida, & sicca, alterum in humida, & frigida. præterea, eosdem diuersos esse tum temperamento, tum statura, tum cõsuetudine, tum ætate, etiam sub diuerso (si placet) & anni tempore, & statu cœli ægrotare, sic vt alter calidus, siccusque natura sit, ac tali victus rationi in totum insueuerit: præterea, iuuenis sit, & hyeme ægrotet, idque in humida, & frigida regione, ac statu cœli simili: alter humidus, & frigidus, simili victu assuetus, tum puer ætate, ac ęstate, in calida, siccaq; regione, ac simili cœli statu laboret: quænam igitur in vtroq; horum sunt indicationes? nempe quæ a febricitando sumitur communis amborum est, ac quæ refrigerent, & humectent, desiderans: reliquorum nulla est, præterea cõmunis: siquidem priori, & propter naturam, & propter ætatem, quæ simili sibi victu fuere assuetæ, siccioris calidiorisq; temperamenti cibus idoneus est, idemq; propter & anni tempus, & statum cœli, & regionẽ conuenit. Nõ enim quæ

Complicatio commemoratorum, cum ætate tempore anni & regione.

quæ ab his ſuppeditatur indicatio, ſimilia deſiderat, ſed contraria alteri ex propoſitis propter ætatem, & naturam, & conſuetudinē, & ſimilia ipſis exhibenda indicantur: propter ætatem quidem humida, modiceq; calida: propter naturam, & conſuetudinem, humida & frigida: propter regionem, & anni tempus, & ſtatum cœli contraria; quæ & ipſa nimirū ſunt tanto tēperatis frigidiora, & humidiora, quā-to regiones ipſæ ſunt calidiores temperatis, & ſicciores: a cōſuetudine enim ſemper indicatio eſt ſimilium, quoad ſcilicet ægrotant homines. At ab ætate, natura, regione, anni tempore, & ſtatu cœli, vbi temperata hæc ſunt, ſimiliū præſidiorū eſt indicatio, ſiue valeāt homines, ſiue ægrotent. Cōtra ab intemperatis, anni tempore, ſtatu cœli, & regione, contrariorum eſt indicatio. Cæterum ab ætate, & natura non abſolute; ſed cum cōſuetudine? Porro nihil in contrariis indicationibus tam conuenit expendi, quam magnitudinē eorū, quæ ad indicationem coierunt: quam vtique in libris de ſanit. tuen. duplicem eſſe oſtendimus, alteram, quæ ex ipſorum, quæ indicantur, dignitatibus cenſeatur; alteram, quæ ex ipſorū (vt ſic dicamus) propriis ſubſtātiis ſpectetur, quas ex cōferendo cū mediocri, & q̄ ſecundū naturā eſt, accipiendas eſſe teſtati ſumus. Niſi enim ita quis indicationū poteſtates examinet, nequeat ſane mēſuram victus inuenire. Cum enim refrigerādū, humectandumq; eſſe febris

Magnitudo eorum quæ ad indicationem coierunt, duplex eſt.

perpetuo indicet, reliquorum vero quodque pro vt dictum eſt, vbi concors eorum indicatio eſt, nullum exhibetur negotiũ: vbi diſcors, pro pluribus, ac potioribus formari victus ratio debebit: ſi quidem in modo propoſitis, ex eo quod febricitant, communis refrigerantium, & humectantium indicatio præſtatur, non tamen ex cæteris, ſed cuius tum ętas, tum temperamentum vna cum cõſuetudine, tum regio, tum anni tempus, & cœli ſtatus humectantia, refrigerantiaque exhibenda indicant. Hunc ſane haud dubium eſt non ſolũ humectandum, refrigerandumque eſſe, ſed etiã nec leuiter hæc, nec vtrunque facienda eſſe, imo plane magnopere, ac vehementer, omnibus ſcilicet indicationibus idem dictantib. Cuius vero reliqua omnia refrigerantem, humectãtemque victum, quemadmodum febris non indicant, ſed contrarium ipſi, calfacientẽ ſcilicet & ſiccantem, vtiq; ambiguitas, pugnaq; indicationũ inter ſe oritur: quo caſu magnopere opus eſt tum numerũ indicationũ, tum magnitudinem ſimul conferas: quippe quæ a febri ſumitur, ea reliquis, quãdo omnes contrarium faciẽdum præſcribunt, numero quidem inferior eſt, magnitudine tamen quæ ex dignitate, aut poteſtate, aut quomodocunque appellaſſe libet, ſpectatur, vtique ſuperior eſt; potiſſimum ſi longe a natura receſſit; quippe duplex tum magnitudo illi accedit, & quæ ex febris genere prouenit, quæ omnibus eſt cõmunis

In contrariis indicationibus & numerus & magnitudo indicationum ſimul conferenda eſt.

46

munis,& quæ propria ſuaque ipſius eſt: ſiquidem & quia febris plus cæteris omnibus ſolicitos nos habet:& quia præterquam quod febris etiã magnitudo notabilis illi acceſſit: idcirco contrarias indicationes inducit,atq; obumbrat.Sin parua fuerit , fas eſt reliquas omnes vna coniunctas cum ea conferri , atq; expendi:ac ſiquidem pares videãtur, neq; febris indicatio præferetur,ſic vt humectandum , & refrigerandum ſit , neque etiam reliquorum, ſic vt calfaciendum,& ſiccandum ſit,imo media victus ratio,vbi ita ſe corpus habet,eligenda erit: Sin altera indicatio ſuperet, tãtum receſſiſſe a temperato , & medio victu par eſt, quantum ea quæ pollent ſua cõtraria ſuperãt. Ergo tum exercitatũ in his omnibus, tum natura prudentem eſſe medicũ conueniet , quo cuiuſque indicationis conſiderata poteſtate, omnibusque inter ſe collatis,vnam idonei victus ſummã,quæ laboranti ſit commoda, cõparet.HæcGal.vbi victum omnium intemperiei generum idoneum , quomodo methodo poſſim⁹ inuenire docet ex indicationib. ſumtis a morbo , temperamento, natura,conſuetudine,ætate,anni tempore,ſtatu cœli:&quomodo ex comparatione omnium ſimul vel ſimilium,vel cõtrariorum, in quibus, altera alteri detrahit , & ex recte perpenſis indicationum poteſtatibus viuendi ratio idonea inueniatur.Sed hæc de arte & ratione alẽdi ægros. Quoniam vero corporis , excrementa & hu-

mores eousque a naturali constitutione persæpe recedunt, vt neque victu, neque alteratione sola emendari, neque naturæ, calorisq; beneficio in pristinam bonitatem reduci possint, nisi auferantur: eiici autem e corpore, & vacuari cũ possit humor vitiosus qui in venis consistit, at non syncerus, sed vtilis sanguini permixtus, vel solus vtili relicto, ex quib. alter phlebotomia, alter vero pharmacia euacuatur: sequitur igitur vt hęc alia duo infra scripta percurramus, quibus materiæ, quæ victus ratione pristinę suę bonitati restitui nõ possunt, euacuantur: cum temere putent aliqui viuendi ratione sola atque inedia posse vndequaque humorum vitia emendari. quod & Gal. de inedia loquens lib. de venæ sectione contra Erasistratum sensit. Quorum inquit Erasistratus, nihil animaduertens, cæcorum more, qui amplã, compendiosamq;, & planam viam in propinquo habentes, sæpenumero angustã, ac asperã, prolixamq; errabundi ineunt, & ipse tã propinquã, satisque expeditam, & amœnã semitam spernens, ad impeditã illã, ac longã se contulit: quippe qui hoc tantum cõsiderauit, num quo ipse tendit via, eo vergat, non autem an cõpendiose, & sine periculo ducat. Nam ꝙ vel inedia ad plenitudinis euacuationem conferat, ego quoq; consentio, verum lõgo tempore, magnoq; cũ nocumento eam efficere id dico. Quare sequitur vt artem euacuandi percurramus, incipientes ab eo genere vacuãdi, quo

Sola diæta & inẽdia non possunt omnia humorum vitia emendari.

quo non ſolum humor vitioſus, ſed etiã vtilis humori permixtus euacuatur, quod ſanguinis B miſſione fieri ſolet. Tametſi enim venam ſecare perdifficile quidã exiſtimauerint, vt ait Gal. initio lib. de ſectione venæ: ridicula tamẽ, ait Gal. ſunt, quæ Apemántes Stratoque protulerunt, vterque enim perdifficile eſſe venã ſecare, vel ob internotionem vaſis, vel ob arteriæ inciſionem, nocumentum quippe ilico ingens imminere, ſi quando loco venæ arteria diuidatur: his addit, quod quandoque aliquis præ timore mortuus ſit: & alter etiam ante vaſis ſectionem, alter vero eo iã ſecto referri nũquam potuerit: tum quod quidã irreparabili ſanguinis fluxu defecerit. ſed pretereo illa quoque quæ a reliquis dicũtur. nam alii quidẽ eorum aſſerunt euacuationis menſuram coniectura aſſequi multo eſſe difficilimum, ideoq; neceſſe eſſe, vt aut diminute euacuanti nihil plus contingat, aut mediocritatem excedenti maxima impendeat noxa. quid enim vt illi aiunt, venæ ſectio modum exſuperans a cæde differt? alii vero dicunt, quod cum tranſultus ſpirituũ (græce paremptoſis) ex arteriis in venas fiat, neceſſario inanitionẽ ſanguinis per oſculorum reſerationem ipſe ſpiritus ſequatur. Sunt & alii qui affirmant venarũ euacuationẽ inflammationis affectu in arteriis iã conſtituto plane ſuperuacaneam eſſe. Atqui vniuerſa talia quanquam credibilia alicui videantur, ſunt tamen reuera falſa, indignaq; quib. fides

Phlebotomia.

Venæ ſectionem quinã veterum & quibus rationibus improbarint.

adhiberi debeat, tum quod plurimi ſectionis vſum probauerunt. Miſſa inquit Gal. faciamus nunc Hippocratis monumenta, alio enim tẽpore totam illius de euacuatione artẽ declarare conſtituimus: quin potius transferamus nos ad illos, quorum aliqui empiricam, rationalemq; ſectã vna ſunt amplexi: quandoquidẽ ex iis a venæ ſectione inuenio abſtinere nemi nem. Nam iterum dogmaticos, Dioclem, ac Pliſtonicum, Dieuchemque, ac Praxagoram vna cum Philotimo, atque Herophilo, & Aſclepiade venæ ſectione vſos fuiſſe compertũ habeo: quanquam Aſclepiades contentionis adeo ſtudioſus fuit, vt omnia ferme priora dogmata laceſſiuerit, neque alicui prioris ſeculi homini, imo ne Hippocrati quidem pepercerit, hucq; adeo veterum medẽdi rationem mortis meditationem nominare non ſit veritus. Atque neque hic eo impudentię venerat, vt venæ ſectionem e medicinalium auxiliorũ numero explodere auderet, quin etiam neq; inter recentiores, aut vetuſtiores aliquis, non Athenæus, non Archigenes, neq; Agathinus: tum denique neq; ex empiricorũ cœtu quiſquam. Hi enim cum nihil eorum obſeruent, quæ rationi conſentanea ſunt, omniaque experientia ſola decernant: tamen ex his neminem proferre mihi poteris. Quando autem iſti in omnibus aliis rebus fere diſſentientes, in hac ſola conueniant, mihi plane concordia ſuſpicione vacanti nihil magis fide dignum
eſſe

eſſe videtur. Sed ne præ teſtium multitudine opera naturæ obſcuriora reddamus, mittamus hos ſi libet. Nonne vides plures rationes in Galeno hoc probantes? Firmato iam vſu iſtius inſtituti, ſequitur, vt percurramus quib. in caſibus liceat vti hoc inſtituto. Ait Gale. 9. meth. Quoniam venæ ſectio ſanguinis vacuãdi cauſa adhibetur; ſanguis autem naturæ inutilis eſt, vtiq; probe hanc adminiſtrare conueniet, ſic vt quod inutile naturæ ſit, emittat. Fit autem ſanguis naturæ inutilis bifariam, vel cum propriam qualitatem ad vnguem nõ ſeruat, nec amplius nutrire ſicut prius cum vtilis eſſet, poteſt: vel ita multitudine creuit, vt aut vires premat, aut tum venas, tum arterias, vel diſtendat, vel findat, vel obſtruat: ac in iis quidem miſſio ſanguinis vtilis eſt, ceu vacuantiũ præſidiorum vna: in aliis ceu quod vehementiorem impetum ad diuerſam partẽ reuocet, vel per propinqua deriuet, poſtulat autẽ ſemper valentes vires, quę modo vacuationis eius reſpondeant. Ad hæc igitur reſpicientes ſanguinem detrahimus, alias ſemel, alias bis, vel ter, vel ſæpius, initio autem libri de curãdi ratione per ſanguinis miſſionem ponit, quæ veniant conſiderãda ſpeculãti de ſanguinis miſſione. Qui, inquit, de ſanguinis miſſione ſpeculãtur, vnũ ſibi proponãt oportet, nempe, vt quę corporis affectiones euacuatione indigeant, conſiderent: ac deinde alterũ, quæ nã ea, quæ fit ſanguinis detractione, nam multi ſunt

Sanguis bifariam fit naturæ inutilis.

Scopi mittendi ſanguinem.

affectus, qui alia quapiam euacuatione quidē indigeant, sed non missione. Tertio post hæc diiudicent, qui innoxie hanc ferre euacuationem possint, quippe cum sæpe fiat, vt affectio venæ sectionem desideret, cæterum laborans eam ferre nequeat, siue propter ætatē, siue ꝓpter anni tempus, siue propter regionis naturam, siue ob os ventriculi vitiatum, quod per sæpe per abusum stomach ū appellitant. sed & sunt, qui tametsi vel maxime, quod ad morbū pertineat, sectione venæ indigeant, ob totius tamen corporis habitū ferre nequeant. Atq; eodem in libro ponēs, quid indicet sanguinis missionem, & quod non a sola plethoria indicetur, sed a passionis, quæ fit suspicione: ait enim; sanguinis mittēdi scopos plenitudinē primum non compræhendere, sed passionis quæ fit suspicionē. nam, inquit, si eā magnā fore apparet, omnino sanguinem mittemus: etiam si nulla exsistat plenitudinis nota, tātum inspecta ætate, viribus, & regione, quæ sola in propositis de ratione victus recenseri conspiciuntur: vigentē enim propter pueros & senes indistinctionem assumpsit. Etenim primi principesq; mittendi sanguinis scopi sunt, morbi magnitudo, & laborātis robur. Et paulo post magis explanans, quid intelligendū sit per passionis suspicionem ait: Quippe, inquit, non solum vbi iā adsit morbus grauis sanguinis detrahendi tempus est, sed vbi futurū verisimile est. Et paulopost. Itaq; inquit tria sunt, quæ agnitio-

nitionẽ continent, morbi magnitudo aut prę-
ſens aut imminens, ætas florens, & virium ro-
bur. Quinimmo addit, plethoricam plenitu-
dinem non eſſe numerandã inter ſcopos mit-
tendi ſanguinẽ, ſed indicare vacuationis quã-
titatem. Definitis itaque, inquit, tribus mittẽ-
di ſanguinis ſcopis, nempe morbi magnitudi-
dine aut præſente aut imminente, aut incipi-
ente; ætate florente; virium robore. Vacuatio-
nis vero quantitas non ex iſtis modo, ſed ex a-
liis deprehenditur, ea ſunt plethorica vocata
ſyndrome; aeris nos ambientis temperies, in
tempus & locum diuiſa, eaq; quæ in anteacta
acciderunt vita, circa comeſorũ tũ quantitatẽ
tũ qualitatem, excretionesq; ac motiones, aut
factas aut non factas. Quẽ autẽ affectum curet
ſanguinis miſſio 13. meth. ponit, vbi ait: Ergo
plethora tũ ſanguinis miſſione curatur, tũ fre-
quenti balneo, tũ exercitatione, tũ frictione:
præterea digerentib. medicamentis, & præter
hęc omnia, inedia, ſuccorũ vitioſorũ purgatio-
ne, quæ cuiq; ſuperanti ſucco ſit accõmodata,
corrigitur: ꝙ 2. de elemẽtis ſecundũ Hip. initio
magis expreſſit, vbi ponit, quib. noxia ſit venæ
ſectio. Ait enim contra Aſclepiadẽ: Ita, inquit,
ſe res habet: nam ſi tentaueris bilioſo homini
dare medicinam, quæ apta ſit purgare pituitã,
non ſine magna (vt certu habeo) noxa dogma
experietur, ꝙ ſi medicinæ purgantes ſola ra-
tione euacuationis iuuãt, cur nõ ſecamꝰ venas
omniũ hominum? ſiue ſint tenues, ſiue craſſi,

Phlethora non eſt numeranda inter ſcopos miſſionis ſanguinis.

Vacuationis per phlebotomiam quantitatẽ qua indicẽt.

Phlethora curatio.

siue morbo regio, siue atra bile laborant; sed horum quidem plurimis, qui sufficienter sunt extenuati, non parum profuit noxii humoris euacuatio. si quis vero his sanguinem auferre tentasset statim occidisset. Atq; hoc est illud, q etsi ex 11. meth. saluberrimum sit in febribus venam incidere, non continuis modo, verumetiam aliis omnibus, quas putrescens humor concitat, vbi præsertim nec ætas, nec vires ꝓhibent: in febrientibus tamen cum cruditate & stomachi offensa, ex 12. meth. sanguis nõ est mittendus, q nulli talium sanguis mitti sine maximo dispẽdio soleat. Sed hactenus de genere affectus, a quo debet sumi indicatio mittendi sanguinem. sequitur vt percurramus ea, quæ quantitatem mittendi sanguinis perscribere debent. Sciendũ igitur, q in hoc remedii genere, quod sanguinis missio dicitur, hoc prę cæteris vtile habemus, q nec impossibilitatẽ, nec difficultatem vllam habemus in æstimanda eius quantitate. Nam lib. de curandi ratione per sanguinis missionem; Nihil, inquit, æque artem medicã in agendo coniecturalem efficit, vt cuiusque remedii quantitas. Etenim cum frequẽter compertum habeamus, tempus instare exhibendi aut cibi aut potus, eiusque aut calidi aut frigidi, quantũ tamen dandũ sit, certo haud nouimus. idẽ vsu venit in purgãtibus medicamentis. nam q laboranti præbendum sit medicamen aut bilem tum flauã tũ atrã aut pituitam, aut serosum excrementũ euacuans,

In febricitãtib. cum cruditate, sanguis non est mittendus.

Ars medica coniecturalis est.

euacuans, exacte nouimus: cæterum quãtum præberi debeat nescimus. Atqui talis exhibitio corrigi postea nequit. nam quod semel in ventrem deuoratum est medicamentũ, quo minus omne deuoratũ sit, fieri non potest: neque possibile est, vbi plus quam conueniat iã purgetur homo, partem oblati auferre. At in sanguinis missione summum id bonum est, euacuationẽ, dum voles, posse sistere, ac rursus quo videatur tempore, fluere sinere, quoadusque recte habere appareat. huius autẽ sanguinis mittendi quantitatẽ ex auctione scoporũ mittendi sanguinis augeri, lib. de curãdi ratione per sanguinis missionem hunc in modum declarat. Primum, inquit, omnium scire conuenit, dum propositi scopi huius præsidii augentur, maiorẽ indicari euacuationẽ: dum vero exsoluuntur, tantum detrahendũ de sanguinis missione, quãto illi minores euaserint. Morbi itaq; magnitudo cum virium robore primi erant mittendi sanguinis scopi: ille quidẽ quæ facienda sunt indicans, hic tanquã illũ haud prohibens, id quod contra indicare iuniorũ medicorum quidam appellant: deinde considerandũ, quæ naturalis sit hominis temperies. Nam quib. amplæ sunt venę, quiq; modice graciles sunt, nec cãdidi, neq; tenera carne prædıti copiosius euacuabis: cõtrarios autem parcius, quippe qui exiguum habeãt sanguinis, carnemq; facile transpirabilem. Hac ratione nec pueris venã tũdes vsq; ad 14. ętatis

Sanguinis mittendi quantitas.

annum, post quẽ si multus congestus sanguis appareat, tempusq; anni vernũ fuerit, regioq; natura tẽperata, & pueri natura bene sanguinea, sanguinem minues, multoq; magis, si aut peripneumoniæ, aut anginę, aut pleuritidis, aut alterius acuti grauisque morbi periculum incumbat. Quoniam vero in arte curandi diximus, remedium aut semel vnica vice, quantum est exhiberi, aut pluribus vicibus partiri: Sequitur, vt percurramus quando sanguinis missio nõ semel sit facienda, sed partienda: & quando subito ac semel facienda: & si semel, quando vsq; ad animi deliquiũ, & quæ in mittenda quantitate vniuersa semel vsque ad animi deliquium sint obseruãda. Ait enim eodẽ libr. de curandi ratione per sanguinis missionem: vbi, inquit multa euacuatione est opus, verum vires in iis sunt imbecilles, in his euacuationem partiri expedit, vti nimirum & me fecisse vidistis in iis, quibus crudorum inerat humorum copia. Nam pauculo sanguine detracto protinus mellicratum exhibeo probe coctum cum incidentium medicaminũ quopiã, instar hyssopo, origano, ac sic rursum sanguinem minuo, vel ipsum eodẽ nõnunquam die, interdũ postero, in quo rursum exhibito propositorũ medicamentorum quopiã, iterũ de sanguine quid aufero, ac rursum tertio die similiter bis. Et paulo post ostendit, quãdo semel, subito, ac simul facienda sit euacuatio, & ait; Cęterũ vbi feruescẽtis inest sanguinis plenitudo

Sanguinis missio quãdo partiẽda sit.

Quando semel & simul.

48

titudo, acutiſſimam accendens febrẽ, ſubito ac ſemel euacuare expedit, eamq; inanire tentãdũ vel ad animi deliquium vſq;, virium modo inſpecto robore. Et paulo poſt ſequens ait: Nam in quib. tibi ſanguinis feruẽtis copia apparet, quam otioſiſſime eos vacuare conator, priuſquã in principem aliquam partẽ ingruat. Et ſequẽs oſtendit, quando ad animi vſq; deliquium mittendus ſit ſanguis, atq; ſic itaque affectis ægrotis, vt diximus, expedit ad vſq; animi defectum ſanguinẽ educere. vtilem autẽ inquit, pulſum diminutioni animum aduertere, tangendo eos ſanguine etiamnum fluente, ſicut in aliis omnib. dum ſanguis mittitur, facere cõſueui: ne videlicet nobis nec opinãtibus pro animi deliquio mors occupet. quod ſane tribus eueniſſe medicis noui: vt proinde inquit ſatius ſit a tam copioſa vacuatione abſiſtere, niſi magna incubat neceſſitas. Quin addẽs, iuuamentũ partitionis & numeri detractionum, nõ ſolum in euacuatione, ſed in reuellendo ſanguinis miſſionẽ tanto reuellere efficacius tradit, quanto in majorẽ numerum auctæ fuerint detractiones. ait etenim: Quin & reuulſionẽ nõ leue & ipſam auxilium, quæ ſæpe ſecta adhibetur vena. Quanto enim majorem in numerũ particulares auxeris detractiones, tãto efficaciorẽ effeceris quinimo, ne aliquid deeſſet præſcribendæ terminatæ quãtitati ſanguinis, terminũ. 2. morb. acut. adiecit, pſertim in euacuatione inflãmationũ ſed in-

Quãdo ad animi vſque deliquiũ inſtituẽda ſit.

Partitionis commodæ.

Reuulſio per miſſionem ſanguinis.

Miſſionis ſanguinis terminus.

quit, quod vacuandi ſanguinis terminum coloris mutationem poſuerit:deinceps eſt diſſerendū. Quidquid ergo ſanguis in plegmone cōtinetur,id caloris abundātia colore permutatur, reliquū autē in partibus omnibus ſimile manet.eam ob cauſam ſanguine,qui in totū ſpargitur corpus,pituitoſiore exſiſtente,rubicundior ſane erit,qui in eo,quod phlegmone obſidetur,latere cōtinetur.Quod ſi ſanguis in totū corpus diffuſus rubidus fuerit, is proculdubio qui ad phlegmonē eſt aduſtus aſſatuſq; in nigrum permutabitur, liuidus autem in ea, quę ſit a rubido ad nigrum tranſeunte,mediū obtinet. coloris igitur mutatio ſanguinis ex particula inflammata translationem ſufficiēter commonſtrat, virtutis tamen ſemper eſt habenda ratio, ſi ſanguinis tantumvacuare ꝓhibeat. ob id Hippocrates ponens, quando ſanguis ſit auferendus vſq; ad coloris,ſeu conſiſtentię mutationem,ait eouſque auferēdum eſſe,donec rubidior multo, vel pro puro liuidus fluxerit, nam vtrumque contingit.Hactenus de quantitate huius remedii. ſequitur, vt præſtituamus tempus applicandi hoc remedium. In febribus igitur obſeruanda erit febris declinatio, non autem hora matutina, vt quidam dixerunt. Sanguis enim, inquit Galenus,mittendus eſt quauis diei noctiſque hora modo reſpicias in febribus particulariū circuituū declinationē. & ibidē ponit, quæ obſeruanda ſit hora in morbis febre carentibus. In

Sanguis in phlegmone qualis ſit.

TEMPVS *miſſionis ſanguinis*

quibus,

quibus, inquit, aut ob oculorum lippitudinẽ, aut aliud simile citra febrem, hoc opus est auxilio, non declinationem omnino, non præsentis febris, sed magnitudinem aut doloris, aut totius affectus, in quo secta opus est vena, inspicere conuenit. Cum autem nihil huiusmodi aut vrgeat, aut prohibeat, præstat mane venam incidere, haud protinus ex somno excitis, verum circiter horam vnam iam antea vigilantibus. Et sequens addit, quando venæ sectio die eodem sit iteranda, & quando postero. Iteratæ, inquit, detractionis tempus, in quibus simpliciter vacuare conamur, eodem die esto. at in quibus reuellere, si vel duobus deinceps diebus fiat, melius fuerit. Sequitur locus, qui & ipse sane est obseruandus, quod, vt ait Gal. missio sanguinis non ex qualibet vena tantumdem valeat. ait enim: De venis quæsitũ est, multum nihil ne referat, quam quis secare venam volet (veluti omnes sectæ omnibus æque affectibus prosint) an sicut Hippocrati, ac prope medicorum clarissimo cuiq; visum est, multum intersit, hanc an illam incideris. Qua ratione 2. ad Glau. vbi de inflammatione agit: Si ad genu, inquit, fluxus deferatur, atque hoc subito plurimum attollatur: tibi vero totum corpus plenũ sanguine appareat, & valida laborantis vis, tempus autem anni sit ver, regio temperata, æger vero sit adolescens, aut iuuenis: is sanguinis euacuatione ex superioribus partibus indiget, oporteteque eius incidere, in

Quando venæ sectio eodem die iteranda sit, & quando postero.

Locus sectionis venæ.

cubito venam, aut ſcilicet interiorē, aut mediam. ſin vero aliqua pars ſuperior pateretur, per inferiora ſanguis eſt educendus. Semper enim fluxionis motū ad contraria trahere expedit. Sequuntur circumſtantiæ, quæ pro recte exercenda ſectione venę ſunt obſeruādę: & primum virtus ſane, quæ vt ait Hipp. valida eſſe debet. qua non exſiſtente valida, quæ incōmoda ſequūtur narrat Gal. 12. meth. Quippe medicus, inquit, quidam quinquagenarius, cum iam ſeptimam noctē ægrotaret, nec viribus admodum valentibus eſſet, dolore illi capitis vehementi in dextro potiſſimū tempore oborto, non exſpectans quod amicorum quiſpiam ad ſe veniret, ſibiipſi nocte venā incidit, itaq; dolor illi protinus conquieuit. cæterum longo tempore tum decolor, tum viribus imbecillis, tum exilis manſit, aliq; corpus eius deſiit (atrophiam græci vocant) ſic vt vix priſtinum habitum receperit. Quinimo 9. meth. tempus mittendi ſanguinē non attēdi debere in febribus, quo ad numerum dierum, ſed vni virium robori, quippe quod inquit ſi ſeruatum eſt, nō ſolum ſexto, ſeptimoue, ſed etiā ſequentibus dieb. ſanguis eſt mittēd9. Et hac ratione vel ſeptuagenariis ſanguinē mittēdum eſſe vult Galenus, ſi affectus iubet, dūmodo vires validæ ſint. qꝫ ex pulſu magno, & vehementi cum æqualitate deprehēdes, quanquā illud notandum ſit ait Galenus: ſanguinis tamē minus mittendū eſſe ſenibus, etſi

Circumſtātiæ.

Virium robur.

etsi robusti videantur, quam iuuenibus ætatis florentis. Sequitur ex circumstantiis ætas, de qua 4. acut. Gal. Nō senes, inquit, propter virtutis imbecillitatem, at certe pueri quanquā vitali facultate valeant: tamen neque ii sustinent sanguinis missionem. Promte enim eorum substantia tum propter humiditatē, tum propter temperati caliditatē euaporatur. Detractione igitur sanguinis non egent qui insitā naturalemq; habent vacuationem. Et 11. met. Puero qui quartum decimum annum hactenus non attigit, mitti sanguis non debet, quod cum calidi pueri & humidi sint, plurimū corporis substantiæ his quotidie defluat, ac digeratur, ita quod ex incidenda vena molliēdum nobis fuerat, id vltro nobis ex curati corporis natura præstatur. Et sequens ostendit in quib. corporibus decimum quartum ætatis annum excedentibus parum vel nihil sanguinis sit detrahendum. Et ait, quod si corpus decimū quartum annum excesserit, æstimandum est qualisnam eius natura sit, num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an contra: atq; ita in priori missionem sanguinis adhibebis, in secunda nequaquam. Sequitur vt aggrediamur secundum institutum vacuandi per medicamentum purgans, si prius illud notauerimus, vbi vtraque vacuatione indigebimus: ordinis etiam habendam esse rationem, quo scilicet prius, & posterius vtaris. quod lib. de dign. & med. Gale. hunc in modum expressit.

Ætas.

Sanguinis missio debet præcedere purgationē.

Non oportet, inquit, ſimul venam ſecare, & purgare, verum prius ſanguinem detrahere, deinde virtutem pulcre refocillare, quoniam ipſa nos gubernat, & medicamētis auxiliatur. Huc pręterea accedit, quod vna cum ſanguine multum etiā de vitali ſpiritu excernitur, quo excreto refrigeſcit totum corpus, &opera naturalia deterius obeuntur. Ea propter virtutē prius refocillare oportet, deinde medicamentum purgās exhibere. Et paulo poſt rationem reddit huius ordinis: Quoniam, inquit, vbi quatuor humores abūdabunt, potius vena incidenda eſt ante purgationem, quam e cōtra. Quoniam, ſi per ſanguinis miſſionem corpus prius fuerit vacuatum, purgans medicamentum exhibitū venas, & arterias, & inanes corporis regiones inuenit non oppletas, quo fit vt abſque impedimento in totum corpus manet ad attrahendum ſuccos, facilimeque fiet eorum vacuatio, propter vaſorum ſpatia, &incisionem, tenuitatemque ſuccorum. Nam, ſi vaſa ſanguine repleta ſint, & purgatiuum dederis, non poterit propter plenitudinem in corpus deferri, vnde fit vt ſubſtet, & nihil efficiat, aut ſi quidquam facit, male faciat. Sequitur euacuatio per medicamentū purgans, quę ſane a quib. indicari debeat, narrat Gal. 4. met. medendi. Poſtquam enim poſuit ea, quæ indicant ſanguinis miſſionem, eaque non eſſe ſanguinis redundantiam, ſed morbi magnitudinem, ac virium robur, paulo inferius ait: Ad eundem

eundem modum nec purgatio in sola vitiosi succi abundantia conuenienter suscipitur, sed sicut missio sanguinis, vel propter ipsius abundantiam, vel propter morbi magnitudinẽ: ita purgatio & propter abundantiam alterius cuiusque succi, & propter vim morbi adhibetur. Ac de sanguinis missione tũ in alio libro egimus, tum vero in sequentibus agemus, de purgatione in hoc libro disseram. Desiderant enim ægri hanc non modo, vt quod noxiũ superuacuum, quo vrgentur, educant, sed etiam vt quod tum ad diuersum trahat, tum vacuet. Atque ob eam rem Hippocrates, tum in reliquis omnibus operibus, tũ in eo quod de vlceribus prodidit, etiam morbi magnitudinẽ ad purgationis indicationem considerat, purgatio, inquiens, per áluum plurimis vlcerum prodest: præterea vulnerib. quæ in capite sunt accepta: item quæ in vẽtre, & articulis: ad hæc iis, in quib. ossi caries impendet: præterea quę suuntur, & quæ exeduntur, & herpetibus, & reliquis, quæ diuturna vlcera reddunt, & quæcunq; deliganda sunt, per aluũ purganda sunt. His verbis clare docuit, vlceribus omnibus, & vulneribus, quoties præualida sunt, purgationem esse vtilem. Cum enim trifariam nõ hæc modo vitia, verumetiam omnia reliqua grauia, magnaque reddantur: nempe vel propter afflictæ partis pręstãtiam, vel propter affectus magnitudinem, vel propterea quod sunt cacoethe: cuiusque horum videtur Hippocra-

Quanam indicẽt purgationem.

Vulneribus & vlcerib. purgatio vtilis.

tes mentionem fecisse;vtique in capitis, ventrisque vulneribus præstantiam læsæ indicans partis. Ventrem autem hoc loco nō solum inferiorem intelligendum esse, sed etiam superiorem, patere cuiuis arbitror. Et per longum processum discurrens, quomodo morbi isti ab Hippocrate enumerati magni sint, concludit. Quare in omnibus his non sine ratione purgare per aluum iubet. Et quibusdam interiectis ait. Hinc, inquit, illud docere volo, tum ipsam morbi siue vim, seu magnitudinem appellare velis, pro indicatione quadam sanguinis detrahendi, vel purgationis adhibendæ statuendam esse: tum vero Hippocratem hanc omnium, quos nouimus primum indicationem adinuenisse. Nam cum triplici genere morbus quisque sit grauis, aut propter præcellentiam partis, aut propter affectus magnitudinem, aut propter ipsius cacoethiam: omnium horum meminit Hippocrates, vbi de purgatione egit. Ad hunc enim modum confert purgatio: quia si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt: contraria vero grauiter. Atque hoc est illud, cur purgatio sanis corporibus sit molestissima. quod & Gal. libro quos purgare conueniat, expressit. Qui, inquit, sano corpore sunt, si purgentur, molestias sentiunt. Nam & vertigines, & tormina patiuntur ægreq; purgatio succedit, & cum hoc etiam celeriter exsoluuntur. Causa autem horum omnium medicamen-

Quilibet morbus tripliciter fit grauis & magnus.

Purgatio sanis corporibus molesta est.

dicamentum eſt, quod cum ſibi obnoxium humorem educere cupiat, nec ipſum reperiat, ſanguinem & carnes colliquat, vt ex eis quod ſuum eſt eliciat. Quando autem vitioſi humores purgante medicamento ſint vacuandi, libr. quos purg. docet. quo in loco ait: Poſtquam locutus fuit de humoribus turgidis & concitatis, cum vehementi motu agitantur, modo ab vno loco ad aliud confluentes inter principia morbi hominem vexant, doloresque ac titillationes afferendo, ægrum quieſcere non permittunt. Hos ergo, inquit humores euacuare conuenit in motu, agitatione, & fluxu poſitos. Et ſequens docet, quando cauenda ſit purgatio: & ait: Qui vero aliqua in parte corporis conſederunt, neque vllo alio auxilio, neque medicamento prius vacuandi ſunt, quam concocti fuerint: tunc enim & naturam euacuationi adiutricem habebimus. Hæc enim ſimul atque concoxit humores, excernere, atque ſuperflua reſecare conſpicitur. Quo tempore indicatio quoq; morbi, quam criſin appellant, celebratur. Tempus autem anni incommodum purgationi expreſſit Galenus eo in loco, ſub cane, & ante canem, quod exuſta natura non ferat purgantium medicamentorum acrimoniam, & purgatio praua fiat, cum calor aeris ambientis partem trahat extrinſecam contrariam ei, ad quam medicina ducit humores. Locus autem purgandi cõmodus, æſtate per ſuperiora,

Quinam humores purgandi ſint.

Purgatio quando cauenda ſit.

Tẽpus purgationi cõmodum.

Locus purgationi cõmodus.

hyeme per inferiora. Sed de his ſuo loco vberius agemus: cum hæc dicta Galeni hic ſimul collegerimus tanquam materiam futurã eorum, quæ ex mente Galeni interpretaturi ſumus.

IO. PAVLI PERNVMIA PATAVINI.

De Curatione cauſæ antecedentis.

LIBER QVARTVS.

HACTENVS dictũ ſit de arte curandi in vniuerſali, ac de inſtrumentis artis medicæ, quib. ars illa curandi perfici poteſt. Sequitur, vt artẽ illã ad vſum applicemus ſingulorum affectuum quarumcunq; partiũ corporis humani. Quod vt clarius fiat, & vt res a ſuis principiis videatur orta, hinc exordiẽdũ eſſe putamus. Quidquid in nobis conſiſtit aut eſt pars corporis, aut in corpore cõtinetur, aut functiones ſunt ex corpore proficiſcentes, aut excremẽta corporis: quorum cuiuſque naturalis ſtatus, ſicuti ſanitas eſt, & conſtitutio ſecundum naturam: ita vitium cuiuſque, & de naturali ſtatu lapſus, affectus

affectus est, & constitutio præter naturã, quãquam non eodem modo: nimirum quod partium corporis vitiosa constitutio (quod primum & per se functiones euertat) proprie morbus eorum, quæ continentur morbi causa: functionum vero atque excremẽtorũ vitium symptoma est dicendum. Horum sane omnium constitutiones præter naturam, quæ arte pristinæ suæ sanitati restitui possint, nõ omnimodo assequemur, si prius illud prenotatum fuerit, ex his tribus, nempe morbo, causa, symptomate, symptomatum nullam esse curationem: & hoc quod ad remotionem causarum, & morborum statim desinant, nisi talia sint, vt trahant ad se curam. Sed tunc rationẽ aut morbi, aut causæ cum subeant, curatione morborum & causarum remouentur. Quapropter sequitur, vt de curatione duntaxat aliorum duum generum sit agendum. Quoniã vero morbos partis corporis humani, cũ recentes abhuc sunt, ita vt nulla adhuc firma, stabilique constitutione inhæreant, etiam ꝙ causæ tollantur, curare nõ licet, nisi prius causa, dein genitus affectus summoueatur: & hoc vt ablata causa, nihil deinceps eius repullulare possit. Quapropter a curatione contentorum exordiemur. Hæc autem contenta, cum duplicem rationem ad morbum habere possint, vel morbo proxime adhærescere, & connexa esse, & hoc, modo causæ cõtinentis, vel morbum fouere, & continentem efficere,

Morbus.

Morbi causa.

Symptoma.

Symptomatum nulla est curatio.

ac mouere: vnde antecedentis causæ nomen desumsit. cumq; continens ex antecedẽte nascatur, sequitur vt prius a curatione causæ antecedentis exordiamur. (Nam causarum euidentium nulla est artificiosa curatio, nisi quod si morbo similes sunt, remouẽdæ sunt, aut alterandæ ad qualitatẽ contrariã; aut si eas morbo cõtrarias reperimus, illas nõ remouemus, sed quales sunt, tales etiã persistere iubemus.) Igitur contentorum constitutio naturalis, cũ penes tria potissimũ exsistat; penes permanẽtiam in suo loco a natura sibi deputato; penes qualitatem, & quantitatem: sequitur etiam q̃ tria summa vitiorum genera reperiẽtur, quoties vel loci, vel qualitatũ, vel quantitatis modum a natura sibi statutum non obtinebunt: vnde etiam orta fuerunt tria summa remediorum genera, auersio, alteratio, euacuatio. quorum singulum qua arte administrandum sit, non incommode assequemur, si prius quid sit vnumquodque percurremus: incipientes ab eo remedii genere, quod contentorum exagitationem, & præcipitem motũ rerum exagitationem, & præcipitem motũ rerum aspicit, auersionis nomine appellari solet. AVERSIO porro est TRACTIO humoris de vno loco ad alium locũ oppositũ; & ꝓcul ab affecta sede exsistentẽ, recte & conuẽniter facta, vt locus affect⁹ tutus esse possit. Igitur autem dicitur auersionem esse tractionem humoris de vno loco ad alium, quod mutatio localis sit vniuersale genus, quod de attractione, repulsione,

Causa antecedens.

Causarum euidentium nulla est artificiosa curatio.

Contentorũ naturalis constitutio consistit in tribus.

Auersio.

pulſione, deriuatione, & auerſione dicitur. Et quod ſequitur; DE VNO LOCO ad alium locum oppoſitum, facit differre auerſionem a repulſione: quod repulſio a loco affecto fiat verſus alias partes: auerſio autem fiat in loco oppoſito ipſi loco affecto. Et quod ſequitur; PROCVL ab affecta ſede exſiſtentem, facit differre auerſionem a deriuatione, quæ trahit a loco affecto ad alium locum affecto loco vicinum. quod poſtmodum additum fuit in definitione; ideo fieri auerſionem; VT LOCVS affectus tutus eſſe poſſit, notat cauſam finalem, propter quam inſtitutum fuit huius remedii genus: cum auerſio tutum reddat locū affectum duplici ratione: tum quod fluxionē ſiſtat, tum quod ab affecta parte prius putrem, & inquinatum humorē & ſanguinem, quā ex reliquo corpore benignū, atq; ſincerum detrahat: & hoc ratione directionis partē phlemone obſeſſam magis quam alias reſpicientis. qua ratione poſitū fuit in definitione RECTE, & conuenienter facta. quod quidem toties erit, quoties non ſola differentia localis oppoſita erit, ſed ſimul cum oppoſitione differentiarū localium aderit, venarum & fibrarū curſus rectus: nimirum q; vbi adeſt fibrarū rectitudo, expeditius etiā & plus ſanguinis ab his partib. expietur, in quas fibræ diriguntur, dum naturā habemus nobiſcū auxiliariā, rectis tractioni deſtinatis, quēadmodū in expellendo trāſuerſis expulſioni deſtinatis vti ſolet

Auerſionis & repulſionis differētia.

Auerſionis ab deriuatione differentia

Auerſio reddit locum affectū tutū duplici de cauſa.

amplius ipsorum humorum rectitudo conueniens est. Nam esto, quod venę nihil traherent, humores tamen in recto fibrarum cursu melius auersioni cedunt, cum sponte per rectitudinem defluant, neq; in angulis hærere possint. Atq; hoc est illud, cur in pleuritide dextra non secemus latus sinistrum, sed dextrũ. Nam tametsi dextrũ sinistro, ratione differentiæ localis, oppositum sit: ratione tamen recti cursus ipsarum fibrarum, in recte & conuenienter auersione efficienda, requisiti, vt a loco affecto, & phlegmone occupato plus sanguinis, ac celerius, quã a cæteris partibus hauriatur: cum non sit oppositũ, nulla vena e dextro latere rectis fibris in sinistrum concedẽte, secamus latus dextrum, non autem sinistrũ: atq; eadem ratione fulciti, inflãmante crure dextro auertimus, secantes sinistrũ. Et hoc, ꝙ hic adsint simul associatæ & oppositio localis, & communis etiam, atq; directa venarum societas, per quam sinistrum crus incisum euocat e dextro. Quibus rationibus nixi, qui praxim exercẽt, partib. corporis humani laborãtibus, quæ supra clauiculas sunt, reuellere solent, incisione venæ humerariæ, si morbi iam præsentes sint: sin autem sint imminentes, sectione illius rami in manu, qui inter pollicẽ & indicem excurrit. Ex partibus vero, quæ inter clauiculas & renes, sectione interioris, & rami illius, qui inter annularẽ & minimum digitum porrigitur. Partibus vero vtrisque laborantibus

Pleuritis dextra.

Cruris dextri inflammatio.

Quæ vena in quibus morbis secãda.

rantibus, auertunt sectione venæ mediæ, ex vtrisq; vim obtinēte reuellendi, quod ex communibus exterioris, & interioris ramis ortum trahat, atq; ex partibus, quę subter renes sunt, reuellunt, secta poplitis vena, & in malleolo saphena. Renes vero, quia ancipites sunt, superioribus & inferioribus pariter iuuari poterunt. Atque hoc est illud, cur in morbis capitis ex pleuritide, tum interioribus, tum exterioribus, phrenitide, delirio, apoplexia, vertigine capitis vitio oborta, capitis dolore, oculorum, aurium inflammatione, parotidibus gingiuarum, dentium calidioribus affectibus, angina, reuulsio fiat, secta humeraria eiusdem lateris. In pulmonum autem inflammatione, sanguis reiectione per tussim, tabe, cordis palpitatione, aliisque huiusmodi vitiis reuellat secta vena interior cubiti sinistri. In pleuritide autem, tum interna, tum externa pectoris, diaphragmatis inflammatione, vlceribus sanguinem sputo fundentibus, inflā-mationibus quæ vel axillas, vel humeros male habeant, reuellat secta interior eiusdem lateris, modo inflammatio brachii flexum nō pertingat. Tunc enim, cum tutum non sit sectione proritare, secta manus reuellet, iecore inflammato, interior dextra reuellet: lieni succurret interior sinistra: in renum inflammatione ex inferioribus, vena vel in poplite, vel in malleolis: in vteri affectibus, si menses præter modum fluant, secta interior cubiti

Morbi capitis.

Gingiuarū affectus.

Pulmonum inflāmatio.

Pleuritis.

Iecoris inflāmatio.

Lienis & vteri affectus.

impetũ coercebit: quemadmodum & cucurbitulæ ſubter mãmas, vel etiam vmbilico affixæ: mẽſes vero ſuppreſſos inſtãte purgationis tẽpore, vena poplitis, aut malleoli inciſa mouebit. Vteri autẽ inflãmationem, ſi ſimul adſit plenitudo, ſecta interior cubiti reuellet, e qua fluxionis exordiũ ſumit: ſi ſine pleuritide erit, ſecta interior in poplite, aut in malleolo directa reuellet. fluxũ hæmorrhoidum ſiſtet ſecta cubiti vena: ſuppreſſionem vero ſecta in malleolo euocabit, inflãmationem vero vel podicis, vel partiũ obſcœnarum, vel veſicæ, vel inguinum, ſi aderit plenitudo comes, ſuperiorũ primo fiet inciſio: ſi plenitudo non aderit, ſatis erit inferiorũ ſectio. ſimilis eſt in crurũ inflãmatione ratio. Amplius volentes reuellere in intẽperie calida & humida cerebri ſanguinea dolorem cauſante, vtimur ſectione venæ cephalicæ lateris dolentis, prius tamen baſilicæ aut communis, ſi comes erit plenitudo: in eiuſdem intemperie calida & ſicca cauſante dolorem, auertunt ſectione venæ lateris eiuſdem, & pauci ſanguinis extractione, in intemperie autem frigida cerebri cauſante dolorem, auertunt deorſum pituitæ aſcendẽtis impetum tum purgatione, tum acribus balanis, & clyſteribus, tũ partiũ extremarũ vinculis doloriſicis, frictionib. validis & diuturnis ab omoplatis infernaverſus. in obſtructione cerebri a materia ſanguinea, a qua perueniat amiſſio ſenſus & mot⁹, auertet baſilica primum

Hæmorrhoidum fluxus. Suppreſſio. Podicis & partiũ vicinarũ inflãmatio.

Capitis dolor ex intẽperie calida & humida. Dolor capitis ex intemperie calida & ſicca. Ex intemperie cerebri frigida.

Cerebri obſtructio a materia ſanguinea.

B

mum, prę ſertim ſi adeſt plenitudo magna; dein cephalica, corporis totius frictiones, ligaturæ artuum dolorificæ, lotiones calidæ, cucurbitulæ primum lenes, deinde cum ſcarificatu in partibus infernis primũ, ſi adſit magna plenitudo. In obſtructione autem cerebri a materia pituitoſa, auertent enemata acria, reſpicientia caput, balani longæ digitos ſex, filo ligandę, vt retrahi poſſint, frictiones totius corporis, ligaturæ artuum doloroſæ, cucurbitulæ natibus, & lumbis affixæ, totius corporis frictiones, ligaturæ artuũ dolorificæ, ac etiã testium. Ad eundem modum in paralyſi auertẽt materiã defluentẽ ad ſpinalẽ medullã, clyſteres, ſternutatoria, errhina, apoplegmatiſmi, gargariſmata, præſertim poſt multas corporis vacuationes. Eodem modo in cõuulſione fiet auerſio materiæ ad inferna clyſteribus, & poſt totius euacuationem, frictionibus, errhinis, ſternutatoriis, gargariſmis, apoplegmatiſmis. Ad eundem modum epilepſię materia clyſteribus, balanis, frictionibus auertetur, purgatione per medicamentum purgans. In cerebri inflãmatione, veluti eſt phrenitis, auerſio fiet ſectione venæ cephalicæ: ſin autẽ fluenti materiæ aſſociata erit plenitudo, primũ vena cubiti interna, dein cephalica erit ſecãda. Amplius auerſio fiet medicamento purgante, ante etiã coctionẽ in hoc caſu, quod periculũ ſit, ne fiat abſolutũ eryſipelas, enemata, artuũ frictiones, ac ligaturæ ad articulos doloroſæ, cucurbitulæ

A materia pituitoſa.

Paralyſis.

Conuulſio.

Epilepſia.

Phrenitis.

quinetiã ceruicibus,& omoplatis affixæ.In intẽperie cordis a materia calida, a qua ꝓueniat tremor cordis,auerſio fiet materiæ ad partes ignobiles, ſectione venæ malleoli, frictionibus,ligaturis doloroſis partium extremarum, clyſteribus,cucurbitulis. In intemperie autẽ cordis frigida cum materia frigida, a qua itidem tremor cordis, frictiones auertent. In intemperie calida pectoris, aut pulmonum cum materia calida,a qua,exempli gratia,proueniat tuſſis,cum ob diſtantiam pulmonis, & aſperarũ arteriarum ab inteſtinis, & negatam viarum communitatem, medicamento purgãte materia calida difficile auerti & euacuari poſſit:cum Raſi, & Auic. materiã a capite fluxuram auertentibus, purgantibus & errhinis vtemur,&a purgatione abſtinebimus.Si eiuſdem intemperies ſit a materia frigida, eodem modo auerſio fiet. In obſtructione autẽ pulmonis aut pectoris, facta a materia pituito a craſſa: aqua proueniat difficultas anhelitus,& aſthma, auerſio itidem fiet errhinis, apophlegmatiſmis, & cæteris in catharro fieri ſolitis. In pectoris inflãmatione,quæ pleuritis appellatur, præter auerſionẽ materiæ facturæ phlegmones incrementũ, ſectione venæ cubiti internæ eiuſdẽ lateris,factã. Auertet etiã materia (præſertim ſi materia repat ad vẽtrẽ) medicamẽto nõ tamẽ valenter purgãte, prius tamẽ præparata. Eodẽ modo in peripneumonia.In ventriculi intẽperie frigida & humida, aut

Cordis intemperies a materia calida.
Tremor cordis
Tuſſis a materia calida
Tuſſis a materia frigida
Aſthma.
Pleuritis.
Peripneumonia.

aut intemperie calida, a qua ventriculi imbecillitas procedat, auersionem quasi instituemus, & fuga euidentium causarum, & earum remotione, quæ morbum augere possunt. In ventriculi vero inflammatione auersio fiet, sectione venæ cubiti internæ. In hepatis intẽperie calida, in hepatis obstructione, in eiusdẽ inflammatione, reuulsio fiet materiæ paratæ fluere ad hepar, tum sectione venæ internæ vel communis, tum ligaturis, frictionibus, cucurbitulis in artus ipsos impactis. At calida lienis intemperies, obstructio, inflammatio, auertetur venæ lienaris, aut eius, quæ inter minorem & annularem digitum, incisione. In renum obstructione & calculi præcautione retrahent pituitam genitam ad intestina, ne ad renes ruat, clysteres: in renum inflammatione fiet, vt ait Gal. in lib. de missione sanguinis, auersio materiæ fluentis, sectionæ venæ cruris e directo renis patientis: eius scilicet, quæ in poplite, aut certe quæ in malleolis est: aut si multitudo sanguinis comes aderit, vt ait Gal. & inflammatio recens, sectione venę ex cubito. At vteri obstructio, a qua mẽsium suppressio, auertetur frictione partium infernarum, cucurbitulis coxis internis ad venam poplitis affixis. Eiusdẽ inflammatio auertetur, sectione venæ superioris. In visione imbecilli auersio fiet ad partes infernas, aut posticas, vt capitis reuersi pexu multo occipitium versus, vt clysteribus, balanis, ligaturis, frictionibus, fo-

Ventriculi imbecillitas

Ventriculi inflammatio.

Hepatis affectus.

Lienis affectus.

Renum obstructio.

Calculi præcautio.

Renum inflammatio.

Mensium suppressio.

Vteri inflãmatio.

Visio imbecillis.

mento extremorum ex decocto capitali, apophlegmatiſmis, errhinis, cauterio poſt aures, vel in commiſſura coronali, cuius vlcus apertum diu tenendũ eſt, vel in collo ſetone (quẽ vocant) infixo, cutem colli forcipe apprehendendo, donec ſenſus tactus habeat: poſtea acu filum aliquod (craſſum habente perforando: vt in vulnere ablata acu filum maneat, ꝙ vlcus diu apertum ſeruet, ac per id materiæ multæ vacuationem moliatur. Diuinitus apud quoſdam practicos fili loco ablata acu annulũ aureum æqualiter apertum immittitur: poſtea ne excidat, eius extrema adducuntur; & identidem quotidie dimouetur, vt dolore & attritu materia trahatur, & vacuetur multa, mane & veſpere quotidie tergendo. Amplius poſt paſtus ſumendo ea, quæ vapores in caput ferri prohibent, vt panem toſtum, cidoniatũ. In ſuffuſione auerſio fiet præter vacuationes, acribus clyſteribus, & balanis, frictionibus, & fotibus per aquam calentẽ partiũ extremarũ, & earũ ligaturis doloroſis, & cauterio in coronali, aut prope aures, aut ſetone ceruicibus affixo e regione oculi affecti, & cucurbitulis primũ lenibus, deinde cũ ſcarificatu, manuũ clauſione ſæpe & diu, vt largius ſudẽt, & ſudoris terſione, omnia capitis & thoracis vitia materialia multum iuuante. In catarrho vero auerſione vtũtur frictionibus, ligaturis extremorũ, cucurbitulis in natib. & ſpatulis, errhinis in calida materia ex aqua violarũ, vel hordei,

Cauterium.

Suffuſio.

Catarrhus ex materia calida.

dei, quæ nares dilatent, vt viã dent liberã materiæ per has effluxuræ. In frigida vero materia errhinis ex aqua maioranæ, succo foliorũ & radicum betæ, decocto melãthii, & iis fortiore succo ireos & ciclamini: sternutamẽtis etiã ad nares trahentibus, quãquam amborũ vsus non sit tutus ante factam totius corporis vacuationem: cauterio etiam in commissura coronali imposito, materiã largã per vlcus semper apertum salubriter vacuante: vel apertione post aures. In hæmorrhagia e naribus, in auersione spes curationis omnis fere reposita, vt brachiorum & crurum ligaturis dolorificis, frictionibus, fotibus ex aqua calente, cucurbitulis, hypochondrio e regione naris sanguine fluentis appositis, & interscapulio sine scarificatione, vel sectione venę in id efficacissima. Ad fluoris impetum in contraria reuocandum, basilicę sane aut cephalicæ, aut communis lateris eiusdẽ. In cholera morbo, balneo ad cutim trahente, ligaturis dolorificis, & frictionibus, in fluxu hæmorrhoidum, sectione venæ basilicæ dextræ, & ei⁹ larga vacuatione, cucurbitulis hypochondrio dextro, interscapulio humero affixis, frictionibus, ligaturis, brachiorũ fotib. Sed hęc de eo remedii genere, ꝙ cõtentorũ motui præcipiti succurrere solet. Sequitur vt aggrediamur artẽ depellẽdi vitia causæ antecedentis penes qualitates oborta. Quoniã vero vitiũ penes qualitates obortum multiplex est, quoddã primas, quoddã

Hæmorrhagia e narib.

Cholera

Fluxus hæmorrhoidũ.

Affectus penes qualitates obortĩ sunt multiplices.

ſecundas qualitates reſpiciens:primas, veluti ſi humores nimis quã par ſit, ſint calfacti aut refrigerati,aut exſiccati, aut humecti : ſecundas,velut ſi nimis rari, tenues, acres,aut nimis denſi,lenti,craſſi:vnde plura remediorum genera ſunt orta, quæ huiuſmodi vitia penes qualitates immutare poſſint, & eas priſtinis ſuis qualitatibus reſtituere: calſactos quidem refrigeratio,frigidos calefactio,humectos exſiccatio,raros condenſatio,tenues incraſſatio, acres & nimis ſeparabiles illinitio & glutinoſatio frigida,denſos rarefactio, lentos abſterſio,craſſos vero emendabit inciſio. quorũ ſane omnium communiſſimum genus cum ſit ipſa alteratio:ſequitur igitur,vt ab alteratione exordium fiat. ALTERATIO eſt immutatio vnius ſtatus ad alterum ſtatũ ab alteranre factum,vt amiſſa contentorum qualitas priſtinę ſuæ qualitati reſtituatur. Ideo autem dicitur, eſſe immutationem vnius ſtatus ad alterum ſtatum,quod immutatio ſit cõmune genus tũ alterationis tũ generationis, auctionis & motionis ſecundũ locũ.Et quod ſequitur:Alterationẽ fieri ab alterante, notat cauſam effectiuam ipſius alterationis,& huiuſce determinatæ immutationis, cuius finis eſt introducere qualitates, quod poſtmodum declaratur per ea, quæ ſequuntur.Quod enim ait; vt amiſſa contentorum qualitas priſtinæ ſuæ qualitati reſtituatur,notat cauſam finalem, ratione cuius diſtinguitur a cæteris mutationem generibus

ALTERATIO.

Alterationis cauſa effectiua.

Alterationis cauſa finalis.

bus: nimirum, quod generatio & corruptio aliam substantiam in subiecto, quod immutat, inducat; auctio quantitatẽ: motio secundum locum alium locum; alteratio autem aliã qualitatem. Sed de alteratione in vniuersum hactenus, ex cuius cognitione non multo negotio deueniemus in cognitionem specierum alterationis penes primas qualitates. Nam si alterans qualitate calida erit insignitum, calidam qualitatem inducet; si frigida frigidam: si humida humidam: si sicca siccam. Sequitur, vt aggrediamur mutationes penes secũdas qualitates, incipientes ab ea alterationis specie, quæ raritatem emendat (condensatio appellatur) si prius tamen prænotatum fuerit, huiusmodi qualitates secũdas appellari eo, quod oriantur a primis: vel ob hoc, quod postquam primę operationes suas ediderunt, secundas postmodum producant: veluti calidum calfacit, postea aperit: frigidum vero infrigidat, postea condensat. CONDENSATIO est incrassatio rei raræ atque humidæ, facta a frigiditate moderata, & siccitate etiam astringẽte: vt id, quod rarum est, solidius fiat. Ideo autem dicitur, cõdensationem esse incrassationẽ, quod incrassatio sit proximum genus ipsius condensationis, per quod differt a rarefactione. Et quod sequit᷑, fieri a frigiditate, notat causam efficiẽtem ipsius condensationis. quoniam vero obstructio quoque species quædam erat cõdensationis & incrassationis, ob id, vt ab ea seiun-

Alterationis species.

Qualitates secundæ.

CONDENSATIO.

Condensationis & obstructionis differentia.

Frigiditas. geretur, additum fuit in definitione, frigiditatem, quæ eſt cauſa efficiẽs cõdenſationis, moderatam eſſe debere: & hoc, ꝙ quæ frigidiora ſunt, meatus obſtruant, & in ſuperficie dumtaxat condenſationẽ inducant, raritatemq; in profundis partibus relinquãt, dum nimia frigiditas, qualis eſt acerborum, ob ſubſtantiæ craſſitudinem penetrare nõ poteſt: nimia vero ſiccitas inane potius, quã ſolidum efficit, dũ nimis exaſperat, & proprium membrorũ humorem exhaurit. quare optime dictũ fuit cõdenſationem fieri a frigido moderato, ſicco, *Siccitas.* & aſtringente, qualis eſt hypociſtis, radix rubi, lentiſcus, acacia; non tamen ea, quæ prunis eſt adulterata. Et quod ſequitur: Condenſationẽ *Condenſationis finis.* fieri a frigido moderato, vt id, quod rarum eſt ſolidius fiat, notat cauſam finalem huius ſpeciei mutationis, differentem ab vſu aliarũ ſpecierum mutationis. Sequitur illinitio, & glutinoſatio, ſeu emplaſticatio. Nam incraſſatio, quæ tenuitatem emendat, eadem fere videtur *Incraſſatio.* eſſe cum condenſatione. EMPLASTICATIO eſt *Emplaſticatio.* incraſſatio materiæ male in ſe cohærentis, facta a moderato calore humiditati aſſociato, & materia craſſa, & tenaci, vt materia, quæ nimis ſeparabilis eſt, vniri poſſit. Illud primo non eſt *Emplaſticatio duplex eſt.* ignorandum, duplicem reperiri emplaſticationem: aliam quidem reſpicientem corporis partes: & huiuſmodi emplaſticatio, quæ poris corporis illinitur, tenaciter hærens: proprie appellatᷣ oppletio, ſiue obſtructio ipſorũ meatuum:

tuum:aliam vero humores respicientẽ,& hæc ꝓprie magis incrassatio appellari potest. Qua ratione in definitione positum fuit, emplasticationem esse incrassationem, ad differentiã abstersionis, quæ veluti quædã rarefactio est, & inanitio. Et quod sequitur: Emplasticationem fieri a moderato calore humiditati associato, notat causam efficientem ipsius emplasticationis. Ideo autem dictum fuit, calorem moderatum esse debere, quoniam si excederet, resolueret, nimis aperiret, & inaniret: quod oppositum est ipsius incrassationis: Notanter autem additum fuit: calorem moderatum humiditati associatum esse debere, quoniam siccitas exsiccando inaniret: humidum autem aereum, præsertim calori moderato associatum penetrationem adiuuans, est proxima causa emplasticandi: cuiusmodi est cera lythargyrium, oleum recẽs, amilum, gummi, chondrus, oriza. Quod autem sequitur: Emplasticationem fieri: vt materia, quæ nimis separabilis est, vnitatem acquirat, notat vsum emplasticationis. Sequitur rarefactio, quæ densitatem solet emendare. RAREFACTIO est attenuatio rei solidæ ac crassæ, facta a caliditate humida, vel saltim moderata, & substantiæ tenuis, vt id, quod solidum est & crassum, rarum fiat, tenue, & spongiosum. Ideo autem dictum fuit: Rarefactionem fieri a calido, non autem a frigido: & hoc quod calidi sit aperire, attenuare; & rarum efficere: frigidi vero astringere, & condensare.

Abstersio.

RAREFACTIO.

Caliditas intensa condensat.

Quod autem sequitur: Caliditatem humidā, vel moderatā esse debere:eo pertinet, vt notetur,non cuiusque caliditatis esse rarefacere, cum caliditas intēsa adurens, per adustionem potius condenset & astringat, quam quod rarefaciat:sicuti patet in rebus assatis,& torrefactis. At si caliditas moderata sit,aperit sibi vias, & quod obstat ingressui,mediocriter per halitum discutit:velut est aer balnei, & continentis tēperatæ caliditatis,& aqua tepida.Et quod sequitur: Calidum substantiæ tenuis esse debere,eo pertinet,vt notet calidū crassum non posse perfecte aperire, cum ratione crassitiei ad fundum ipsius rei aperiendæ penetrare nō possit,sicuti facit id,quod tenue est. Sequitur abstersio, qua mediante humorum lentorem solemus emendare. ABSTERSIO est rarefactio, ac veluti inanitio quædam locorum oppletorū, facta a virtute exsiccatiua tenuis substantiæ,aut cum caliditate, aut frigiditate non excedentibus associata, vt id, quod nimis est vnitum,separabile fiat.Ideo autē dicitur: Abstersionem esse rarefactionem, ad differentiā emplasticationis,quę veluti quædam incrassatio exsistit:abstersio autem veluti quædam rarefactio esse videtur; cum sit veluti quædam a sordib. expurgatio.Et quod sequitur: Abstersionē fieri a virtute exsiccatiua, notat causam efficientem ipsius abstersionis, modo non ita valide exsiccet,aut multum astringat: nimirū quod multa astrictio meat⁹ coarctaret excremento-

Moderata aperit.

ABSTERSIO.

B

Abstersionis causa efficiens.

mentorum,& impediret exitum. Qua ratione additum fuit; exſiccationem cum tenuitate ſubſtantiæ eſſe aſſociandam, ne craſſitudo tranſitum & exitum impediat. Et quod ſequitur: Virtutem exſiccatiuam tenuis ſubſtantiæ, aut cum caliditate, aut cũ frigiditate aſſociatã eſſe poſſe, notat eſſentiale eſſe ipſius poteſtatis exſiccatiuæ tenuis abſtergere, ſeu modo cum caliditate, aut cũ frigiditate ſit aſſociata. Qua ratione videmus hordeum, farinam fabarum, furfures, ſuccum limonum, quæ frigida ſunt, abſtergere: eundemq; effectum produci a nitro, ſapone, & omnibus amaris, & ſalſis: quinimmo ab aliquibus moderate acribus dulcedini admixtis, veluti eſt mel, & ſaccharũ, quæ calida ſunt. Notanter autem additũ fuit, vim exſiccandi aut cum caliditate, aut cũ frigiditate, quę moderatæ ſint, eſſe aſſociatam: & hoc, quoniam, ſi caliditas nimia eſſet, ac intenſa, attraherentur nouæ materiæ: ſi vero frigiditas eſſet multa, obſtruerẽtur meatus. Quod poſtmodum ſequitur: Abſterſionem fieri, vt id, quod nimis cohæret, ſeparabile fiat, notat vſum ipſius abſterſionis differentem ab vſu ipſius emplaſticationis. Sequitur inciſio, qua mediante nimia craſſitudo ſolet emẽdari. INCISIO eſt diuiſio facta a calido intenſo, ſaltim vſque ad tertium gradum tenui ſubſtantiæ aſſociato, vt id, quod craſſum eſt, euadat tenue. Ideo autem dicitur, inciſionem fieri a calido, quod diuiſio, & penetratio ſint propriæ ipſius

Abſterſionis eſſentiale.

Abſterſionis vſus.

INCISIO.

caloris.Et quod sequitur:Huiusmodi calidita-
tem intensam esse debere,ad id tendit: vt no-
tet ea duntaxat, quæ frigida sunt & crassa, in-
cisione indigere. Vt autem facile penetrare
possit,additum fuit; huiusmodi caliditatẽ in-
tensam in substantia tenui fundari debere;ve-
luti est anisum, ammi, carum, fœniculum,se-
seli,cassia odorata,cinnamomũ, piper, gingi-
ber,& huiusmodi.Incrassatio vero,quę est op-
posita ipsi attenuationi,ab opposita causa fiet:
a frigidis sane crassarum partium, veluti sunt
malicorium, balaustium, galla. Sed hæc de
vitiis,& modis,quibus remoueri possunt vitia
contẽtorum,penes qualitates oborta. Sequi-
tur vt ostendamus, quomodo practici his ra-
tionibus,& fundamẽtis innixi, & veluti prin-
cipiis quibusdam directi praxim exerceant.
Qua ratione videntes bilem, vbi in qualitate
vitia contraxit,peccare caliditate, & feruẽtia,
acrimonia,& tenuitate, vnde huc illucq; mo-
mento, & repente, modo in caput,modo in
aliud membrum rapi: pro alterãdis huiusmo-
di qualitatibus vtuntur refrigerãtibus, & em-
plasticãtibus,vt materia incrassata, & acrimo-
nia,& tenuitas aliquo modo obtusæ,non tam
repente huc illucque moueri possint: idque
præsertim si adsit cum peccato humoris sym-
ptoma aliquod associatum : quemadmo-
dum si ex eius raptu ad caput causaretur
phrenitis. Atque hoc est illud, cur pro tol-
lenda calida, & sicca cerebri intemperie caus-
sante

Incrassatio.

Bilis vitia.

Bilis caliditas & feruor quomodo obtundatur

Phrenitis biliosa.

Capitis dolor ex intẽperie calida & sicca.

ſante dolorem, refrigerantibus, & humectãtibus vtantur, exhibentes potum aquę. aut vini aquoſi, & aqua multa diluti, aut pomatii, piratii, imbecillis, fructus crudos, poma, pira acida, lactucã, portulacã, intiba, oxaliden, ſpinachiã, lac, caſeum recentem, aphrogalacten, panem lotum, vel hordeaceũ, piſces, aut partes animalium neruoſas: aerem frigidũ, & humidum: qualem machinari docet Galenus 9. & 10. meth. calidis omnib. prohibitis: & in cubiculum illatis liquoribus, & refrigerãtibus, & humectantibus plantis, quietẽ, ſomnũ longiorem, animi tranquillitatẽ, fugam iræ, curarum, mœroris, ſtudiorũ, & amorum. Et in catharro a calida materia, refrigerante vtuntur diæta, vitando auſtrũ, affectus animi calidos, & inflammantes, cibos calidos, vegetos odores, & iubentes dormitionem in ventrẽ magis, vt catarrhus in nares fluat. Ad eundẽ modum in cerebri inflãmatione illa, quæ phrenitis appellatur; iubent victus rationẽ refrigerantem, & aſtringentem, vt humores denſati, & coacti, in caput ægrius confluant, & tenuem victus rationẽ, cuiuſmodi eſt aqua hordei ptiſana colata, & non colata, ſeu tota vt iubet Hip. lib. de ratione victus in morbis acutis: cremorem alicæ, vel hordei farinam cũ aqua coctam; ad dentes ad aſtringendũ granatorũ, limonum, aranciorũ, citreorum, cidoniorũ ſucco, aut omphacio, aut aceto, aut ſimili: aerẽ ſi frigid⁹ natura nõ eſt, arte parãtes, ve-

Aer frigidus & humidus quomodo inducẽdus?

Catarrhus a materia calida.

Phrenitis.

luti aqua rosarũ, aceto, & aliis superius enarratis. Ad eundem modum in intemperie cordis calida, a qua, exempli gratia, proueniat tremor cordis, cibum exhibent refrigeratũ oxalide, aceto, omphacio, succo aranciorũ, citriorum, limonum Auic. laudatorum in febribus acutis. Pro potu, hordei decocto, vitando vinum, præsertim generosum, vel si aliqua circumstantiarũ vinũ postulet, aqua diluatur: aut bibant decoctum coriãdri præparati cum iulep violato, aut rosato; atque in cæteris eodem modo sumendis, admouendis, educendis, faciendis, contra causæ qualitates semper pugnantes. Ad eundẽ modũ in intẽperie pectoris aut pulmonis, a qua proueniat tussis; & intẽperie ventriculi calida & eius inflammatione, atque intemperie hepatis calida. In inflãmatione vero iecoris victum non solũ frigidum, sed stipticum etiã & repellentem materiam ad hepar fluentẽ, & fluxurã prohibentem, astrictis hepatis poris & meatibus angustis, sed mitiorem, ne viis hepatis contractis obstructio in eo excitetur; aut nimis refrigerando, ex phlegmone scyrrhus efficiatur, aut sanies ex phlegmone hepatis prohibeatur; ob id vtrisque satisfacientes, & vitio, & membro, exhibent clementer frigida, & stiptica, hisq; admiscent, quæ modice aperiunt, & tergent; veluti syrupũ rosatum ex hepatica, ex euaporatorio, ex succo oxalidis, cidoniorũ cum aqua solani, intibi, oxalidis, foliorũ & radicum plantaginis

Cordis tremor ab intemperie calida.

Tussis.

Ventriculi intemperies calida & inflammatio.

Iecoris inflammatio

Astringentia & aperientia atque tergentia.

taginis, quæ refrigerat, siccat, astringit sanguinis profluuia; & si quid aduratur refrigerat, addita aqua cichorii, adianti albi, quæ etiã aperit, & terget. Ad eundem modum in intemperie lienis calida, & lienis inflammatione, eandem administrant viuendi rationem, velut in intemperie calida, & inflammatione iecoris. Ad eundem modum in renum intemperie calida, & eorum inflammatione: atque in vteri calida intemperie, a qua proueniat suppressio, & in vteri inflammatione. Sed hæc de modis, & materiis, quibus vitia extra qualitates bilis oborta emendari solent. Parum ab hoc viuendi genere & modo differt modus viuendi in morbis, vbi peccet sanguis, veluti fieri solet in cephalalgia sanguinea, vbi victus rationem refrigerantem, sed siccantem exhibere solent, veluti cibũ, panem lotum, hordeaceum, miliaceum, pisces friabiles, fructus austeros, olera intiba, cichoreum, lapathũ, portulacã, cucumer. cucurbitã: eodem modo aerem iubentes aquilonem spectare, & refrigerari floribus, & foliis salicum, vitium, iuncorum, arundinum per aeream sparsis, vt 9. & 10. meth. turbam hominum ingredi prohibentes, quæ inspiratu aerẽ non calfacit solum, sed etiam inficit: condimentum ex omphacio, aceto, succo arancio-rum, aut limonum, aut citreorum, aut oxalidis: potu aquæ pluuiæ, aut cum hordeo coctę; aut si vel imbecillitas, vel cõsuetudo vel mor-

Lienis intẽperies calida & inflãmatio.

Renum intẽperies.

Vteri inflãmatio.

Sanguinis vitia.

Cephalalgia sanguinea.

bi paucitas vinum postulet, oligophorum, imbecille, & aquosum, & his omnibus actu frigidis, vt 7. metho. Gal. tradit, nisi ventriculi frigiditas obsistat: quietem corporis, & animi somnum parciorem. Venerē nullam, nec irā, nec furorem. Si præter caliditatem ipsius sanguinis adsit simul cū caliditate nimia raritas, ratione cuius facilis sit admotum, & ab inuicē separari, & ad aliquod membrū lęsum defluere: tum viuendi ratione non solum refrigerāte, & humectante, sed etiam astringendi vim habente vtuntur; quemadmodum in phrenitide contingit, in qua cibū exhibent, cremorem alicæ, vel farinā hordei cum aqua coctā, addito succo granatorū, limonum, aranciorū, citreorū, cidoniorū, aut aceto, aut omphacio, aut simili, quib. humor densatus, & coactus in caput ægrius confluat. Aerē eadē ratione, si frigidus natura non est, industria refrigerant, & humectant aqua rosarum, aceto, cāphura, foliis vitis, rubi, salicis, nimphææ, violarū. Ad eundem modū influxione, veluti in hæmorrhagia e naribus, refrigerantem, & simul vim astringendi vias habentem, viuēdi rationem, astringendi scilicet vias, per quas fertur sanguis, veluti cibum glutinosum; pedes scilicet & capita vituli, veruecis, & aliorum animaliū, paratum succis superius enarratis, habentibus vim astringendi, caseum recentem pinguem, oua dura, quæ paucū, & crassum gignant sanguinem, præsertim parte alba, aquam chaly-

Phrenitis.

Aerem frigidum reddentia.

Hæmorrhagia e narib.

Oua dura.

beatam

beatam potui mixtã, & obſonia in cadẽ aqua decocta: aerem paratum eodem modo, quo in phrenitide: quietem & corporis & animi, quod vtriuſque motus humores exagitet ad fluendum. Ad eundem modum in ſputo ſanguinis, exhibentes viuendi rationem, habentem vim complicatam plurimarum qualitatum ſimul, veluti refrigerantẽ, ſiccantẽ, aſtringentem, & etiam emplaſticã, ſeu glutinoſam: quemadmodum pro cibo, lac coctum, cũ farina hordei, aut amilo inſperſis malorum punicorum granis, panibus azymis, piſcibus glutinoſis, anguilla, ciprino, tinca, extremitatibus animalium, & aliis partibus neruoſis, cartilaginoſis, caſeo recenti, lacte acido, milio panico, oriza, aqua ferrata, ſeu chalybeata, per ſe, aut cum iulep roſato: aere eodem modo quo ſupra parato; quiete corporis & animi, ſilentio, & ſomno fluxiones prohibente. In cholera morbo acuto, victus ratione varia, aere calido, frigido, temperato, parũ luminoſo, quod lumen, & calor humores exagitet, & ſpiritus reſoluat: tenebræ contra ſedent, & quietos reddant: frigus vero quanquã ſpiritum reſolui prohibeat, quia tamẽ materias intro ad vẽtriculum ex corporis habitu protrudit, noxiũ eſt, odoribus bonis ſpiritus nutrientes, & inſtaurantes, cibo pauco, coctu facili. In fluxu hæmorrhoidum, victus ratione frigida, & aſtringente, & emendante ſanguinis vitium, veluti omphacio, ſucco rhois, roſarum,

Sputum ſanguinis.

Cholera.

Hæmorrhoidum fluxus.

cidoniorum, & ex iis ac similibus syrupū conficientes. Sed hactenus de iis, quibus vitia sanguinis emendari solent. Sequitur humor pituitosus, qui frigidus cum sit, solet etiā acquirere crassitudinem, lentorem, seu glutinositatem, & adhærentiam talem, vt tarda cum fiat, ratione harū qualitatū ipsi expulsioni, his quatuor vt plurimum indigere videtur; calfactione, exsiccatione, attenuatione, abstersione & incisione. Atq; hoc est illud, cur practici in tēperie cerebri frigida & humida, subeant talē victus rationem: veluti panem fermentatū & salsum, anisatum, & melanthiatū, vel aromatatum, vel saccharatum, vel biscoctum: carnes animalium musculosas, & natura non excrementosorū, & præter hæc probe exercitorū, assas, & sumtas cum sinapio, vel simili viribus condimēto: oleribus, apio, saluia, hyssopo, satureia, thymo, maiorana: aromatū catalogo, vinum generosum calentibus herbis medicatum, aut aromatibus, sed parum, præsertim purgato iam corpore: omniaq; hæc alimenta pauca & rara esse volunt: & hoc, ꝙ inedia etiā huic causæ salubris sit, nedum victus iste tenuis & tenuans: Atq; ad huius similitudinem aerem quoque eligunt æstiuum, calfacientem scilicet & siccantem: etsi est hyems, eum calfaciunt & siccant igne luculento, & suffitu aromatū: vt cinamomi, garyophyllorum, cortice citri, maiorana, rore marino, sauia, stœchade, & aliorū similiter calidorum & siccorū: mo-

Pituitæ vitia.

Cerebri intēperies humida & frigida,

tum

tum celerem, robustum, vehementem totius corporis, ieiuni præsertim: aere calido & sicco, veluti 2. san. tuend: vigilias, irã, curas, mœrorem, & similes animi affectus corpus omnino siccantes, & sæpe calfacientes, si nõ per se, per aliud tamen. Ad eundem modũ & in catharro a causa frigida, septentrionem fugere iubentes, somnum longiorem, & supino corpore dormitionem: quod in catarrho in vẽtrem magis sit dormiendum, vt catarrhus in nares fluat, quod est commune catarrho, tum ex materia frigida, tum calida, ex apta corporis figura remedium. Ad eundem modum, in obstructione cerebri a materia pituitosa, in qua prodeat apoplexia, & in paralysi, eandem victus rationem calfacientem & siccantem, & aerem, & reliqua sumenda, admouenda, educenda, facienda, facultatem naturalem calfaciendi & siccandi sortita. Ad eundem modum in conuulsione: Ad eundem modum in epilepsia cibum exhibent calfacientem & siccantẽ, modo paucus sit, nec vaporosus: præsertim cœnã, quod ex multo alimento vapor multus tollatur, qui accessionem epilepticam, & alia capitis vitia accersat, vitando herbas frigidas & humidas, sumendo calidas, saluiam, maioranam, & præ aliis hyssopum: qua sola decocta, cibis largiter mixta, testatur Serapio se multos curasse. vinum vitãdo, aerem eodem modo calfaciunt & siccant Cariophylis, cortice citri, igne luculento, & similibus: cauentes semper

Catarrhus a causa frigida.

Apoplexia.
Paralysis.

Epilepsia.

Tremor cordis ab intẽperie frigida.

ne caput repleat, aut materiã exagitet. Ad eundẽ modum in intemperie cordis frigida, a qua tremor enascatur: illud tamen aduertẽtes, in affectibus cordis, aeris præcipuam esse habendam rationem, vt qui inspiratus ad cor mox penetret, citoq; iuuet vel noceat. Ob id alterant aerem rore marino, maiorana, origano, ambra, moscho, & similiter calidis odoramentis: eodem modo reliqua iubentes. Ad eundem modum in intemperie pectoris, aut pulmonis frigida, a qua tussis proueniat. Et in obstructione pectoris, aut pulmonum a materia pituitosa, a qua difficultas anhelitus, & asthma, eandem viuendi rationem calfacientem & siccantem & in intẽperie vẽtriculi frigida & humida, a qua ventriculi imbecillitas procedat, alimenta iubẽtes delicata, coctu facilia, parũ humida, coctioni prospicientes exercitatione, somno, taciturnitate, & silẽtio, & admotis calorificis siccantibus. Ad eundem modum in intemperie hepatis frigida & humida, a qua imbecillitas, & hydrops. Et in hydrope sane & ascite, alimenta pipere condiũt gariophyllis & similibus aromatis, paucaq; exhibent cibaria (si vires valent) vt calor natiuus aquas illas interea resoluat; vinum albũ sed paucum vinosum tamẽ, nisi fuerit a causa calida aqua semper est fugiẽda. In tympanite eadem victus ratione calida sicca, sed præter hęc flatus resoluẽte, & fuga eorũ omniũ quę flat⁹ gignunt.

Tussis ab intemperie pectoris aut pulmonis frigida.

Asthma.

Ventriculi imbecillitas

Hydrops.

Ascites.

B

gignunt. Ad alimẽti similitudinem aerem eligunt calidum & siccum, natura partis anni, aut industria ignibus luculẽtis: & suffitibus aromatum, exercitationem & vigiliam largiorem, quiete & somno magis salubrẽ, nisi magna ex tumore spirandi difficultas prohibeat. Ad eundem modum in hepatis obstructione victus ratione tenuem & attenuantem, præsertim vbi multus & crudus est succus, post coctionem vinum album tenue, cappares, radices petroselini, cichorei, apii, fœniculi, fugã vinorum crassorum & dulcium omnium, & acerborũ, & crudorum, & cæterorũ crassum & lentum succum gignentium: somni item diurni, præsertim mox a cibo, & diuturni. Ad eundem modum in intemperie frigida lienis: & obstructione: & in renum intemperie frigida, ad quã renũ sequitur obstructio, & calculus, cibos exhibent euchymos, & parcius quam pro appetentia, vitando ea omnia, quæ pituitam calculi materiã in corpore augent, qualia sunt alimẽta crassa, frigida, lenta, & caseum omnẽ, pręsertim glutinosiorẽ, aues aquaticas, partes animalium pingues & albas, vt extremitates, præsertim intestina, cibũ largiorẽ, venerem, somnum, laborẽ, & huiusmodi. Ad eundem modum in vteri intemperie frigida, a qua proueniat mensium suppressio, & vteri obstructio. Ad eundem modum in appetentia immoderata a pituita multa frigida acida, victus ratione calida sicca omnibus

Epatis obstructio.

Lienis intẽperies frigida & obstructio.

Renum obstructio calculus.

Mensium suppressio.

Appetentia nimia a pituita acida

pituitosis affectibus communi, præterquam
quod acria, vt cæpæ, allia, porri, sinapi, acidæ
pituitæ incidendo, tergendo, tenuando pro-
sunt: sed cum appetentiam excitent, ob id ra-
tione symptomatis hoc casu sunt fugienda, a-
liis tamen pituitosis sunt salubria. In visione
imbecilli ab humiditate multa, victus ratione
calida, tenui, siccante, vt acre natura partis cali-
ni, & ventorum sicco, aut industria per ignem
luculentum, per suffitus aromatum, vt garyo-
phyllorum, foliorum siccorum rorismarini,
maioranæ, lauri, & proba cibi & potus parci
coctione in ventriculo, atque eius vacuatione
per deiectoria potius, quam vomitoria phar-
maca, & sumtione post pastus eorum, quæ
vapores in caput ferri prohibent, veluti panē
tostum, coriandrum tostum vel conditum, ci-
doniatum, atque esu lentis multo, visionē ab
humiditate larga imbecillam iuuante Gal. 1.
alim. Eadem in suffusione, in lumbricis eadem
viuendi ratione calida, sicca, acri, & amara, in
quantitate parca. Sed hæc de modis & mate-
riis, quibus qualitates humoris pituitosi di-
uersos affectus efficientis in corpore huma-
no, immutari possunt. Sequitur humor me-
lancholicus, qui sane cū sit frigidus, & siccus,
calfactione & humectatione reducendus erit.
Atque hoc est illud cur practici in melancho-
lia iubeant viuendi rationem temperatā po-
tius quam calidam, temperatam scilicet & hu-
mectantē: pro cibo capos, gallinas, phasianos,
hædos,

Visio imbecillis a multa humiditate.

Suffusio. Lumbrici.

Melancholici humoris vitia.

hædos, verueces elixos non assos nec frixos, adiecta portulaca, lactuca: aerem eodem modo alterationis per vaporem decocti maluæ, altheæ, violæ, per odores gratos, & blandos somnum conciliantes, frictionibus, fotu partium extremarum diuturno, & capitis modico, ex decocto lactucæ, foliorum salicis, seminis papaueris albi, seminum lactucæ, syrupum papaueris post cœnam exhibentes, frontem & tempora vngentes oleo violato, & nimphæa, vnguento populeo, clysteribus ex simili materia, per quæ si somnus non conciliatur; trãseunt ad opiata clementia, præsertim viribus imbecillibus. Sed hæc de modis & materiis alterandi, & restituendi causam antecedentẽ penes qualitates immutatas pristinis suis qualitatibus. Illud modo non est ignorandũ, præter viuendi rationem syrupis etiã alterari posse: atque hoc est illud, cur practici pro bilis alteratione, succo citri, seu syrupo de acetositate citri vtuntur, qui valet ad omnes ægritudines biliosas, & ex pura bile natas, & pestilẽtes, & symptomatibus biliosis, vt siti vehementi, & huiusmodi aliis, cum subduplo aquarũ intibi, lactucæ, cichorii, plantaginis, portulacæ, lupuli. In ventriculi autem inflammatione, & bile repleto, atque in magnis æstibus ad leuãdam sitim, & in febribus biliosis, & vomitu ex bile, syrupum de agresta: vbi autem & refrigerare, & aliqualiter astringere, ac nonnihil abstergere volunt, melle rosaceo vtuntur. Pro

Somnum concilianetia.

Bilis alteratio per syrupos

Syrupus acetositatis citri.

Sitis vehemens.

Ventriculi inflammatio.

Febres biliosæ.

Vomitus ex bile.

Pituitæ alteratio per syrupos.
Neruorum ægritudines frigides.

alteratione vero qualitatum pituitæ, syrupo de corticibus citri, syrupo de stœchade, quo vtuntur ad omnes ægritudines neruorum frigidas, veluti est paralysis, epilepsia, spasmus, tremor, incompleto quidem vtentes cum nō multum, completo autem cum multum calfacere volunt, oximellite simplici, oxysacccharo, oxymellite composito valentiori ad ægritudines longas, aperiente, incidēte, & abstergente, oxymellite scyllitico valentissimo pro materiis valde frigidis, valde glutinosis, valde tenacibus, & vbi in locis sunt, a quib. difficile euellūtur. Pro alteratione vero melancholiæ, syrupo de pomis: ob id in mania & melācholia eo vti solent: syrupo de fumoterræ, quo vtūtur in morbis cutis a salsis & adustis humoribus pendentibus: syrupo de epithymo, quo vti solent ad atrabilarios, & adustos affectus, quique calidior est, quā is, qui de fumoterræ, cum duplo aquarum buglossi, vtriusque intibi, scolopendriæ, fumariæ, lupuli. Sed hactenus de alteratione humorū, vbi solitarie sunt vitiati. Quod si humores vitiati erunt plures vno, qui simul sint permixti, si duo erūt, cibaria erunt componēda secundum naturā duorū humorū: & si tres, cibaria erunt cōponenda secundum naturā triū humorum, aduertētes semper dominiū vnius humoris ad alterū: & in compositione cibariorū tanto plus ponentes illius cibarii, quanto magis prædominabitur humor alteri humori. Atq; hoc est illud, cur

Oxymel scyllitium.

Melancholiæ alteratio.
Mania.

Cutis morbi a salsis & adustis humoribus.

cur practici vbi adsunt simul materiæ calidę & subtiles, & materiæ crassæ, & glutinosæ simul, vtũtur syrupo acetoso simplici satis facientes his duobus contrariis humorib. simul, diuersis qualitatibus, quibus pollet: nimirum cum ratione aceti incidat, alteret materias crassas & glutinosas, eas attenuando: ratione vero aceti quod frigidũ est, vitiis bilis succurrit: subtilitati scilicet & caliditati. Vnde tametsi huiusmodi syrupus non videatur valere in materiis frigidis & crassis, ratione frigiditatis: valet tamen ratione incisionis, quanquã etiã possit, vt ait Mesue, tolli ab eo virtus infrigidandi, nõ remota eius penetratione, addentes nonnihil calidi, veluti cinnamomũ, aut radices calidas aperientes, quæ non solum frigiditatẽ remouent, sed etiam ad penetrationem, & resolutionẽ adiuuãt: vtuntur etiam syrupo acetoso completo, seu de duabus radicibus; veluti fieri solet in febribus biliosis nothis. amplius syrupo de quinque radicibus, qui auctorem nõ habet, & syrupo bisantino in materiebus crassis, glutinosis, & obstructionibus magnis; in hisce syrupis hunc ordinem obseruantes: in aperiendo vt primus sit acetosus simplex: secũdus, de duabus radicibus sine aceto: tertius de duabus radicibus cũ aceto: quartus, de quinque radicibus: quintus, bisantinus sine aceto, sextus, bisantinus cum aceto. His omnibus sane pellũtur vitia causæ antecedẽtis penes qualitates, quæ quoniã viuendi ratione maxime

Syrupus acetosus. Simplex in materia calida, tenui & crassa glutinosa.

Febres biliosa notha

Obstructiones magna.

B

immutari possunt: sequitur vt pro clariori superiorum doctrina, alimenta præcipua enumeremus, quæ in vsu frequentius esse solent, tum simplicia, tum composita pro immutandis qualitatib. humorum in humano corpore exsistentium; incipientes ab alimentis & cibariis temperatis. Porro alimenta temperata erunt panis optimus, vinum mediocre: ex carnibus, pulli, capo, perdix, phasianus, hœdus, vitulus, capreolus, aues minutæ, & ouum, albumen scilicet cum vitello: hismet alimentis aliqualiter alteratis vti poterimus pro immutandis vitiatis qualitatibus ipsorum humorũ.

Alimenta temperata, simplicia.

Pro alteratione sanguinis.

Et primum sanguineis: Panis enim optimus seminibus frigidis alterari poterit: vinum potest omitti, & eligi aqua hordei, carnes eædẽ, quæ temperatæ: & hoc, quod carnes distemperatæ aut nullæ aut paucæ reperiantur: vnde etiam alterari poterunt in decoctione lactucæ, & huiusmodi aliis: pisces laudabiles friabiles ex aquis currentibus, cum sint frigidi, & humidi: saliti vero omittendi: ouum simul cũ albumine, pro ferculis olera omitto, & hordeum eligo: acetarium ex lactuca, endiuia cũ aceto & oleo omphacino: ex fructibus pira, & citonia. Hęc eadem vitiato sanguini deputata: eadem bilis immutationi conuenient, dummodo tum panis, tum cætera fere omnia enumerata frigidioribus alterentur. Qualitatibus vero pituitæ panis optimus seminibus anisorum alteratus, potus vini, quod calidum est & siccum,

Bilis.

Pituita.

ſiccum, carnes eædem, ſed alteratæ in decoctione: quãquam aues ex ſeipſis ad caliditatem & ſiccitatem videantur declinare: piſces ſalſi potius quam recentes: ex granis cicer albũ recens, ſed ſiccum: ex herbis petroſelinum, acetarium ex menta, ſaluia, borragine, & cappari-bus: ex fructibus ficus, phiſtici, ex agruminib. ſeu acribus allium, cœpe, porrum, aniſum, feniculus, cinnamomũ, piper, garyophylli, gingiber, crocus. Qualitatibus vero melancholiæ panis optimus, vinum album, carnes eædem temperatæ, præſertim gallina: in calida & humida, caſtratũ: porcina calida & humida recẽs, ſi eius viſcoſitas remoueatur, piſces omitto: ex olerib. borraginem eligo, ex quibus acetarium confici poterit, quamuis acetũ nõ videatur conuenire, niſi gratia præparandi, vt incidendi, aperiendi, & huiuſmodi: ex fructib. vuã maturam, quę calida eſt in 1. humida in 2. agrumina fugienda: ex aromatibus eadẽ quoquomodo, quæ in phlegmatica, præſertim ſaccharum conuenit. Hæc de ſimplicib. cibariis. Sciendum modo, quod non ſolũ iis ſimplicibus, ſed etiam compoſitis alimentis vti poſſumus pro immutandis qualitatib. vitiatis cauſæ antecedẽtis. Et primũ in ægritudinibus a ſanguine, cum panis bonus temperatus ſit, ſi decoquatur cũ aqua ſimplici, fit cibarium quoddã, quod vulgo panata dicitur, euadens frigidæ, & humidæ complexionis in primo. Ad eundem modum ſi fiat ex iure pulli, cum aqua a pullo

Aues.

Melancholiæ.

Vua matura.

Alimenta composita in ægritudinibus a ſanguine.

Panata quid.

nullam recipiat caliditatem, si commiscebitur ouum cum panata, remouebitur inflammatio oui a frigiditate panatæ: quanquam potest etiã ouum in aqua frigida infundi per tres horas, aut aqua endiuiæ, aut rosarum, secundum diuersitatem scoporum. Poterit etiam panata misceri cum seminibus maioribus frigidis, & alterari etiam, si in ea ebulliant, aut succus granatorum, aut aranciorum, aut omphaciũ, aut olera frigida. Ad eundem modũ, si hordeum decoquatur cum aqua simplici, aut pulli iure, fit ptisana: vbi timebitur viscositas, addendum erit saccharũ: vbi maiori frigiditate opus erit, alteranda erit cũ magis frigidis: si virtutis erit habenda ratio, ius erit exhibendum cum carne contusa, alteratum ad frigidum secundum quod opus erit. Quod quidem ius dupliciter fieri potest: altero modo ex ebullitione pulli vsq; ad separationem carnis ab osse, & appellatur ius consumtum: altero modo ex ebullitione pulli ad dimidium consumtionis, & appellatur ius non consumtum. Acetarium conuenit ex lactuca, borragine, & endiuia in aceto decoctis: carnes nullæ conueniunt, vbi peccat sanguis, sed magis pisces laudabiles, rationem tamen consuetudinis habendo, exhiberi solent. Sapores varii confici poterunt, ex vino granatorum, succo aranciorũ, aut limonum, mororum, aut prunorum. Sequitur, vt agamus de alimentis compositis pro immutandis qualitatibus ipsius bilis: panata eadem quæ

Oui alteratio.

Ptisana.

Ius consumtum.

Ius non consumtum.

Alteratio bilis per alimenta composita.

quæ in ſanguineis conueniens erit, magis alterando compoſitionem, ſecundum quod opus erit: ptiſana eodem modo. Poterit autem infundi hordeũ per quatuor horas in aqua frigida antequam igni apponatur, reddiq; poterit frigidior ex permixtione rerum acidarum, & herbarum: ius conſumtum, & non conſumtum eodem modo. Carnes etſi non conueniant per ſe, alteratæ tamen erunt conuenientes, præſertim pedes animalium, veluti vitulorum in aceto maceratorum: piſces laudabiles, acetarium idem, ſapor ex omphacio idem: potus erit aqua hordei, ſyrupus acetoſus ſimplex, iulep violatum, iulep roſatum, aut vinum pauciferum, ſecũdum quod opus fuerit. Compoſita vero medicamenta pro immutãdis qualitatib. humoris pituitoſi, qui ea ratione, qua ſolet efficere ægritudines longas, alimenta etiam magis nutribilia poſtulabit, veluti panatam in iure pulli, ptiſanam cum modico ſacchari, & cinnamomi, cõtuſum ex carnibus aut temperatis, aut calidioribus, aut arte alteratis: ex herbis fœniculus, borrago, mẽtha, ſaluia, quibus etiam alimenta poterunt alterari, abiiciendo folia, quæ male digeri ſolent: ex granis, cicer rubeum in iure decoctum: & vbi præter hæc opus erit apertione aliqua viarum, veluti earum, quæ mictioni deſeruiũt, decoctio erit fiẽda cũ ciceribus, cũ radice fœniculi, & petroſelini: & ex iiſdẽ herbis fieri poterit compoſitũ, quod Torta vulgo

Pituita per alimenta compoſita alteratio.

Torta.

appellatur, cum ouo, lacte acetoſo, & caſeo recenti parum ſalito.ex fructibus ficus ſiccæ, pineoli, amygdalæ,vua bene matura, pirũ cũ aniſo comeſtum: potus, aqua decocta cum ſaccharo, aut aqua hordei cum ſaccharo, qui variandus poſtea erit pro variatione ætatis, complexionis, conſuetudinis. Sequuntur alimenta completa pro immutandis qualitatibus melancholiæ:panata primũ, ptiſana,contuſum,ius non conſumtũ, & conſumtum, quod etiã ab hoc humore morbi chronici fieri ſoleant, & eodem modo paranda, quomodo in pituitæ qualitatibus immutandis; hoc duntaxat variato, quod in pituitoſa, omnia debent declinare ad ſiccitatẽ, in melancholica ad humiditatem: quanquam etiam in gradu qualitatum actiuarum videatur eſſe aliqua differẽtia; quod pituita dicatur eſſe frigidior melancholia. Ex herbis borago, cæteris omnib.melior:in progreſſu fœniculus, petroſelinũ,oua: ex carnibus, carnes temperatæ, & declinãtes ad calidum,& humidum:quoad modum ſubſtantiæ elixæ, aſſis meliores: piſces petroſi elixi, cum ſpeciebus conditi, de quibus in melancholia:acetariũ ex boragine. Nam tametſi acetum non videatur competere ratione ſimilis complexionis, multos tamen alios vſus habet.vt ex Meſue patet cap. de ſyrupo acetoſo.ſapor fieri poterit ex ſucco pomorum dulcium, ſaccharo cũ aceti modico:ex fructib. vua bene matura ſuſpẽſa, poma dulcia,pręſertim

Melancholiæ qualitatũ immutatio per alimenta compoſita.

Morbi chronici fiunt etiã ab humore Melãcholico.

B

tim apia, & pira omnia decocta, vt humiditas excremētitia tollatur: potus aqua saccharata, aut hordei aqua cum saccharo; & melior aqua mellis, in proportione decupla: potusq; nō sit multum actu frigidus, vinum non stipticum, aut ponticum, sed ad dulce potius tendens, coloris albi. Hæc sunt alimenta tum simplicia, tū arte cōposita, quorum præcipuus, & frequentior vsus in praxi esse solet, pro immutandis qualitatibus humorum solitarie peccantium. Quoties modo affecti humores nō erunt solitarii, sed simul associati: si duo erunt humores peccantes, alimenta erunt simplicia commiscenda, quę faciant pro immutandis qualitatibus vtriusq; humoris. eodem modo si tres fuerint, semper aduertentes dominium vnius humoris ad alterū; & in compositione alimēti illius tanto plus ponētes, quanto magis prędominabitur humor alteri humori. Hæc hactenus de modis pellendi vitia causæ antecedentis penes qualitates oborta, & de rationibus viuendi diuersis penes qualitates præcipue consideratis. Nam de substantia alimentorum, & quantitate suo loco a nobis pertractatum fuit, cum affectus præter naturam nō indicent substantiā alimenti, seu nutriendum esse, sed qualitatē solam, quæ se tenet ex parte medicamenti. Sequitur vt aggrediamur tertiū remedii genus, ꝙ vitium contentorum penes quantitatē obortum emēdat: vacuatio appellatur; pręsertim cū humorū vitia adeo a

naturali conſtitutione recedunt, vt neq; viuendi ratione, neque alteratione ſola emēdari, & in priſtinam bonitatē reduci poſſunt, niſi penitus e corpore eiiciantur. Quoniam vero eiici, & euacuari poterat humor vitioſus in venis contentus duplici modo, vel ſolus vtili relicto, vel aſſociatus, & vtili humori permixtus, ortum etiam habuerūt circa ipſam vacuationem duo præcipua vacuandi genera; alterū quidem purgationis, qua mediante id ſolum quod vitioſum eſt, & qualitate peccat, e corpore eiicitur: alterum vero quo mediante, vitioſus ſimul cum vtili permixtus euacuatur; phlebotomiæ nomen adeptum fuit: quorum ſingulum eſt percurrendū, incipientes a purgatione. PVRGATIO porro eſt euacuatio particularis eius repletionis, quæ virtuti corporis vim infert, facta medicamento recte & conuenienter exhibito, vt amiſſa contentorum proportio, priſtinæ ſuæ naturali cōſtitutioni reſtituatur. Ideo autē dicitur purgationem eſſe euacuationem, quod euacuatio ſit commune genus tum pharmaciæ, tū phlebotomię. Euacuatio autem nihil aliud eſt, quā depulſio, ſeu excretio humorū in corpore peccantiū. Et quod ſequitur: Purgationē eſſe euacuationem particularem, ad id ſpectat vt ſeiūgatur a phlebotomia: cū phlebotomia ſit quidem euacuatio: ſed euacuatio omniū humorum æqualiter: pharmacia vero ſit euacuatio determinati humoris dūtaxat. Quotuplex autem

Vacuandi duo ſunt genera.

Purgatio.

Euacuatio quid.

Purgatio eſt euacuatio particularis

Phlebotomia, vniuerſalis.

tem sit huiusmodi purgatio particularis, inferius fiet manifestum, vbi agemus de differentiis euacuationis per pharmacũ. Quod postmodum sequitur: Purgationem esse euacuationem particularẽ eius repletionis, quæ virtuti corporis vim infert: notat affectum, quẽ purgatio sanare debet, in qua non adest peccatum omnium humorum æqualiter, sed alicuius duntaxat humoris determinati, vel quãtitate, vel qualitate peccantis. Et quod sequitur: Purgationem esse euacuationem particularem eius repletionis, quæ virtuti corporis vim infert, facta medicamẽto, notat materiã, seu instrumentum, quo mediante huiusmodi repletio euacuari potest. Euacuat autem medicamentum humorem vi sua, quæ nihil aliud est, quam similitudo quædam, vt ait Gal. 3. de simp. facul. quæ imbuens ventriculum sui facultate attrahendi, facit vt vẽtriculus cogatur, interim ꝓpria eius actione sopita, ad seipsum violenter attrahere, nũquamq; desistit quoad vis medicamenti resoluta fuerit, & a naturali calore deuicta. Atq; hoc est illud, cur Hippocrates, corpora purgãda fluida pri⁹ esse faciẽda voluerit, & nõ licere medicari nisi cõcocta, tũ vt vasa, per quę trãsituri sunt humores qui trahũt, aperta fierẽt, tũ vt humores, si crassi sunt, & crudi, abstersione, & attenuatione ꝑparati facili⁹ trahi possent: aut si humor nimis acris esset, obtũderet, ne in trãsitu abraderet, & partes excoriaret, ꝑ quas violẽter attrahit humor.

Purgantia quomodo euacuent.

Concocta tantum medicari licet.

Quod poſtmodum ſequitur: Pharmaciam fieri medicamento recte, & conueniēter exhibito, notat artem purgandi, quæ quidem arte fiet quoties ars illa curandi prioribus lib. declarata, ad hanc particularē actionem medicā purgandi humores flectetur. Ars autem illa curandi, cum recte & conuenienter fiat, ſi trium præcipue habeatur ratio, affectus, loci affecti, & ipſiuſmet medicamenti: amplius, & circumſtantiarum, ſequitur etiā quod ars purgandi ex horum quatuor obſeruatione recte fiet. Primum tamen antequam hæc percurramus, conſiderandum erit, vtrum ſit purgandū, necne. erit autē tunc purgandū, cum indicatio integra non erit. integra autem non erit ex deficientia alicuius harum ſex conditionum neceſſario requiſitarum ad abſolutam criſin. Primum quidem, aut ſi non euacuetur totum, quod euacuari debebat a natura: tunc enim euacuādæ erunt reliquię, quæ ſuperſunt: quod quæ relinquuntur in morbis recidiuas facere conſueuerint, vt ait Hippocrates: aut ſi materia non erit concocta. Tunc enim concoquendum erit, epicraſis facienda, incraſſando, attenuando, & ſingulis omnibus per oppoſitum naturam ſemper adiuuantes: aut ſi per debitos locos a natura non fiat: veluti ſi pituita, quæ inferius educi deberet, per vomitum educeretur, & cauſaret ſymptomata ſæua, tentanda erit euacuatio per aluum: aut ſi alius humor euacuetur

Ad artem purgandi quatuor requiruntur.

Criſis abſolutæ conditiones

1 *Quando ſit purgandum*

2

3

4

cuetur

cuetur a natura ab eo qui euacuari debebat, vt si peccãte, vel bile, vel pituita, tempore indicationis erumperet sanguis, vel per nares, vel per hæmorrhoides. Tunc enim frictionibus diuertendum erit ad oppositũ, quod nullus fluxus ex toto, vt ait Auicen. sit reprimendus, nisi qui deducturus est ad casum virtutis: aut si recto tramite a natura non fieret: veluti si in purganda materia in hepatis concauo exsistente, natura per vrinam euacuare vellet, cum ille rectus trames non sit: & hoc, quod opus sit vt ascendat ad hepatis gibbum; adiuuanda erit natura, vt illam vacuet, vel per vomitum, vel per intestina: & hoc, quod concauum hepatis colligantiam habeat cũ mesaraicis; mesaraicæ autem cũ intestinis. Sed hæc de primo, quod obseruandum est antequam purgatio fiat. Sequitur vt percurramus artem purgandi, a curationis arte directam. Porro cum affectus primum sit inuestigandus: (affectus autem nomine complector tum naturam affectus, tum ea, quæ necessario considerãda sunt pro recta cognitione ipsius affect⁹) sequitur quod etiam in purgatione perpendendum erit quid sit purgandum, seu euacuãdum per medicamentum purgãs. Quod quidem indicabitur ab eo humore qui peccabit, aut bile, aut pituita, aut melãcholia, si simplex erit humor, qui peccabit: aut ab humoribus qui peccabunt simul commixtis, vt bile pituita, bile melancholia, pituita melancholia, bile

5.

Quid sit purgandũ.

pituita melancholia. Hæc autem omnia signis propriis fient manifesta: de quibus in arte cognoscendi affectus omnes præter naturam, vberius a nobis actum fuit. Post inuentam humoris purgandi naturam, consideranda postmodum erunt ea, quæ necessario consequuntur affectum: nempe quantitatem affectus, & tempus. Quantitas autem cum elicienda sit ex quantitate affectus, & situs, in quo reperitur affectus: vt supra in arte curandi notatũ fuit: sequitur etiam, quod quantitas purgandi erit elicienda ex quantitate humoris peccantis & ab humoris situ. illud tamen non erit ignorandum, quod etsi quantitas purgandi indicetur a quantitate humoris peccantis nũquam tamen licere, vlla medicamenti specie vsque ad syncopim purgare, quemadmodum licet in missione sanguinis. Quam valido aut imbecillo medicamento hoc sit peragendum indicabitur ab humoris situ, validius, & minus validum eligentes medicamentum, pro varia trium sedium corporis regione; & hoc, quod non quodlibet medicamentum e quouis corporis loco humorem detrahat: sed pro varietate sedium corporis, varia etiam medicamenta sint eligenda. sedes autem corporis cum tres præcipue sint, alia quidem, quæ primam corporis regionem possidet; ventriculum sane, intestina, venas mesaraicas, hepar, & lienem complectens: secunda vero, quæ vasa maiora: tertia vero, quæ habitum, & singulas

Purgandi quantitas vnde petenda.

Validitas aut imbecillitas purgãtis vnde indicetur.

Corporis tres præcipuæ sunt sedes.

ſingulas corporis particulas reſpicit: ſequitur etiam quod humores, exſiſtentes in prima regione, mitiori medicamento erunt purgandi: mediocri vero e vaſis maioribus: valentiori vero ab vniuerſo corporis habitu: vt non ab re ſecundum tres corporis regiones, tres etiam purgantium medicamentorum ordines accõmodari poſſint. Ex his ſane quãtitas purgandi præfinita deduci poterit, quanquã illud ſit aduertẽdũ, humorum repletionẽ ſeu quãtitatem, & humorũ ſitum, confuſam purgandi quantitatem indicare: certam autem & definitam, a virtute, & annexis virtuti circumſtãtiis ſigillari; vt infra patebit. Sequitur tempus purgandi, quod quidem à duobus indicabitur, a morbi, ſeu materiæ morbi concoctione; fiet autem concoctio calidis in primo gradu, ſeu exterius, ſeu interius ſumtis: nimirum quod, vt ait Galenus, poſt concoctionem purgantes, plura habeamus purgationem adiuuantia: primum, quod repleat bonum a malo ſeparatum: ſecundo, quod eo tempore natura vtatur expulſione poſt concoctionem, conſequenter trahendi medicamẽto auxilietur, & a morbi impetu defendat. Erit autem morbi impetus, vbi morbus acutus erit, & cum periculo, cuius ſæua ſymptomata ſint, & materia turgens & factioſa, & in motu oberrãs. Licet n. tũc in principio (principiũ autẽ intelligo nõ illud, in quo incipiunt apparere concoctionis ſigna) ſed pro primo,

Purgantiũ ſunt tres ordines.

Purgandi definita quantitas vnde ſumatur.

Purgandi tempus a duobus indicatur.

Concocta purganda ſunt.

Morbi impetus.

aut secũdo, aut saltim tertio die, purgare licet medicamento. Ob id Hippocrates, In acutis, inquit, passionib. raro, & in principiis medicamentis purgantibus vti: & hoc cum præmeditatione faciendum. De temporibus autẽ anni, purgationi aptissimum erit ver, dein autumnus, aut quæ illis similis sit constitutio tẽperata: dies non aquilonia, sed austrina, quæ & corpora laxat, & humores liquefacit. Dies autẽ purgandi cõmodus cum ex viribus ægri habeat sumi: vires autem melius se habent in die tranquillo quam in perturbato: vtpote quod a morbo ægri minus fatigẽtur: atque in febriũ intermittentium quiete medicamentum tãto ante accessionem præbendũ erit, quo possit purgatio compleri: vbi autem accessiones quotidie fient, aut febres erunt continentes, nullaque sit intermissio, aut adeo breuis sit, vt non sufficiat nec ad cibum, nec ad medicamẽnon exhibendum, remissionis & inclinationis tempus erit eligendum. Hactenus de affectu: Sequitur locus, seu viæ per quas purgandus est humor affectus. Porro indicabitur locus purgationi commodus tum ex natura, seu inclinatione humoris purgandi, tum a facultate expultrice illius humoris, tum a vasorum consensu, per quem materia inclinans, & a natura expulsa duci debet: a natura quidem humoris: veluti pituita frigida cum sit crassa, cõsequenter grauis, per secessum potius quam per vomitum erit ducenda. Eodem modo hu-

Tempus anni purgationibus aptũ.

Dies purgationi commodus.

Locus purgationi cõmodus, indicatur.

1 A natura humoris.

mor melancholicus cum terreus ſit: bilis autẽ flaua cum lenis ſit, oppoſitum habens motũ, conſequenter per vomitum, & per ſuperiora erit ducenda veluti etiam ſanguis ſi ſubtilis ſit, per eruptionem ſanguinis narium, ſi craſſus, per hæmorrhoides, & inferiora ducendus erit, atq; hoc eſt illud, quod ait Hippocrates: hyeme a vomitu cauẽdũ eſſe, æſtate vero maxime eſſe adhibendum. A natura vero virtutis expultricis, quod medicus illac materiam ducere debeat, quo virtus expulſiua noxium humorem expellere tentat: vaſorum quinetiam debet eſſe conſenſus, qui cæteris magis neceſſarius eſſe videtur. Nam eſto quod natura humoris inclinaret ad aliquam partẽ: eſto quod natura illum pelleret eo, quo inclinat: ſi tamẽ non aderit vaſorum conſenſus, per quæ materia eſt ducenda, diuertẽda erit natura ad locum vbi ſit conſenſus: quamquam vaſorum affinitas & conſenſus a duobus impediri poſſit: a loci nobilitate, nimirum quod per locum nobilem materia non ſit ducenda, ſed aliorſum vertẽda: & a morbo, qui purgationis vias intercipiat: nimirum quod noxius humor nũquam per affectam ſedem ſit ducendus, atque hoc eſt illud, quod ait Hip. 21. Aphoriſmo. Et per conuenientes regiones materiam eſſe ducendam. Quibus fundamentis innixi qui praxim exercent: eſto quod ventriculus, & præcordiorum partes ſummæ ratione affinitatis vaſorum vomitione ſint expurganda: niſi ta-

Hyeme cur ſit cauendum a vomitu.

2. A facultate expultrice humoris peccantis.

3. A conſenſu vaſorum.

Vaſorum conſenſus a duobus impeditur in indicãdo.

Ventriculus quando vomitu purgari prohibeat

Intestina nō semper clystere purgāda sunt.

men imbecillis sit ventriculus, aut syncopin pati soleat, vomitionem non cient: intestina quin etiam maxime crassa, etsi alui perfusione vacuētur, si tamen intestina aut vlcere aut inflammatione laborent, bilis aliorsum erit pellenda. Renes vero & vesica, tametsi per vrinæ vias expurgētur, si tamen renes sint inflammati, aut exulcerata vesica, non amplius per vrinam, sed ad intestina introrsus humor erit conuertendus. His omnibus sane recte perpensis, habebitur locus & via, per quam commode purgatio fieri possit. præter hæc tamen cuicunque purgationi præmittenda erit antecedens sua præparatio, quæ quidem duplex est; altera corporis seu viarū, per quas ducendus est humor, altera vero vacuandorum humorum. Corporis autem præparatio fiet, quoties viæ in aluum patentes erunt. Atque hoc est illud, quod ait Hippoc. Corpora, qui purgare voluerit, oportet fluida facere. Vacuandorum autem humorum præparatio fiet, crassos incidendo, attenuādo, viscidos abstergendo, subtiles velut bilem, non quidem incrassando, quod semper subtiles humores euacuationi apti sint, non tamen propter hoc credendū erat, coctione non indigere, vt male opinatus fuit Rasis: melāncholicos, cū crassi sint, incidendo, & calfaciēdo, & humectando reb. calidis & humidis. De quib. sane præparādi modis satis superq; egimus in arte depellendi vitia contentorum penes qualitates oborta.

Renes & vesica quādo per vrinas purgari non debeāt.

Purgationi præmittēda præparatio, quæ duplex est.

Humores subtiles etiā coctione indigent.

B

orta. Sed hęc de affectu, & loco per quem diſcendus eſt humor affectus, neceſſario requiſitis pro recte & conuenienter purgatione facienda. Quoniã vero iis ſolis nõ adhuc plene, perfecte, ac cumulate ars euacuandi per medicamentũ purgans haberi poteſt: ſequitur, vt circumſtantias percurramus, quæ conditiones ſuperius enarratas, tanquam animus regere ac moderari debeat, incipientes a virtute. Virtutis autem nomine intelligo non ſolum vitalẽ (quanquã hanc pręcipue) ſed & animalẽ, & naturalẽ. Virtus igitur, cũ erit purgandũ, vel erit valida, vel imbecillis: & ſi valida, vel erit cũ multa, vel cũ pauca cacochymia aſſotiata. Si igitur virtꝰ erit valida, & cacochymia multa: & ſi copia humoris indicet multũ eſſe purgãdũ, & virtutis robur: vniuerſa tamen ſemel & affatim non erit detrahenda, ſicuti plethora, venę ſectione; & hoc ꝙ in purgatione multę cacochymię vniuerſim facta, neceſſe ſit corpus grauiter concuti, humores varie permiſceri, torſiones moleſtas inferri, ac ſpiritus diſſipari, tandẽq; vires concidere ac proſterni. Atq; hoc eſt illud ꝙ ait Hippocrates: Euacuationes omnes extremas periculoſas eſſe. Et alibi: Empii aut hydropici cũ vrũtᷣ aut ſecãtur, ſi pus, aut aqua vniuerſim effluxerit, omnino moriũtur. Sin aũt virtꝰ cõſtãs ſit, & pauca cacochymia, vniuerſa ſemel & affatim detrahi poterit, pſertim vbi erit cõcocta aut tenuis, ab eaq; vię pateãt in aluũ. Sin aũt virtꝰ debilis erit aut erit

Purgandi artis variatio per circũſtantias.

A virtute valida cum multa cacochymia.

A virtute valida & cacochymia pauca.

A virtute imbecilli ex aggrauatione.

debilis ex oppreſſione naturæ ipſam opprimentis,aut ex reſolutione: ſi erit imbecillis ex aggrauatione , cum hic adſit repletio quo ad virtutem,non autem quo ad vaſa, cõſequẽter nõ poſſint adeſſe boni ſpiritus , nec multa virtus:non tolletur quidem indicatio euacuãdi: ſed cum virtus hoc non toleret , parum erit euacuandum,& ad reliquum epicraſis erit facienda.

A virtute debili ex reſolutione.

Sin autem erit imbecillis ex reſolutione,cum purgationem virtus non toleret, epicraſis ſolum erit facienda.Gal.8.meth. Veluti ſi acres ſint humores, refrigerantibus , & humectantibus erunt contemperandi , vt interim natura inſtaurata vel ipſa euacuet,vel nos ſimul cum illa: quãquam Auic. laudet ſemper cum aliquo leniente aliquid materiæ eſſe ſubtrahendum,non quidem purgante, ſed leniẽte,veluti caſſia,aut rhabarbaro.

Purgandi artis variatio per ætates.

Ætas ſequitur ratione cuius, etſi omnes conditiones purgationem poſtularent, tamen fortibus & malignis medicamentis nec puerum nec ſenem , ſicuti conſtitutos in ætate media , purgare poterimus, ſed benignis dumtaxat : quod altera humida ſit,conſequenter vaporabilis : altera vero iam euaporarit. Ad eundem modũ prægnantis erit habenda ratio, ratione fœtus,quẽ intus gerit.

Per habitũ corporis.

Habitus quinetiam corporis. Si n. macilentus erit, aut nimis rarus , etiam quod vires integræ forent aliquantulum,infra erit ſubſiſtendum , & ex hoc quod eiuſmodi corpora pati ſoleant virium exſolutionẽ.Ad idem pertinet

pertinet corpus morbo, humorumue copia pressum, & qui circa imũ ventrẽ extenuãtur, & quibus abscessus in interioribus partib. exsistit, vel in pulmonibus, vel iecore, vel liene, vel renibus. In his enim pro purgatione conuenit inedia, victuque opportuno blandiri, aut sublata morbi portione ægrum leuare, quã expurgationis vi ægrum labefactare, qui facile concidere posset: Qui etiam accidentibus, & animi accidẽtibus subiecti sunt, a purgatione nimia sunt cauendi, ꝙ in illa facile incidere possint, nisi fuerit spasmus ex repletione: cum melius sit euacuare, quã apoplecticũ fieri. De tempore anni nec æstate nec hyeme: æstate quidẽ quod paucus & acer humor adsit, qui cum foras euocetur motu contrario illũ mouemus: hyeme vero, ꝙ corpus densum sit, & astrictum humores coarctati, qui ægre demittuntur. Ad eundem modum respiciendæ erunt, regio atque anni constitutio, ne aut nimis calidæ sint, aut nimis frigidæ. Sed hæc omnia moderata esse debẽt, quod corpora soluant, laxent, & aluum humectent. Consuetudo quinetiã: quod cum assueti minus non assuetis a medicamento lacessantur, minorẽ etiam purgationem postulẽt. Ars itidẽ: nam ars laboriosa leuiusculã purgationem aspernabitur. Hæc omnia sane vbi conuenerint, impossibile erit quin sequatur felicissima purgatio. Hactenus ex quatuor in arte curãdi propositis: in arte purgãdi tria expediuimus, nẽpe affe-

Per corporis affectus.

Per animi accidentia.

Per anni tẽpora.

Per regionẽ & constitutiones anni.

Per consuetudinem.

Per artem

ctum locum seu viam per quam ducendus est
affectus,& circumstantias. Sequitur medica-
mentum: quo mediante purgatio fieri debet.
Quod quidem cum multiplex sit pro diuersi-
tate peccantis humoris purgandi: Sequitur vt
prius percurramus differentias purgationis,
quarũ numerus determinatus ex cognitione
naturæ purgationis, seu quid sit purgatio ma-
nifestus fiet. Porro si verũ est purgationẽ esse
euacuationẽ particularẽ eius repletionis, quæ
virtuti corporis vim infert, sequitur etiam q̃
quotuplex erit repletio virtutem molestans,
totuplex etiam erit purgationis species. At cũ
repletio quo ad virtutem fieri possit, vel ab v-
no humore tantũ, vel a plurib. vno: igitur duo
quoq; erũt purgationis p̃cipua genera: alterũ
simplex purgans humorem vnum duntaxat
aut quantitate aut qualitate peccãte: alterum
vero compositum, ita dictum, quod plures v-
no humores peccantes a corpore detrahat.
Prioris igitur generis tres purgandi species e-
runt, secundũ quod tria solũ reperiri possunt
humorum genera solitarie peccantia: veluti
purgatio bilis, pituitæ, melancholiæ. Nam san-
guis inter hos humores, qui medicamentis
catharticis subduci possit, non est dinumerã-
dus: tum quod modi extrahendi sanguinẽ hi
fere sint, venæ sectio, cucurbitula, scarificatio,
sanguisuga, frictio intra nares: reliqui omnes
modi attrahẽdi sanguinẽ p medicamenti vim
pernitiosi sint & lethales, p̃ter eos qui fiũt ad
sangui-

Purgatio quid sit.

Purgationis duo sunt præcipua genera

Prioris generis tres species.

Sanguis nõ expurgatur medicam. catharticis.

ſanguinem prouocandum ab hæmorrhoidibus,& menſib.mulierum. Amplius quod non B reperiantur medicamenta cathartica ſanguinem educentia,quæ diuerſa ſint ab iis,quę attrahunt alios humores,ſed eadem met,quæ alios humores purgant,ſi copioſe inſumantur, ſanguinem deniq; ſubducunt, & hoc in fine ſemper poſt aliorũ humorum a ſanguine ſubductionẽ. Ichores autem a reliquis humorib. diſtinguendos nõ eſſe arbitrati ſumus: & hoc, quod omne medicamentum, quod humorẽ quępiam educit,illius quoq; humoris aquoſitates educere ſit aptũ. Quo ſit vt tria ſolũ ſint prioris generis humorẽ vnum duntaxat purgantium medicamentorũ genera, poſterioris vero generis humorũ complicatorũ quatuor erunt genera; tria quidem ex complicatione duorum humorum ſimul, bilis pituitæ, bilis atræbilis, pituitæ atræbilis: vnũ vero ex cõplicatione ſingulorum trium humorum, bilis, pituitæ ſimul atræbilis, vt in vniuerſum purgationum differentiæ ſeptem ſint, nec plures nec pauciores:tres ſimplices, tres ex cõplicatione duorum humorũ ſimul, & vnica ex cõplicatione omnium. Sequitur vt percurramus medicamẽta, atq; inſtrumenta, quibus ſingulæ purgandi ſpecies in vſum deſcendere poſſunt,ſi pri⁹ tamẽ prenotatũ fuerit, vniuerſalẽ hãc purgationẽ, qua id ſolũ ꝙ vitioſum eſt & qualitate peccãs vtili relicto ducit̃ ab vniuerſo corpore, aut certe maxima illius ex parte,

Ichores quo modo educãtur.

Purgantiũ humores cõplicatos quatuor ſunt genera.

Purgationũ differentia ſunt ſeptem.

tripliciter fieri posse (nunc enim habetur sermo de purgationibus illis & medicamentis, quæ ab vniuerso corpore habent subducere, non autem a partibus corporis, quoniam de iis, quæ a partibus habent subducere, inferius agetur, vbi de curatione causæ cõtinentis agemus) vel alui deiectione, vel alui perfusione, quæ clyster dicitur, vel vomitione. Singulo enim istorum vniuersales fiunt corporis purgationes. Nam clyster etsi plurimum & valide regionem vnam dumtaxat intestinorũ, cæteras tamen etiamnum consecutione quadam licet parcius exinanit, neque solum inferiora, sed superiora quoque consecutione quadam exonerat. Vomitio præterea etsi primum noxios humores ex ipsis fontib. sinceros elicicat, & vacuet omnem, quæ in ventriculi capacitate, eiusue tunicis hæret, illuuiem in primis expurget: regionem hanc tamen prætergressa e precordiorum etiã membranis, e cauis iecoris ac lienis, & ex pãcrea omnis generis superuacuos humores sinceros elicit, quod in ventriculũ ex iis locis viæ breues, ac expeditæ magis quam in aluum directæ sint, per quas facilis est vomitio: ac quãquam primũ ab interioribus eliciat, consecutione tamẽ caput, reliquumq; corpus leuat. Ex quo iã manifestũ esse potest, hosce tres purgandi modos: alui scilicet deiectionẽ, clysterẽ, & vomitionẽ, vniuersales esse, ad differẽtiam particulariũ purgationũ, quæ partem aliquam corporis determinatam dũ-

Clyster est vniuersalis purgatio.

Vomitio.

Purgationes particulares.

taxat expurgat: cuiusmodi sunt cerebri per palatum & nares expurgatio: excreatio: quę pulmonum & pectoris vitia excutit: arenularum aut puris e renibus emictio; sanguinis ab vtero, aut hæmorrhoidib. profusio, & huiusmodi. Sequitur vt percurramus instrumenta, seu medicamenta, quibus vitiati humores isti e corpore eiiciuntur, incipientes ab iis, quibus humores simplices purgari possunt: Et primũ ab iis, quibus bilis sola peccans purgari potest. Porro bilis rhabarbaro educetur, vel in catapotia redacto, vel in puluerẽ ex vino cretico, aut pulli iure, aut infusum aqua vi ignis eliquata: quandoq; etiam in ientaculis & placentulis melle subactis pro pueris. Cassia quin etiã (quanquã hæc emolliendo bilem educat, rhabarbarũ vero comprimendo) vti licebit, præsertim cum bilẽ in viis exsistẽtem, aut etiã in propinquioribus venis, educere scopus erit, vel in bolo, vel in aqua vi ignis eliquata, vel in iure pulli, modo aut cinnamomo, aut gingibere, aut aniso flatuositas eius corrigatur. Manna quinetiã vsq; ad vncias. aut in iure dissoluta, aut aqua vi ignis eliquata. Quanquã n. etiã ed poterit nõ dissoluta: eius tamen flatuositas eodem modo erit corrigenda. Tamarindus etiam, qui, vt creditur, ratione saporis acerbi, & astringentis, per compressionem euacuationem moliuntur, qui sunt ex medicamentis frigidis aluũ ducẽtibus, antiquis ignotis, corrigendaq; eorũ frigiditas ascẽdens ad

Bilis purgatio

Rhabar.

Cassia.

Manna.

Tamarindus.

secũdũ ordinẽ intensum, aromatibus, præsertim in ventriculo frigido, quod illi obesse possint. quorũ vnc. duæ substantia ipsorũ pastillo subactę, & per cribrũ eliquatæ, & ex saccharo in bolum redactæ, vel vnc. vna in decẽ seri vnc. ad duarum vnc. consumtionem ebulliat, quia nimia coctura vim tamarindis aufert, per linteũ densum excolata, & potui exhibita: quanquam possit etiam in iure decoqui, & ius præberi bibendum. Syrupus etiam rosatus solutiuus ad quatuor vncias in aqua endiuiæ dissolutus, qui creditur nõ solum cõprimendo: sed etiam leniendo aliqualiter ratione roris, & sacchari euacuare. Sebesten etiam quas mixtas dicũt, vsq; ad triginta in iure decoctæ, & ius bibendum præbere: tenuissimum tamen est medicamentum. Lutei quinetiam mirobalani vsq; ad drachmas tres, puerulis vnam; nonnunquam in rotulis, & placẽtulis ex saccharo conformatis; nonnũquã infusi: aliquando in puluere redacti, & in vino cretico, aut iure gallinaceo ebibiti: qui sane sunt tutũ medicamentũ, & lene, quod am esaraicis, & a iecore, nõ autem ab extremis partibus subducãt, ventriculum roborant, iecur, & intestina. Scammonium quinetiam, præsertim in cotoneo, & pasta, vt fit a Galeno pparatum, vsque ad grana decem, seu semiscrupulum cõfectum in rotulis cum aromatibus, saccharo, ciñamomo, gingibere, garyophillis; quanquã eo vtendum nõ esse suadeo, nisi cum medi-

Syrupus rosatus solutiuus.

Sebesten.

Mirobalani lutei.

Scammoniũ

medicamenta alia negliguntur, & cum a longinquis, & penitioribus partib. eſt trahendũ. De compoſitis autem nullum eſt, quod puram bilem educere poſſit. Sequitur pituita: per pituitam quamcunq; ſpeciem pituitæ intelligo, præter ſalſam, quæ medicamẽto cholagogo eſt detrahenda, quæ quidem & chebulis mirobalanis, præſertim in delicatis, educi poterit, vſq; ad duas drachmas in catapotia redactis, vel in infuſione in aqua ſaluiæ, vel amaraci, vel rutę, vel in iure vſq; ad ſex vncias iuris, & quatuor drachmas ſummo mane : aut in puluere vſq; ad drachmas duas in vino cretico, aut aqua eliquata, aut caſſia, aut ſaccharo roſaceo. Deficientibus chebulis, emblicis, & belliricis poterimus vti. Agarici quinetiam in pueris ſcrup.ij.vſque ad drac.vnam: in adultis drach.vna, & media exhibetur, Meſue duas, in forma pilularum, vel ex diaphinicone, vel ex deſpumato melle formato, vel mixto aromatico roſato, aut ſaccharo roſaceo, vel ex aqua endiuiæ ſi febriãt. Hyſſopo præterea medicamento ſatis leni, vſq; ad drac. iiij. vti licet, pulueris intra ficus, aut ſiccas, aut recentes, aut in mortario contuſas ſimul cum puluere. Cyclaminis etiam medicamenti lenis ſemuncia in acetario communi. Thymi etiam manip. vnus in decoctione vſque ad ſex decoctionis vncias pituitam ducet: quanquã eius capillamẽtum, quod epithymũ appellať, atrã bilẽ ſubducat. De compoſitis nullũ eſt, quod pituitã educat

Pituitæ purgatio.

Pituitæ ſalſa.

Agaricus.

Hyſſopus.

Cyclamen.

Thymus.

Epithymũ.

Melãcholia expurgatio. ſolam. Sequitur melancholia,quæ quidẽ mytobalanis indis in forma catapotiorum decocto,infuſione,& in ſubſtãtia ſumtis: in forma catapotiorũ ad duas drachmas ex diacatholicone cõfectorũ:in decocto drac.iij.&vn. vj.in infuſione drac. quinq; in vnc. vj. aquæ fumiterrę per horas decem, poſtea exprimere,& expreſſum ſaccharo dulcorare: in ſubſtantia drac. iij. in libra vna ſeri, & calidum bibatur: aduertentes ſemper vt in omni forma, cinnamomi, gingiberis, ſalis gemmæ ſcrup. medium apponamus. Origano quinetiam oleum modo in iure cocto,in puluere ad ſemũciam in iure, præſertim ſi ſit Cretenſe; quod herbæ Cretenſes cæteris totius orbis vt ait Gal. ſint præferendæ, prę́ſertim calidæ. Amplius epithymo nunc in decocto vſq; ad vnc. duas in infuſione, idq; vel in iure pulli per horas decem, vel in aqua violarum, vel lacte caprino,vel bubulo, & infuſionis cũ iure vnc. ſex, vel communẽ paterã ſumere. in pilulis, in puluere cum iure, & etiam ex ſaccharo roſaceo,aut violaceo. Amplius lapide armeno loto ac præparato; & eſt vehemens medicamentũ; ſed non facit eam moleſtiã, quã facit elleborũ nigrũ, Aui.nõ eſt excedẽda drachma. inſumi poterit in forma pilularũ modo corrigatur, veluti lapidis armeni præparati ſcrup.I.camphuræ, aniſorũ, cinnamomi, gingiberis, maſtices ana gr. vj. miſce, & cũ ſucco ſaluiæ, aut diacatholicone reformẽtur pilulæ quinq;

Origanum.

Epithymũ.

Lapis armenus.

Eleb. niger.

quinq;. Poteſt eius puluis in iure præberi:ſed diligenter erit terendus, ꝙ ob ſui grauitatẽ in pateræ fundum deſcendat, poteſt etiã pręberi cum vnc.1.ſacchari borraginati, pueris in ientaculis, in placentulis, in vino odorato, vt vino cretico. Amplius lapide lazuli cũ cyaneo eiſdem modis, & eodem pondere exhibito, quo diximus præbendum eſſe lapidem armenum. Amplius elleboro nigro: neque enim verum eſt quod tanta moleſtia educat: quinimmo præberi poteſt, & cum aliis roborãtibus mixtis, & etiam ſolus: & hoc, quod tametſi Gal. in lib. quos, & quando. elleborũ in raphano ponat, & raphanum in oxymellite, illud tamen eſt intelligendum de albo elleboro, quod vehementer commoueat, & ventriculum mire perturbet: poteſt præberi in puluere in hunc modum: Ellebori nigri ſcrup. ij. gingiberis, maſticis, roſarũ rubearum, cinnamomi, aniſorum, dauci, caphuræ an. gr. iij. miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus, qui iure bibatur. poteſt in oxymellite præberi, in aqua borraginis, & acetoſæ, huncmet puluerem poſſumus in catapotia digeri facere: præberę etiam cũ ſaccharo borraginato, etiam in infuſione, in placentulis etiam hoc modo: Ellebori nigri ſcrup. ij. cinnamomi, gingiberis, aniſorum, an. gr. decẽ, paſtæ fermentatę vnc. ij. miſce, & deſpumato melle ſubigatur, in furnoque coquatur, & integra ſumatur vna vice placentula. pondus tamen in omnibus his formis drachmam nõ ex-

Lapis lazuli.

Elleborus niger.

Ellebori nigri præparatio in puluere.

In placentulis.

cedat. pueris præberi poteſt ad ſcrup. vnum in ientaculis, vel placẽtula ex paſta ſaccharo ſubacta. Amplius ſena herba mirifica, Arabibus inuenta, in infuſione vnc. j. & duabus pateris iuris vna ebullitione ebulliri facere, additis floribus corroborantibus ventriculum, & eã corrigentibus; vt flores borraginis, bugloſſi, violarum, roſarum ana drachmas duas, gingiberis ſcrupulum vnũ, & mane patera vna denſo linteo excernatur, & ſaccharo dulcoretur, & bibatur. Nam eſt ſimilis infuſioni ſenæ: hoc differt, quod ratione iuris eſt magis emollitiua. In decoctione etiam ad vnc. iiij. Poteſt etiã eius puluis ad duas drachmas in iure bibi, in ouo ſorbili, in ientaculis pro puerulis, in intinctu, in ſinapio. De compoſitis quæ atram bilem ſolam apta ſint educere non reperitur niſi diaſena, & infuſio ſenę. Sed hæc de inſtrumentis, quibus humores ſolitarie peccantes purgari poſſunt. Illud modo non eſt ignorandum, quod poterimus ex his ſimplicib. enarratis efficere medicamẽtum compoſitũ lene, mediocre, vehemens, vehementiſſimũ quanto plura horum cholagogorum, vel phlegmagogorum, vel atrabiliorum ſimul commiſcebimus. Sequitur vt percurramus medicamenta ſimplicia, quib. humores ſimul complicati purgari poſſint. Hoc autẽ nemini mirũ videatur, quod reperiatur ſimplex aliquod medicamentum, quod & duos humores, & tres etiã ſimul ſubducere poſſit. Neq; enim vere ſunt

Sena herba.

Simplicia medicamẽta humores complicatos purgare poſſunt.

62

ſimplicia

ſimplicia,ſed ex diuerſis oppoſitis,ac pugnantibus partibus compoſita;ratione quarum diuerſarum ſubſtantialiũ ſimilitudinum diuerſos etiã educere poſſunt humores. Illud autẽ prænotandum eſt, quod etiam commune eſt ſingulæ humorum complicationi, vt ſemper aduertamus in complicatione, an vnus humor alium ſuperet; & ratione huius exſuperantiæ cum multa ſimul libuerit commiſcere, ſemper illud medicamentum augere, quod humorem illum attrahit,qui aliũ ſuperat. Sed iam ſimplicia prius percurramus, quibus cõplicata bilis cum pituita purgari poſſunt. Porro etſi rhabarbarũ inter biliaria poſitum ſit, ſecundario tamen pituitam etiam trahere ſolet. Aloe quinetiam bilem primo, pituitam ſecundo,ſed a propinquis partibus,vnde ſtercorarium appellari ſolet. Caſſia quinetiam etſi bilem primo, ſecundario tamen pituitam ſubducit,vt Arabes cenſent.Agaricus quinetiam etſi inter phlegmagoga poſitus ſit, biliarius tamen etiam eſt Arabibus.Scammonium quinetiam etſi bilem primo, pituitam etiam ſecundario attrahit Dioſcoridi. cuius præparati in cotoneo,& paſta (diagridium appellatur) ſcrupulum vnum, vel etiam ſemidrachmam præbemus: quanquam Galenus neque ſcammoniũ præparatũ,quod intus cõtinetur, ſed paſtã ipſam præbere videt᷑. Cõpoſita vero medicamenta purgantia hos duos humores ſunt diaphinicõ,pilulæ cochiæ,& alia infinita.

Omnia ſimplicia medicamenta ſunt compoſita.

Bilis cum pituita expurgatio.

Rhabarbarum.

Aloe.

Caſſia.

Agaricus.

Scammonium.

Diagridium.

Bilis cum atrabile purgatio.

Serum.

Fumaria.

At bilis, & atrabilis simul associati, paucis simplicibus subduci poterunt, præterquam fumaria,& sero:sero quidem vsque ad duas,& tres libras;quanquam Galen.10.simp.med.facul.non dicat quod bilem, & atram bilẽ subducat,sed abstergere, & abluere sine mordacitate intestinorum acrimoniam, & adhiberi subducendi ventris gratia, & per clysteres iici. Dioscorides tamen enumerat melancholicos morbos, quibus ait serum conferre. Fumaria vero, etsi Dioscorides de bile tantũ meminerit, apud Mesuen tamẽ atrabiliaria quoque est.Poterit præberi huius herbæ(nam tota herba insumitur cum floribus,radicibus,& seminibus nonnunquam) succus ab vncia semis,vsque ad duas,Mesue, in infusione vncia vna herbæ infusa ab vnciis quatuor vsque ad decem:in decoctione ab vnc. decem vsque ad quindecim; quod habeat maiorem vim in infusione, quã in decoctione: & hoc, quod amplam non patiatur decoctionem. In puluere a drach.tribus vsque ad quinque: Mesue in catapotia,in iure, in mellicrato, vt insumebat plebeius:Galenus in iure caulium, in placentulis,in ientaculis.Composita autem sunt electuariũ de psillio, & puluis senæ. Sequitur vt percurramus instrumenta, quibus pituita,& atrabilis simul associati humores purgari possunt.Porro chebuli mirobalani, etsi inter euacuãtia pituitam solam sint enumerati: Serapioni tamen Arabum auctoritate, quod

Pituita & atrabilis purgatio.

Mirobalani chebuli.

B

Græci

Græci de mirobalanis nullam habuerint cognitionem, etiam atrambilem ſubducent, vſq; ad drac. quinq; in infuſione in ſex vnciis oxymellitis ſimplicis, & peſſularum vncia media, vel in ſero caprino, aut alio tali infundendo. In puluere ad drac. duas, vel in iure, vel ſero, vel oxymellite, vel etiam in catapotia redacti. Epithymo etiam Dioſc. cum melle poto, in acetabulo ad quatuor drachmas cum melle, & ſale, & aceti exiguo: in puluere a drachmis duabus vſque ad quatuor: in iure, vel lactis ſero in infuſione vncia in oximellite ſecundum arté infuſa, poſtea expreſſa, & ſaccharo dulcorata: poterit etiam infundi in ſerum, in ius, vel aliquam aquam vi ignis extruſam. Amplius lapide armeno, & lapide lazuli. nam tametſi Meſues de atrabile ſolum meminerit, glutinoſos tamen etiamnum, & pituitoſos purgare experientia comprobauit. De catapotiis nullũ eſt. Sequitur vt percurramus inſtrumenta, quib. ſinguli humores ſimul cõplicati purgari poſſunt: bilis, pituita, atrabilis. Porro elleboro nigro educi poterunt. Nam etſi Dioſcorides de atrabile non meminerit, illud omiſit vt notiſſimum, quod eius tempore prouerbium extabat: fatuos & melancholicos in Anticiram eſſe mittẽdos, vbi maxima ellebori nigri aderat copia. Polypodio etiam: nam etſi Dioſcorides de atrabile non meminerit: ab experientia tamen, & a Meſue id comprobatur, quamquam etiam Galenus neq; ventris ſubductiuũ

Epithymum

Lapis armenus.

Lapis lazuli.

Bilis, pituitæ & atrabilis purgatio.

Helleborus niger.

Polypodium.

ipsum esse aduerterit. verum est, quod prætermittere ea solet, quæ a Dioscoride scripta sunt. Potest in puluerem redigi vsque ad quatuor drachmas in aqua mulsa, vel sex in iuris ebullitione, vel in infusione vsque ad vnciam. Epithymum etiam habet vim educendi hos tres humores, quamquam primo atrābilem educere videatur, secundo bilem, tertio pituitam. Sena quinetiam. Nam etsi Græcis bilem & pituitam ducat, Arabibus tamen atrambilem & adustos humores subducit: quæ quidē etsi vario modo sumi possit, in infusione tamē potius videtur vim suam ostēdere, quam alio modo. Catapotia vero sunt, cōfectio hamech, pilulæ aggregatiuæ, & alia multa. Hæc sane sunt simplicia & catapotia, quibus tuto humores & solitarie peccantes, & complicati simul purgari possunt: quibus mediātibus purgatio peccantium in humano corpore humorum fieri debet. Pro qua purgatione feliciter fienda, hæc perpetuo erunt animaduertenda: vt seu facienda sit purgatio a corpore vniuerso, siue ab aliqua corporis determinata parte, primum sane perpendamus, vtrū simplex sit humor qui peccat, an implicitus: & si implicitus, vtrū æqualiter superabundent, an inæqualiter, ita vt vnus alterū excedat: & si alter alterū excedet, tanto plus etiam medicamentum in compositione excedere debebit. Ita in complicatione triū, vtrū æqualiter superabundēt, an inæqualiter: & si inæqualiter, vtrum duo

Epithymū.

Sena.

In omni purgatione quæ præcognoscenda.

æquales,

æquales ſint, alter inæqualis, an vero omnes inæquales, ita vt vnus duos ſuperet, & alter reliquum: nec vnquam exhibendum erit medicamentum niſi prius conſiderata diligenter humorum proportione. Amplius conſiderãdum erit circa medicamentum ipſum: ex medicamentis aliud alio vehementius eſſe, & tũc de magis vehementi minus erit adhibẽdum, vt minus vehemens æquet. Qua ratione in educenda bile; ſi leniter id erit faciendum, mirobalanis luteis: ſi mediocriter rhabarbaro: ſi vehementer, ſcammonio, pro educẽda pituita in leni eductione mirobalanis chebulis: in mediocri, agarico: in vehementi, turbith. ſi atrabilis, in leni mirobalanis indis, in mediocri polypodio, aut epithymo, in vehemẽti lapide lazuli aut nigro elleboro. Nec hoc ſufficiet, niſi etiã quo ad humores ipſos cognoſcamus, eorũ aliquos facilius educi, alios difficilius vehementiori, veluti bilis, quæ facile educitur: pituita vero glutinoſa difficilius. Amplius cõſiderandũ erit, vtrũ humor aut humores purgandi ſint ex propria hominis natura, & temperamento, an non: quoniam qui erũt ex propria natura corporis purgãdi, vt in bilioſo corpore, bilis difficilius educet͂: qui vero nõ ſunt ex propria natura, vt in pituitoſo corpore bilis facilius euacuatur. Et præter hæc conſiderãd⁹ etiam erit ſitus humoris purgãdi, an ſit in primis viis, an in ſecũda, an tertia regione: quoniã ꝗ erit educẽdum a prima via, leuiori medica-

Bilis euacuatio lenis, mediocris & vehemẽs

Pituitæ euacuatio.

Atræ bilis euacuatio- lenis, mediocris, & vehemens.

53

mento educi poterit: quod a secunda, vehementiori, quod a tertia, vehementissimo erit trahēdum. Amplius cum quo affectu sit associatus humor purgandus: quoniam si complicatus erit cum febre, medicamentum erit cōmiscendum cum aliquo frigido, veluti aqua endiuiæ aut cichoreæ. Et hæc eadem consideranda etiam erunt vbi voluerimus euacuare ab aliqua corporis determinata parte: addendumque erit medicamēto aliquid, quod medicamentum ad membrum illud conducat, ac dirigat: veluti si a capite humor sit ducendus (quicunque is sit) si erit calidæ temperiei, & tempus æstiuum, medicamento erit addendū hordeum, violæ: in temperie frigida & hyeme scylla: si ab hepate, in frigida & hyeme spicam, eupatorium, absinthiū: in calida & æstate endiuiam, lactucam, santala: si a iuncturis in æstate succum caulium, in hyeme scyllam: a liene in æstate tamaricem, hyeme capparim: a renibus, & vesica quinque radices aperientes, videlicet petroselini, fœniculi, apii, asparagi, rusci: in æstate peponum semina; a cantharidibus cauendo, quod extrinsecus potius quam intrinsecus sint adhibēda: at vero in æstate capilli veneris, hyeme & frigida temperie pulegium, calamentum. Sed quoniam de his diffusius a nobis suo loco agetur in curatione causæ continentis: sequitur vt postquam egimus de modo, quo vitium humorum penes quantitatem obortum emendatur, illo sane, quo euacuatur

Medicamēta directoria ad caput.

Ad hepar.

Iuncturis.

Lienem.

Renes.

Vesicam.

euacuatur vitiosus humor vtili relicto, vt aggrediamur modum, quo vniuersus sanguis, & omnes humores sanguini admixti euacuari possunt phlebotomia appellatur; PHLEBOTOMIA est euacuatio vniuersalis eius, quod corpus replet, venæ sectione recte & coueniẽter facta; vt amissa humorum proportio pristinæ suæ dignitati restituatur. Ideo autem dicitur phlebotomiam esse euacuationem, quod euacuatio sit genus vniuersale ipsius phlebotomię, & pharmacię. quod quidẽ, tum ex effectu, tũ ex ipso fine patere potest. Ex effectu quidẽ, ꝙ secta vena statim sequatur ipsius habitus euacuatio. Ex fine vero, ꝙ nunquã medicus iubeat venæ sectionem, nisi vt euacuet. Quoniã vero euacuatio multiplex est: alia particularis, qua mediante id solum euacuatur ꝙ noxiũ est, vtili relicto, quod purgatione fieri diximus: vnde purgari proprie dicitur sanguis, quando est infectus aliquo malo humore: alia vniuersalis, qua mediãte ęqualiter omnes humores euacuantur e corpore, non autem sola bilis, aut pituita, aut melancholia, aut duo tãtum, aut tres istorum, sed simul omnes. Quod quidẽ ipsi phlebotomiæ cõuenit, nullo autem modo pharmaciæ, qua ratione, vt ab euacuatione, quę fit per pharmacũ, seiungeretur, additũ fuit phlebotomiã esse euacuationem vniuersalẽ. Quoniam vero aderant aliæ quoq; euacuationes vniuersales, quę tamẽ phlebotimię nõ sunt, cujusmodi sunt exercitiũ, balneũ,

PHLEBOTOMIA est euacuatio vniuersalis.

Euacuatio duplex est Particularis & Vniuersalis.

inedia, frictiones, quæ omnes humores ęqualiter euacuāt, ob id vt ab huiusmodi euacuationibus vniuersalibus seiungeretur phlebotomia, positū fuit in definitione, phlebotomiā esse euacuationē vniuersalem venæ sectione factam, vt per hanc particulam seiūgeretur ab aliis euacuationibus vniuersalibus, quæ phlebotomiæ non sunt. Et quod sequitur, phlebotomiam esse euacuationem vniuersalem eius quod corpus replet, notat affectum exsistentē in ipsis humoribus, qui repletio appellatur. Quod postmodum additur, phlebotomiam esse euacuationē vniuersalem eius, quod corpus replet, venæ sectione recte & conuenienter facta, notat artificium administrandi huiusmodi instrumentū. Recte aūt & conuenienter fiet ex obseruatione eorum, quæ in arte curandi diximus esse obseruanda: ex affectu scilicet, loco, & circumstantiis. Nam quo ad instrumentum nihil circa ipsum est consideratione dignum, cum nulla mala qualitate sit insignitū, nec erosionem aut exsiccationē, aut aliquid tale in corpore inducat, veluti pharmacia facit. Ab affectu igitur primū sumetur ars tractandi hoc instrumentum, quod genus euacuationis indicetur a genere repletionis: Quantitas etiā euacuandi: a quātitate affectus etiā repletionis, & distincta species, & determinata quātitas euacuādi, a determinata quātitate repletionis. Temporis autē electio in phlebotomando non multæ necessitatis esse videtur

Recte & cōuenięter factæ phlebotomiæ requisita.

Ab affectu.

A quantitate affectus &. reletionis.

videtur quod vt ait Gal. 8. Ther. quocunq; tẽpore possimus phlebotomare, modo nõ exsistat cibus in ventriculo crudus. Vt autẽ res ipsa clarior euadat, hinc exordiẽdũ. Euacuatio vniuersalis omnium humorũ per phlebotomiã, vel erit simplex, vel composita. Simplex aut erit euentatiua, aut diuersiua, aut deriuatiua, aut euacuatiua. Euentatiua illa erit, in qua euentare ac refrigerare nimiã sanguinis caliditatem opus erit, diuersiua vero impetũ sanguinis aut fluentis aut fluxuri, aut inflãmationẽ minantis, aut aliquid simile respiciet. deriuatiuæ vero finis erit trahere humorẽ fixũ ad partẽ corporis proximã. euacuatiuæ vero finis erit repletionẽ nimiã detrahere, de qua quidem diligenter est tractãdum. Porro si aderit repletio simplex quo ad vasa, vbi quantitas sola peccet absque vitio qualitatis, recte & conuenienter fiet, si vsq; ad syncopin fiet phlebotomia: & hoc, ꝙ vbi adest peccatum in sanguine quantitatis duntaxat, multã etiam virtutem eos habere necesse erit. Atq; hoc est illud, cur Gal. in synocha sine putredine sanguinẽ mittat vsq; ad syncopin. Locus autẽ secundus, & via per quã sanguis est ducendus in repletione, cui nullius partis affectus comes sit, illa erit, quę a fonte plurimum detrahere poterit. Nam tametsi plenitudinẽ, cui nullius partis affectus comes sit, quælibet vena citra delectũ detrahat, cõmodius tamẽ ex interiore cubiti dextri euacuatio fiet: & hoc, ꝙ a caua

Phlebotomia vel simplex est vel composita.

Simplex aut euentatiua

Diuersiua.

Deriuatiua

Euacuatiua

Quãdo phlebotomia ad syncopin protrahenda.

Febris synocha sine putredine

plurimum, & a iecore validissime proliciat. Quo fundamento innixi, qui praxin exercent, in febrium curatione, synochum tum simplicem, tum putridam, febrem ardentem, pestilentem, simplicem, tertianam, & quotidianã continuam euacuant sectione interioris cubiti dextri: sola quartana continua variat, quæ interiorem sinistri brachii postulet. Eadẽ ratione in puris intermittentibus venam deligẽtes, quoties aut plethora, aut symptomatũ sæuitia eam aperire postulabunt. sin autẽ repletio talis erit, vt & quantitas & qualitas omniũ simul sit vitiata, profecto cum etiam in huiusmodi repletione non tollatur indicatio euacuandi. cumq; ex alia virtus non toleret, illud erit eligẽdum, q̃ iubet Gal. 9. 10. & 11. Therap. parum sane erit euacuandum: & ad reliquum facienda erit epicrasis. Ob id in pestilentibus cucurbitulis euacuabimus, venam autem nõ aperimus, ne spiritus exeant. Si vero repletio eiusmodi erit, vt & quãtitas peccet, & simul aliquis determinatus humor vitiatus, tunc vlterius erit perpendendum: an humor ille determinatus vitiatus nõ multum recedat a natura sanguinis, an vero multum recedat. sique non multum recesserit, sola sanguinis missione erimus contenti: & hoc, quod reliquum a natura concoqui possit, & educi vel per sudorem, vel per vrinam. Si vero multum recedet, considerandũ erit, an multũ recedat secundũ quantitatẽ, an secundum qualitatẽ, an vero vtrumq;

Febrium curatio.

Febris quartana.

Febres pura intermittẽtes

In febribus pestilentib. cur venam non secemus

64

trumq; simul. & tunc his omnibus, tum medicamine, tum phlebotomia succurrendum erit. Incipiendum tamen erit in singulo istorũ a purgatione: & semper erit aduertendum, in huiusmodi euacuationibus mixtis, in quibus & plebotomia, & purgatione est succurrẽdũ, vt nunquam mittatur sanguis in quantitate, quæ indicatur a quantitare humoris peccantis: & hoc quoniam, si phlebotomia sit euacuatio generalis, quæ omnes humores euacuat, cũ tamen plus sanguinis euacuet, quã cæterorum humorũ: & hoc, quod in corpore humano semper plus sanguinis adsit, quam cæterorũ humorum: sequitur, ꝙ si prius fieret venæ sectio ante purgationem, ꝙ humor ille superabundans aut pituita, aut bilis, etiam ꝙ essent naturales, & quãtitate sola peccãtes, effrenitarẽt. atq; hoc est illud, quod ait Arabs ille: cum vis phlebotomare, mundifica prius sanguinem a cholera, dein phlebotomes. Sed hactenus dictum sit de simplicib. phlebotomiis. Sequitur, vt aggrediamur phlebotomias mixtas, quib. scilicet mixtum officiũ fieri solet. Nam simplicium officiũ, præsertim eius, quæ euacuatiua dicitur, hactenus manifestũ fecimus. Sequitur igitur, vt per curramus cõpositas, quæ quidẽ tot ferme sunt: Euacuatiua & diuersa simul: euacuatiua, deriuatiua: vel singulæ tres simul, euacuatiua, diuersiua, deriuatiua. Etenim si aderit repletio, seu plenitudo, & impetus aut præsens, aut futurus fluẽtis

Purgatio debet præcedere phlebotimiam.

Phlebotomia composita species.

Euacuatiua & deriuatiua.

Euacuatiua & deriuatiua.

humoris, euacuatiua etiam & diuersiua simul vtemur. Aduertendum tamē semper erit huiusmodi complicatione, præcipuam intentionem esse reuellere: secundā vero intentionē esse euacuare. Quinimmo in huiusmodi vitiis cōplicatis simpliciter est reuellendum a loco maxime longinquo: & vt satisfiat plenitudini, multum sanguinis erit reuellendum. Euacuatiua autem & diuersiua simul vtemur, quoties erit intentio minuendi multitudinem sanguinis, & præter hæc sanguinem, seu materiā fluxam deriuare: in qua complicatione incipiendum erit prius ab euacuatiua, quam a deriuatiua, eligentes venas hepati propinquiores. Etenim si inciperemus a deriuatiua, quæ deriuat a venis affecto loco propinquis, plus attraheremus ad locum læsum, quā euacuaremus. Singulis autē trib. vtemur: euacuatiua scilicet, diuersiua, & deriuatiua: veluti si materia præcipitata sit ad aliquem locum, ad pleuram exempli gratia, & continue etiā præcipitetur in corpore, quod sit repletum: cū hic adsint tres scopi simul, nec rectius, nec magis cōueniēter fieri poterit, quam si vnico ictu satisfaciamus scopis singulorū: quod sane fiet sectione venæ eiusdem lateris vsq; ad syncopim. Etenim cum locus & via, per quā fit euacuatio sit medius, & media participent naturā vtriusq; extremi, secantes venam brachii eiusdē lateris, ratione qua sumus in aliqua distantia, reuellimus: ea vero ratione qua non secamus in maxima distantia,

Euacuatiua & diuersiua.

Euacuatiua & deriuatiua.

Euacuatiua diuersiua & deriuatiua.

B

ſtãtia, deriuamus,& ſcopo deriuatiuæ facim⁹ ſatis: quatenus vero iubemus miſſionem ſanguinis vſq; ad ſyncopin eſſe fiendam, multitudini,& repletioni & ſcopo phlebotomię euacuatiuæ facimus ſatis. Atque hoc eſt illud, cur Hippocrates 4.reg.acut.& Gal. in commento iubeant miſſionem ſanguinis in pleuritide vſque ad ſyncopin eſſe fiendam. Sequitur vt percurramus circumſtantias eas, quæ tanquã animus, artem recte phlebotomandi regere debent.Ita enim & Hipp. feciſſe videtur 4. de ratione victus Aph.14.vbi ait: Nunquam recte,& conuenienter exerceri phlebotomiam poſſe, niſi adſint hæc tria ſimul:nimirũ morbi magnitudo,virtutis cõſtantia,& ętas.Intelligo autem per morbi magnitudinem, vel præſentem, vel futuram, vt exponit Galenus libro de ſanguinis miſſione. Quapropter hæc tria ſimul adeſſe debent in miſſione ſanguinis:morbi magnitudo,virtus, & ætas. qua ratione ſi morbi magnitudo adeſſet, & vires validæ;ſi tamẽ ætas eſſet puerilis, ꝓhiberetur ſanguinis miſſio, quod plurimũ pueri difflẽtur,vt hac ratione nullus audeat infra decimũ quartum phlebotomare, aut ſaltim intra ſeptimũ: a quo tamẽ in pharmaco nõ cauemus. Anni quinetiã temp⁹ id ꝓhibere ſolet, regio, ſymptomata,& prægnatio. Qua ratione nec in dieb.canicularibus,aut maxime calidis,nec in regionib. calidiſſimis, nec vbi adſunt ſymptomata,veluti ventriculi imbecillitas,nec in

In pleuritide mittimus ſanguinẽ ad animi vſq; deliquium.

Scopi principales miſſionis ſanguinis tres.

Plebotomia ſcopi ſecundarii.

Grauidæ quando sint phlebotomandæ.

vteri gestatione phlebotomare possumus, præsertim octauo, & nono mense, quod fœtus tunc maiore egeat alimento, & cõsequenter sanguis minus redũdet. Initio vero, & medio etiam gestationis tempore, quod sanguis magis redũdet, & fœtus minore egeat alimẽto secare licebit, nõ solum vbi adsit plethora, sed etiam vbi aut pleuritis, aut alia inflammatio vehementius vrgeat, venas sane in cubito, quod ex inferiorum sectione, impetu deorsum conuerso, menses citantur, & fœtus præcipitetur. Atq; hoc est illud, cur Celsus in venæ sectione, virium duntaxat morbique magnitudinem animaduertendam esse censuit, atque ætatem, & prægnationem, de quantitate duntaxat decernere voluit. Sed de arte curandi causam antecedentem satis sit. Sequitur, vt aggrediamur curationem causæ continentis.

IO. PAVLI

IO. PAVLI PERNVMIA PATAVINI.

De Curatione causæ continentis.

LIBER QVINTVS.

CAVSÆ antecedentis confinio proxime iuncta est, atque connexa continens causa: cum quodãmodo propago, & soboles sit antecedentis causæ. Pro cuius curatione eadem fere curandi series erit obseruanda. Etenim cum in hoc duntaxat differant, quod cõtinens ea appellatur, quę morbo proxime adhærescit, & connexa est: antecedens vero ea, quæ morbum fouet, continẽtem efficit, ac mouet: sequitur igitur, quod cũ idem met humor, prout proximior est, & longius a morbo, & loco affecto distans, duplicẽ rationem causarum subeat, iisdem etiam vitiorum generibus affici, & vitiari dicatur: sequitur, quod iisdẽ etiam remediorum generibus erit depellendus; nempe mutatione de loco ad alium locum, alteratione, & vacuatione. In hoc solum differre videntur, quod loci mutatio, alteratio, vacuatio causæ antecedentis vniuersales sunt, respicientes corpus

Causæ antecedentis & continentis differentia.

vniuersum: causæ vero continentis particulares sunt, dum partem duntaxat corporis determinatam, & non aliam tentant. Quoniam vero causa continens non vno tantum modo, sed multiplici in loco reperiri potest: vel enim ita liquidus est humor in loco exsistens, vt ab eo loco remeare possit: vel adeo infarctus in loco, vt omni fluendi, remeandiq; habilitate sit orbatus: vel medio quodam modo reperitur esse, ita vt eius pars remeare possit, pars vero alia remeare non possit: Ars etiā recte curandi non vnum tantum, sed multiplicem depellendi modum excogitauit, causamq; continentem adhuc remeabilem a loco, repulsione, & deriuatione, eandem omni fluendi, remeandiq; habilitate orbatā, mollitione, maturatione, digestione, vi fomentorum, & emplastrorum, aut si nec his humor dissipari potest, loci ipsius incisione: materiam vero medio modo se habentem mixtis remediis depellit; repulsione scilicet, & digestione. quorum vnum quodque, si recte, & conuenienter administrari debet. quid sit est aperiendum, incipiendo a repulsione. REPVLSIO est mutatio de vno loco ad alium locum procul a repellente, facta a frigiditate, vt pars affecta vitiato humore subleuetur. Ideo autē dicitur, repulsionem esse mutationem de vno loco ad alium, quod mutatio localis commune quoddam genus sit repulsionis, attractionis, deriuationis, & repulsionis. Et quod sequitur:

Curatio cōtinentis causæ quæ remeabilis est.

Curatio eius quæ remeabilis a loco non est.

Curatio causæ continentis quæ medio modo se habet.

B

1. REPVLSIO.

Repul-

Repulsionem fieri procul a repellente, facit differre repulsionem ab attractione, quæ versus se ipsam trahit: repulsio autem versus alias partes a se pellit. Quod postmodum sequitur: Repulsionem esse mutationem de vno loco ad alium procul a repellēte facta a frigiditate, notat causam efficientem ipsius repulsionis, quæ sane magis, & minus repellet, secundum quod erit maior frigiditas, & acerbitas in ipsis rebus. Qua ratione validissime repellent cerussa, plumbum, plantago, galla, balaustium. Quæ vero alterum tantum habebunt, proportione virium repellere poterunt. Ob id alumen quamuis frigidum non sit, validissime tamen repercutit, quoniam acerbissimū est: & e contra succus solatri, & semperuiuæ; tametsi acerba non sint, quoniam tamen frigidissima sunt, efficacissima sunt ad repellendum. Sequitur vt enumeremus morbos omnes, in quibus practici huiusmodi remedii genere vti solent. Porro repulsione vtendum erit in intemperie cerebri calida, & humida cum sanguine fluente: in intemperie calida, & sicca cum bile fluente. In intemperie autem cerebri frigida, repulsione non vtuntur, neque in cerebri obstructione, a qua proueniat exempli gratia apoplexia, aut materia sit sanguinea, aut pituitosa; Etenim etsi initio viderentur conuenire ad repellendū, tuta tamen non sunt, vtpote quod incrassando, & vias cōtrahēdo obstructionem possint, vel excitare,

Repulsionis causa efficiens.

Repellentia.

Alumen.

Succus solatri & semperuiuæ.

Cerebri intemperies calida & humida.

Repulsio quibus morbis conueniat & non conueniat.

vel factam conduplicare: nec in paralysi, nec in conuulsione, nec in epilepsia, in cerebri tamen inflammatione repulsione vtuntur; in intemperie cordis calida, aut frigida vice repulsionis corroborare solent. Eadem est ratio seruanda in intemperie pectoris & pulmonũ, aut calida sit, aut frigida; vbi vice repulsionis corroboramus pectus, & reddimus excremẽtum pulmonibus conceptum, veluti sputum, expulsioni facile: eodem modo procedentes in obstructione pectoris, & pulmonis inflammatione. Nam in pectoris inflammatione, veluti dolore laterali, nemo veretur a frigidis esse abstinendũ. Repellunt in vẽtriculi inflãmatione, in hepatis inflãmatione, & inflãmatione lienis. In obstructione autẽ renũ nõ repellunt: in renũ tamẽ inflammatione quoquo modo repellere solent, & in inflammatione vteri. Sequitur, vt ostendamus quomodo in praxi in morbis iis, in quibus est repellendum, vtantur frigidis, & non aliis, quemadmodum in definitione positum fuit, causam efficientẽ ipsius repulsionis esse frigiditatem. Qua ratione nixi qui praxim exercent, in intemperie cerebri calida, & humida, seu sanguinea, a qua sequatur capitis dolor, repellere solent sanguinem in caput fluentem iis, quæ non tantum actu, sed potentia quoq; frigida sunt, & præter hæc astringentia, vt fortius materiam in partes vicinas regerant, & simul caput roborent, ne tã promte nouam fluxionem admittat, vtentes aqua

Pectoris & pulmonum intemperies.

Obstructio.

Pectoris inflammatio.

Renum obstructio & inflammatio

Capitis dolor ab intẽperie calida & humida cerebri.

aqua rosarũ, si valentius repellere volunt succo rosarum, intiborum, lapathorum, plantaginis, portulacæ, semperuiuç, lactucæ, solani, singulis per se, vel mixtis cum aceto, vt vlterius in caput descendãt; veluti ex olei rosati vncia. j. aceti albi vnc. ij. mixtis cum succi rosarũ vnc. iiij. vbi volunt maiorem penetrationem, faciunt hæc ex alto cadere, vel pannos his humoribus actu frigentibus imbutos raso sincipiti admouent, donec incalescant, iterum nouos actu frigidos restituentes. Aduertendum tamen est a repellentibus abstinendum esse, vbi aderit febris; & hoc, quod vetẽt vaporem febrilem transpirare, consequenter febrim augent. Amplius ab iis erit cauendum, vbi tota materia in caput fluxerit, quod iam trãsierit in naturam materiæ, quæ remeare non potest: & vbi adesset catarrhus calidus, quia tunc astringẽtia materiam augerent compressam: iisdemmet sane in intemperie cerebri calida, & sicca pendẽte a bile, ad quam dolor sequatur: iisdem etiam vtentes in curatione illius inflammationis cerebri, quæ phrenitis appellatur, vt vias cõtrahant, per quas materiæ ascendunt, materiam cogant, incrassent, & ad motum ineptam reddant, caphuram etiam naribus apponentes: eisdem etiam repellentibus in curatione ophthalmiæ procedentes, admotis fronti, si fluxio fit per venas, & arterias extra cranium, cum hæc tunica a pericranio perducatur, albumine oui, corticibus gra-

Repellentia & astringẽtia nocent si adsit febris.

Item si materia tota in caput fluxerit.

Item in catarrho calido.

Repellentia quibus morbis conueniant.

Phrenitis.

ophthalmia quando fluxio fit per venas & arterias extra craniũ.

natorum, balaustiis, & similibus, cum frigidis illis superius enarratis, modo cataplasmatis admotis vt vias contrahant, per quas materiæ fluunt. sin autem per venas, & arterias intra cranium materia fluat, nocent hæc repellentia, cum materias versus neruos opticos impingant: sed repellunt gosapio, aqua lactucæ, aut potius rosata imbuto, oculis superposita, ligatura deinde laxæ, & continentis media adhibita: oculo autem ipsi immittunt aquam rosam albo oui permixtam, vel lac ex mamma emulctum: collirium quoque vel siccum, vel liquidum in cote medica ex aqua rosarum, vel simili pertritum ex corallio rubro, gummi arabico, tragacantho, pompholige, cerussa lotis, ne oculũ morsu suo lædant. quibus si dolor non vincitur, etiam opii, vel opiati aliquid ad sensum tactus oculi stupefaciendum addunt, aut quod repellendi simul, & stupefaciendi facultate polleat, vt aqua rosarum, cui incoctum sit semen papaueris albi, & addito oui albo, immissa oculo per se, vel ex mica panis eo decocto imbuta, quæ si dolorẽ non lenient, vbi dolor erit vehementissimus, nullis cedẽs remediis, narcoticis vtitur Rasis: quorum tamẽ vsus Galeno semper fuit suspectus, aph. 31. lib. 6. præcipue in oculo, & partib. capiti vicinis frigidis natura, & etiam morbo: iisdem etiam repellentibus vtuntur in cynanche, materiam fluentem, & cynanchem augeri prohibentibus, iubentes, vt in vltimis faucibus

Quando intracraniũ. *Collirium.* *Stupefacientia.* *Narcotica.* *Cynanche.*

faucibus illa teneant, vt partem roborent, & vias contrahant, per quas affluit materia; veluti succum potius quam aquam plantaginis, solani, lactucæ, oxalidis, rosarum, nucum viridium, mororum, granatorum; vel syrupum granatorum, rosarum, oxalidis, omphacii, vel omphacium ipsum, acetum cum aqua rosata, & hæc omnia actu frigida: aduertentes tamen perpetuo, ne foris adhibeamus repellentia, quia tunc materiam intro ad partem inflammatam protruderent. Ad eundem modum in ventriculi inflammatione progrediẽtes, oleo inungentes, in quo absinthiũ, aut malum cotoneum decoctum sit, admixta simul mastiche. Amplius succum cotoneorum, aut pirorum, adiectis rosis purpureis, hordei farina, santalis, bolo armena, & similibus, cerato ex iisdem confecto: quinimmo quod eo tempore, vbi nihil amplius afflueret, solis relaxantibus, & discutientibus vti non licet, nec in ventriculo, nec hepate, sed semper astringentia, quæ robur ventriculi conseruare valeant admiscenda: & hoc ob eius actionis necessitatem, vt 7. & 11. & 13. metho. discurrit Galenus. Ad eundem modum in hepatis inflammatione frigidis stipticis repellentibus materiam ad hepar fluẽtem, & fluxuram prohibentibus, astrictis hepatis poris, & meatibus angustis, quanquam mitioribus erit vtendum, ne viis hepatis contractis, obstructio in eo excitetur, aut immoderati⁹ refrigerãdo ex

Ventriculi inflammatio.

Epatis inflammationi clementer frigida & stiptica tantum conueniunt.

phlegmone scirrhus euaderet, aut morbus insanabilis, neue sanies ex phlegmone hepatis vacuari prohibeatur, & in hepar regeratur. Quare repulsio in hepatis phlegmone frigidis quidem, sed clementer frigidis, & stipticis erit fienda, iisque erunt admiscenda quæ modice tergeant, & aperiant, siue sumantur, siue admoueantur: sumendo quidem, veluti syrupum rosatũ, ex hepatica, & eupatorio, ex succo oxalidis, cidoniorum cum aqua solani, intibi, oxalidis, foliorum, & radicũ plantaginis, quæ refrigerat, siccat, astringit sanguinis profluuia, & si quid aduratur refrigerat, addita aqua cichorii, adianti albi, quæ etiam aperit, & terget: admouendo vero, veluti linimentũ ex oleo rosato, & cidoniorũ, fotum ex aqua rosarum, plantaginis, solani cum linteo, sacculũ ex tribus santalis, malicorio, balaustiis, rosis tritis, additis caphuræ granis quatuor, aut sex, si valentiori remedio erit opus. Ad eundem modum in lienis inflammatione medicaméta astringentia adhibétes, quæ id quod influit reprimere; & lienis firmitaté conseruare possint, astringentibus admiscentes ea, quæ citra euidentem calorem extenuant, incidunt, & relaxant; ne scilicet crassus in eo succus obturatus vehementius incrassescat, quemadmodum Galenus optime discurrit 13. metho. in cæteris eodem modo procedentes, & in fomentis, & cataplasmatis, quo modo diximus in hepatis inflammatione esse procedendum; hoc

Tergentia & aperientia.

Radix plantaginis.

In lienis inflammatione repellentia quomodo adhibenda.

hoc ſemper obſeruato, vt his ſemper acetũ, & quidpiam, quod lieni gratum ſit, eiuſq; robur peculiariter tueri poſſit, admiſceamus. Ad eundem modum in renũ inflammatione, cataplaſmatis, fomentis, linimentis, emplaſtris, & ſimilibus, quæ mediocrem refrigerandi, & leniendi vim habeant, fabacea, fœnogræci, lini ſemen, & ſimilia in iecoris inflammatione ſuperius enarrata. Ad eundem modum in vteri inflãmatione extrinſecus lana ex oxirhodino madefacta, pubi & lumbis erit imponenda, palmulę quoq;, aut mala cotonea in vino decocta, & roſaceo admixta erunt admouenda, lana cum roſaceo, aut melino oleo, aut ſucco portulacæ in vteri ſinũ immittenda: cataplaſmata etiam ex farina ſeminum lini, & ex ſuperius dictis confecta. Ad eundem modum in glandularum inflammatione iuxta linguam, circa initia gargariſmis erit vtendum aſtringentibus, & repellentibus, vt ait Celſus, veluti ex roſarũ, aut palmarum decocto mixtis, aut lenticulis, aut ipſius etiam furfuris, ac reliquorum, quæ in principio inflammati gurgulionis aſſumuntur: in principio a melle in gargariſmis cauentes, ne per acrimoniam malũ irritetur, vt ait Aetius: ſed, remittente, & decreſcente inflammatione mel gargariſmis cõuenit. Ad eundẽ modũ in inflammatione gurgulionis localibus reprimentibus fluxionem, quæ ſint aſtringentis facultatis, magis & minꝰ aſtringentibus, ſecũdum quod maior aut mi-

Renum inflammatio.

Vteri inflãmatio.

Amygdalarum inflãmatio.

Gurgulionis inflãmatio cum moderato influxu

nor erit influxus, in moderata qu idem flu-
xione austeris, in vehementiori vero acerbis,
ꝙ debilius astringant; austera, ĩ vehementius
aũt acerba.4.simpl.& lib.6.de comp.med.vel-
uti collutionibus moderatis, vbi moderatus
fuerit influxus, ex palmulis decoctis, quando-
que sola aqua, quandoq; melle adiecto, vel
ex rosarum decocto, pampinorum vitis, rubi,
citinorum, radicum mori, & malorum auste-
rorum, veluti sorborum, pirorum, vbi vero

Cum influxu vehemẽtiori.

vehementior erit influxus, mirti & baccarum
eius decocto, ex acerbis cotoneis malis, mes-
pilorum, cornorum, & gallarum, omniũ ge-
nerosissimo, rhois culinarii, ac coriarii: & hoc
decoctũ gargarizandum præbere, secundum
Gal.lib.6. de comp.med per loca: Et vbi frigi-

Cũ fluxionne frigida.

dior fuerit fluxio, aloe, cyperus, & iunci rotũ-
di odorati flos conferet. quare repulsoriis his
semper vtendum, nisi dolor etiam vehemens

Cum dolore

adsit, ꝙ tunc simul cum repulsoriis aliquid ex
mitigatoriis etiam & discussoriis erit vtendũ.

In parotidibus repellẽtia nunquã conueniunt.

In parotidibus vero, aut paucum sit ꝙ influit,
aut multum, aut malignum, aut benignum,
aut corpus repletum, aut vacuum, nunquam
repellentibus erit vtendum, Gal. 3. de comp.
med.per loca: etsi præcessisset vniuersi corpo-
ris euacuatio, quanquam Celsus interdum
ea admittat. Quapropter, vt ibidem ait Gal.nõ
solum non est vtendum repulsoriis, quinimo
oppositis potiꝰ vtẽdũ est, habentib. vim attra-
hendi, prẹsertim, vbi non vehementi impetu

influxus irruat, vt affligens humor ex profundo ad cutem trahatur. Et vbi hęc nihil memorabile efficient, cucurbita etiam erit affigenda, notanter autem dixi: vbi non sit vehemēs influxus attractoriis esse vtendum: quod vbi vehementior adsit influxus, mitigare potius, & non humorum influxioni opitulari conueniat per cataplasmatum maxime lenientium vsum: quod, vbi attractoriis vteremur, aut cucurbitis, periculū essetne adeo vehemens dolor hominem apprehenderet, qui & vigilias & febres, & virium exsolutionem induceret, vt ait Galenus. Ad eundem modum in oculorum inflammatione, pharmacis repulsoriis initio vti solent, quæ tamen non vehementem sortita sint astrictionem, sed tum propria substantia moderata, tum lenitiuorum liquorum admixtione ita confecta, præsertim vbi vehemens dolor adsit. Namq; quæ vehementē astrictionem sortita sunt, cum tunicas exasperent, maiorem dolorem inferunt, consequenter influxum potius augēt, quam quod repellendo eum minuere possint. Quapropter frons illiniri solet ex plantaginis, solani, aut semperuiui succo: oui candido, rosaceo oleo, vel aqua, bolo armeno, ac pauco aceto. In ischiade tamē a repellentibus etiā esse cauendum, quod cū coxendicum iunctura in profundo sita sit, sanguinē ex vicinis & ambientib. vasis ac musculis ad illā cōpellerēt, Gal. 10. de comp. med. per loca. Ex quibus iam patere potest recte

Attractoria in influxu vehemētiori non sunt vsurpanda.

Oculorū inflammatio

In ischiade a repellentibus est cauendum.

dictum fuisse in definitione: Repulsionẽ esse mutationem de vno loco ad alium procul a repellente, facta a frigiditate, vt pars affecta a noxio humore in partem fluente subleuetur. Sequitur aliud remedii genus, quo mediante causa continens, quæ adhuc retrocedere potest, trahitur a loco affecto ad alium locũ affecto loco vicinum: deriuatio appellatur. DERIVATIO est tractio humoris ab eo loco, vbi illapsus est humor, ad alium locum illi vicinum, recte & conuenienter facta, vt affecta pars a noxio humore subleuetur. Ideo autẽ dicitur: deriuationem esse tractionẽ: quod tractio sit vniuersale genus auersionis, deriuationis, & attractionis. Et quod sequitur, esse tractionem humoris ab eo loco vbi illapsus est humor, ad alium locum illi vicinum, eo spectat, vt seiungatur ab auersione, in qua tractio humoris fit in maxima distantia, & procul ab affecta sede. Et quod sequitur, recte & conuenienter facta, notat artem illam exercendi; quæ quidem in iis duobus potissimum exsistit, primum, vt ante eam præcedat auersio, quæ fluxionis impetum vniuersi corporis sedet, & suspicionem recentis & inopinatæ fluxionis, vtque humor exsistens in parte affecta, liquidus adhuc sit, & ab ea remeare potis. Nam quoties ita parti erit infarctus, vt omnem fluendi ac remeandi habilitatem omiserit, non amplius repulsione, nec deriuatione, sed alio remedii genere erit vtendum, veluti mollitione, digestione,

II. DERIVATIO.

Deriuationis & auersionis differentia.

Deriuandi artis duæ cõditiones.

B

ſtione,& inciſione loci.quorum ſingulum eſt percurrendũ,ſi prius manifeſtauerimus,quomodo,in ſingulis morborum generibus,huiuſmodi artem ſuperius deſcriptã practici obſeruent.Recte igitur & conuenienter,ſecundum ideam propoſitam,in capitis affectibus ſcapularum atq; humerorum ſcarificatione, iniectiſq; cucurbitulis,& ſanguinis ꝓfuſione e naribus,deriuatio fiet:quemadmodum etiam in phrenitide, delirio, & apoplexia, in qua ꝑ vacuatione materiæ, quę iã fluxit in cerebrũ, & ipſius ventres,corpuſq; obſtruit 4.loc.aff.c. 2. ſectione venæ cephalicæ, vel frontis, quam affectus capitis omnes a ſanguine perſanare affirmat Auic.cap.de cephalalgia:apud Raſim vero,ſectione venarum iugularium.qui tamẽ in hoc non eſt ſequendus, quod ſine periculo non ſit, tum quod ante ſectionem fricare, & ligare cum opus ſit,vt iugulares tumore & tenſione ſe prodant, cerebrum magis repleamus,tum etiam,quod ex earum ſectione hæmorrhagia fiat multa, & quæ difficile cohiberi poteſt & glutinari. Vertigines vero capitis vitio obortas, atque inueteratos capitis humores calidos, ſpiritusque plenos, deriuabunt præciſæ,quæ penes aures ſunt, arteriæ: dolores priora capitis obſidentes deriuabit aperta frontis vena:occiput vero & poſteriora cucurbitulæ ceruici humeriſque appoſitæ: Aurium inflãmationẽ, & parotides vena ſub aures,gingiuarum , maxillarum , & dentium

Deriuatio in quib. morbis vſurpetur

Capitis affectus.

Phrenitis.
Delirium.
Apoplexia.

Raſis error in cephalalgia.

Vertigines.

Capitis dolores.

Auriũ inflammatio.

Maxillarũ affectus calidi.
Pectoris inflammatio.

calidiores affectus, quæ sub labiis est: anginã, quæ sub lingua cernitur: pulmonũ inflammationem, pleuritidem, pectoris, diaphragmatis inflammationẽ, eadem quæ reuellunt, pariter etiam deriuabũt: e iecoris cauis in aluum fiet deriuatio, e gibbis in vrinas. Sed hæc de modis, quibus materia remeabilis a loco motione locali fugatur. sequitur, vt aggrediamur secundum remedii genus, quod alteratio appellatur, quo mediante qualitates causæ continentis penes qualitates ortæ, eædẽ fere & tot numero sunt, quot sunt vitia in qualitatibus causæ antecedentis exsistentiã: sequitur, quod iisdemmet ingeniis, & immutandi modis reducere poterimus. calfactos quidem refrigeratione, refrigeratos calfactione, humectos exsiccatione, siccatos humectatione, raros cõdensatione, tenues incrassatione, nimis separabiles illinitione seu glutinositate, densos rarefactione, lentos abstersione, crassos vero incisione. in materiis solum differre videntur quoquomodo, ꝙ cum causa continens in determinato morbo contineatur, etsi etiã iisdemmet, quibus causa antecedens immutari possit, ratione tamen proprietatũ totius substantię, exsistentiũ in medicamentis determinatis membris familiariũ, ex Gal. in libr. simpl. passim & repugnantium, quæ sola experientia noscuntur, cogimur diuersis materiis vti, aut conmmiscere hæc iis, quæ alterant, qualitatib. manifestis, ea quę occulta quadã vi

ALTERATIO.

Causæ continentis & antecedẽtis in curatione differentia.

68

ad

ad determinata membra, lterans illud vniuersale, cõducere valẽt. Qua ratione, etsi oxymel pituitam coquat, incidat, tenuet, vacuet: cum tamen ex æquo in omnib. corporis partibus hoc efficiat, cum betonica tamen & pæonia coctum, id valentius in capite præstabit: cum capparibus autem, aut tamarice in liene: cum eupatorio in hepate. Et hoc, quod medicamentorum alia sint, quæ omnibus partibus conducant, alia vero, quæ etsi aliis quoque prosint, vni tamen magis quam alteri conducere dicantur. atque hoc est illud, cur apud practicos plurima medicamenta a partibus sint nominata: quorum alia cephalica appellantur, veluti ex calidis simplicibus betonica, ex frigidis simplicibus viola, ex compositis frigidis diambra, aurea Alexandrina: alia pneumonica, thoracica, pleuritica. valent ex calidis simplicibus glycyrriza, ex frigidis simplicibus hordeum, ex calidis compositis linctus de pinu, ex frigidis compositis saccharum violatum: alia cardiaca, veluti ex calidis simplicibus crocus, ex frigidis simplicib. santala, ex calidis compositis diambra, ex frigidis compositis diarrhodon sine speciebus: alia stomachica, veluti e calidis simplicibus absinthium, cinnamomum, ex frigidis simplicibus rosa, ex calidis compositis diacidonium Galeni, ex frigidis compositis saccharum rosaceũ: alia heparica, veluti ex calidis simplicib. absinthium, ex frigidis simplicibus cichoreũ

Oxymellitis ad determinata mẽbra præparatio.

Medicamẽta quædam a partibus nomen sortita sunt.

Cephalica.

Pnemonica.

Thoracica.

Pleuritica.

Cardiaca.

Stomachica

Hepatica.

omne, ex calidis cōpositis diaciminum, ex frigidis compositis diarrhodon abbatis sine speciebus: alia splenica, veluti ex calidis simplicibus chamędris, ex frigidis simplicib. asplenū seu cetrach, ex calidis compositis diacalaminthe, ex frigidis compositis diasanthalon: alia nephritica cystica, veluti ex calidis simplicib. radix apii, dauci, & etiam fœniculi, ex frigidis simplicibus semina magna peponū, melopeponū, ex calidis cōpositis oxymel scylliticū: ex frigidis ceratum santonicum: alia ictterica, veluti ex calidis simplicibus pulegiū, ex frigidis simplicibus nymphæa, ex calidis compositis aromaticum moscatum, ex frigidis compositis ceratum santonicum: alia arthritica, veluti ex calidis simplicibus scilla, ex frigidis simplicib. acetum, ex calidis compositis oleum de been, ex frigidis compositis oleum rosatum. Quare, etsi eadem vivendi ratione, qua diximus alterutri vitia causæ, antecedentis penes qualitates contracta, vitia etiam causæ continentis immutentur, iisdem tamen recte immutari non poterunt, nisi commixtis cum aliquo possidente vim respiciendi magis partem vnam, quam aliam. Sequitur igitur, vt percurramus materias, quibus ii, qui praxin exercent, vti solent, varias, pro varietate partium corporis humani. Ob id etsi in cerebri obstructione illa pendente a materia pituitosa, a qua ꝓueniat amissio sensus & motus, non vtātur vt plurimum pręparantib.

Splenica.

Nephritica.

Icterica.

Arthritica.

Obstructio cerebri a materia pituitosa.

rantibus:& hoc, quod morbus non det inducias, sed ante concoctionem & præparationē euacuent per medicamentum purgans:in paralysi tamen, in qua pituitam prius præparant & coquunt,tenuantibus,tergentibus, vti solent melle rosaceo colato vsque ad sexunciā cum duplo aquarum saluiæ,& betonicæ,a clementioribus transeuntes ad validiora, ad mel rosatum, aut oximel simplex, aut syrupū acetosum simplicem, syrupum stœchados cū aquis prædictis,postremo ad syrupum stœchados solum cum dictis aquis, cauentes tamen in huiusmodi affectu ab aceto & acetatis omnibus:& hoc, quod etsi ad pituitā crassam tenuandā, & lentam incidendam sint efficacia, neruis tamen, quorum affectus est paralysis, nocent, vt frigida & mordacia cætera. Ob id eo rarius vtendum & parcius, præsertim solo: additū enim mel rosaceum noxam ab eo prohibet.iisdē etiam in conuulsione vtentes,præsertim vbi morbus non sit vehementior, nec dolorem afferat magnum, qui vires prosternat. Tunc enim citra coctionem vacuandum est etiam potentibus remediis, ne interdum, dum coctio fieret,vires deficerent,&moreretur æger, vt hoc casu cucurbitula etiam parti conuulsæ applicata leui, si spasmus est paruus, cum scarificatione vero,si est magnus,vti possint. Ad eūdem modum in epilepsia, in intermissione causam alterantes genituram epilepsiam, quæ fere est ipsa pituita, melle rosato

Paralysis.

In paralysi acetata fugienda sunt. Neruis qua inimica.

Aceti correctio.

Conuulsio.

Epilepsia.

coquentes, oximellite ſimplici, compoſito,
ſcyllitico, ſyrupo ſtœchadis cũ aquis capitali-
bus, præcipue hyſſopi. In cerebri autem inflā-

Cerebri inflammatio. Phrenitis.

matione illa, quæ phrenitis appellatur, præter
viuendi rationem tenuem, refrigerantem &
aſtringentem, ſyrupis præparantibus non vtē-
tes, ſed non apparatam materiam, quod tur-
geat, aut vacuari ſuapte natura ſit habilis ma-
xime, nec morbus det inducias, euacuantes,
quod periculum ſit, ne phrenitis, quę eſt eriſi-
pelas meningum cerebri, confirmetur, & fiat
abſolutum apoſtema. In intemperie autem

Cordis tremor a materia calida.

cordis calida a materia calida craſſa, a qua ex-
empli gratia proueniat tremor cordis, appa-
rantes materiam craſſam calidam ſyrupo vio-
lato, intibi, ex ſucco oxalidis, ribes acetoſo: &
vbi valentius refrigerare volunt, ſyrupis maxi-
me cardiacis, ex ſucco acido limonum, aut po-
tius citrorum, cum aqua roſarum, portulacæ,
lactucæ, intibi, ſolani, plantaginis. In intempe-
rie autē cordis frigida a materia frigida, a qua

Cordis tremor a materia frigida.

cordis tremor: pituitoſam materiam inciden-
tes, tenuantes, tergētes melle roſato, oximel-
lite ſimplici, compoſito, ſcyllitico: & vbi valē-
tioribus indigent, ſyrupo de duabus & quin-
que radicibus, cum aqua betonicæ, ſcabioſæ,
melliſophylli, quæ ſanguinem cordis humore
melancholico expurgat: vtentes etiam ad idē

Syrupi pectorales.

ſyrupis pectoralibus, glycyrrhizę, hyſſopi, praſ
ſii, ſyrupo de thymo, de epithymo, de pomis a
Meſue ſcriptis in melācholia; ſyrupo fumariæ
cum

cum aquis buglossi, vtriusque fumariæ, scolopendrii: aduertentes semper in apparãdis materiis causantib. cordis affectus, ne aut calida aut frigida immoderata sint, vtraq; enim moderata esse debent, ne cor pars princeps, & vitæ fons, ab immoderate tam calidis quam frigidis in contrariã intemperiem præcipitetur: quin immo si in calida intemperie, frigidis aromata quædam calida admiscenda, vt frigidorum aditum sibi densando præcludentiũ, vim ad cor ipsum deducãt, nisi magnum sit cordis incendium: vt in causo, in quo solis frigidis est pugnandum, quales trochisci de caphura Rasis. In intemperie autem pectoris calida, aut pulmonum cum materia calida, a qua proueniat tussis, materiã calidã & tenuem fluere paratã apparantes frigidis & crassantibus, sed lenientib. vias, nõ autẽ materiã pulmoni affigẽtibus, & inculcantibus, velut syrupis, quos appellant pectorales, cuiusmodi sunt violatus, & iuiubarum, aut decocti hordei vncias quinq; aut sex. In intemperie vero pectoris frigida pendente a materia frigida, a qua itidem tussis proueniat, syrupo glycyrrhizæ melle rosato etiam tersorio, syrupo hyssopi, tersorio magis, & syrupo marrubii, maxime horum omnium tergente, cum duplo aquarum scabiosę, hyssopi, prassii, fœniculi, adiãthorũ, vel decocti horum simpliciũ, & glycyrrhiza, dactilorũ; quod etiam per se (dulce enim est) mane calens dari potest. Amplius materiam pulmonibus cõ-

Causus.

Tussis a materia calida.

Tussis a materia frigida.

Materiæ pulmonibus conceptæ ad exspuẽdum præparatio.

ceptam exſpui facilem reddentes(in quo ſtudio curationis pars eſt præcipua) calidam quidem & tenuem pulmonibus immerſam craſſantibus, vt efflatione expellatur , non autem tuſſim ob tenuitatem eludat, nec diſſiliat, elegmatis quibuſdam lentis, veluti de papauere, diacodione, ſaccharo violato, iulep, & ſyrupo violato, e dragacanto, decocto hordei ſaccharato , quæ cochleari ſumta in faucibus paulatim deglutiantur, lib. de vſu partium, vt portio eius quædam in aſperam arteriam deerret, vbi nobis edentibus, & bibentibus , cibi & potus portio tenuior eodem transferatur, vel potius inſpiratu violento in aſperas arterias trahantur, & aliquanto poſt tuſſi reiiciãtur , foris autem thoracem oleo violato inungentes. Exſiſtente autem materia frigida elegmate ſano, & experto, vel ex pulmone vulpis a Meſue ſcripto in curatione phthiſis miro in pulmone roborando , ſyrupo glycyrrizæ ſæpe ſumendo, vt prius cochleario per ſe , vel cũ decocto vuarum paſſarum, ficuum, glycyrrizæ , & aliorum pulmonariorum: item penidiis e diariis Nicolai ad ciceris magnitudinem : foris illinendo oleo amygdalarum dulcium per ſe, aut etiam cum butyro recenti non ſalſo , & croco pauco, vel etiam oleo, & mucagine ſeminum lini, fœnugręci, maluæ, altheæ. In obſtructione autem pulmonis, aut pectoris a materia pituitoſa craſſa, a qua proueniat exempli gratia, difficultas anhelitus , velut aſthma , apparantes materiam

Pulmonis in phthiſi roboratio.

Aſthma ab obſtructione pulmonis aut pectoris.

materiam in pulmone collectam, calfacientibus, humectantibus, incidentibus, tenuantibus, tergentibus, iisque præsertim, quæ familiaritatem, & proprietatem cum his partibus habent: qualia sunt syrupi glycyrrizæ, hyssopi, prassij, & his valentioribus de duabus & quinque radicibus, oxymellite item simplici, composito, & valentius scyllitico, cũ duplo aquarũ hyssopi, feniculi, vel decoctis radicis helenii, vuarum passarum, dactilorum, adianthorum, & cæterorum thoracicorum: illud semper aduertentes, ne multum calidis initio vtamur, ne tenui resoluto, crassum exspuitioni ineptũ relinquatur. Amplius promotione sputi causam continentem eiicere conãtur: quod quidem efficiunt roborando thoracem, arterias asperas dilatando, & incidendo: simplicibus in hunc modum, glycyrriza, vuis passis, ficis siccis, mixis, ziziphis, adianthis, hyssopo, scabiosa, radicibus helenii, aristolochiæ rotundæ foliis, & semine vrticæ, & cæteris dulcibus, nitrosis, salsis, amaris, acribus, vel compositis ex his & similibus, syrupis, electuariis, elegmatis, quale ex brassica, & pulmone vulpis factum, ab omnibus scriptoribus celebratũ proprietate pulmones iuuare, vti pulueris erycii syluestris drachmis duabus sæpe sumtis, radice ari cruda, vel potius elixa, aut sub cineribus assata, trita, & syrupis thoracicis mixta, sputum efficacissime promouente, veluti ad semiunciam, cum elegmatis de pinu, & de pulmone

Sputũ promouentia.

vulpis ana drachmis ſex, cũ ſyrupo glycyrrhizæ commixtis, addendo ſecundum quoſdã vuas paſſas purgatas, ficus, dactilos, penidia, hyſſopum, adianthum: foris autem illinendo oleo amygdalarum dulcium, butyro recẽti, cũ pauco croci, & linteis aſperis molliuſcule fricãdo, vt per poros apertos aliquid materiæ exhalet.

Pleuritis. In pectoris autem inflammatione illa, quæ pleuritis appellatur, apparatur calida materia tenuis, & bilioſa, a qua pleuritis frequenter fieri ſolet (niſi turgeat) quod frequenter eſt. Nam tunc mox erit vacuanda, ſyrupo violato, ziziphorum, cum duplo aquæ hordei, vel aquæ coctæ, & ſaccharatæ. Cauendum enim a reliquis, veluti lactuca, & portulaca valenter refrigerantibus, & hac ratione ſputum prohibentibus. Syrupi autem acetati, quamuis eadem præſtent, præſertim in bile craſſa, thoraci tamen nocent: ſed vtendum erit decocto violarum, ziziphorum, mixorum, hordei, cũ ſyrupo glycyrrizæ, ziziphorum poſt tertium, aut quartum diem. Amplius apparabitur redditione ſputi facile fluidi: nimirum, quod ſputum materiæ pleuritidem committentis, & in pulmones exſudantis facile, & fluidum reddentibus, variando ſyrupos per varia eius tempora, veluti ſyrupo violato, & ziziphorum ad quartum vſque diem, dein ſyrupi violati vnc. j. cum vncia media ſyrupi glycyrrizæ, cum aquæ ſaccharatæ, aut decocti hordei vnc. tribus, violatum ſemper proportione diminuentes:

Syrupi acetati nocent thoraci.

Præparatio materiæ in pleuritide.

1.

nuentes: apparando etiam materiam iis, quæ retinentur in ore, habentibus vim promouēdi sputum, veluti saccharo albo, saccharo cando, & violato, iulep violato, diatragacantho per se, aut iulep violato excepto, diabuglossato quoque ad cordis robur. His ad diem quartum perfectis, syrupo glycyrrizæ per se, vel elegmate de pinu, vbi aderit vehemens febris, cauendum erit a calidioribus, & minus calidis erit vtendum. Apparabitur etiam huiusmodi causa continens, illinitione foris facta ad quartum vsque diem, cerato ex cera, & oleo violato, & amygdalarum dulcium, postea ex amygdalino solo, vel camomellino. Ad eundem fere modum progredientes in peripneumonia, in intemperie ventriculi frigida humida, a qua proueniat hoc symptoma, exempli gratia, quod imbecillitas ventriculi appellatur: apparabitur materia incidendo, attenuando, tergendo: si materia frigidior ventriculum reddiderit laxum, syrupis stomachicis erit corroborandus. Quorum præstantissimi sunt syrupus absinthii Ro. & hepar roborans, syrupus, seu miua cidoniorum aromatica, syrupus menthæ cum duplo aquæ menthæ, & absinthii præcipue, vel fœniculi, betonicæ. Intemperies vero calida a causa calida, syrupo cidoniorum, rosato, ex succo oxalidis, e ribes, cum duplo aquæ rosarum. Intemperies sicca lacte, balneo, & cæteris habentibus humectādi vim. Ad eundē fe-

2.

3.

Peripneumonia.

Ventriculi imbecillitas

Ventriculi laxitas a materia frigida.

Ventriculi intemperies calida a causa calida.

Ventriculo intem. sicco.

Præparatio materiæ in obstructione hepatis.

re modum procedétes in intemperiebus hepatis. In hepatis obstructione apparatur materia, si bilis erit crassa, frigidis quidẽ, & tenuantibus, & aperientibus, veluti intibo hortensi, & agresti, cichorio, & omni seridis, sonchii, hyeracii, chondrillæ genere, syrupo cichorii a Nicolao scripto, cum rhabarbaro, aqua foliorum, & radicum plantaginis, decocto quinque seminum communium frigidorum, rhabarbaro. In obstructione vero a materia frigida incidentibus, tenuãtibus, tergentibus materiam, veluti melle rosaceo, oxymellite, syrupo bizantiorũ, radicum duarũ, aut quinque, cum aquis fœniculi, cassuthæ, eupatorii, asparagi. Vbi pendebit a materia mixta ex bile & pituita, tẽperatis erit apparanda, veluti lupo salictario, vuis passis, glycyrriza, adiantho albo trochiscis rosarum, vel eupatorii: vel calidis, & frigidis prædictis certa mensura mixtis, vt dialacca, diacurcuma, prassij decoctũ, trochisci rhabarbari cum aqua cichorii, intibi, diarrhodo. In hepatis autẽ inflãmatione apparabitur materia mixta cũ iis, quæ semper astringentibus sint associata, ad partis principis robur seruandum, veluti syrupo rosato, ex succo oxalidis, e ribes. si pituita aderit melle rosato, oxymellite simplici, syrupo de duabꝰ, & quinque radicibus, præsertim si phlegmon aderit in gibba hepatis, & cocta iam sit, & corpus reliquum purum: si melancholia, syrupo fumariæ, & de pomis simplici. Intemperies vero lienis,

In obstructione hepatis a materia frigida.

In obstructione hepatis ex bile & pituita

70

Præparatio materiæ in inflammatione hepatis.

In intemperie lienis.

lienis, quæcunque illa sit, aut calida, aut frigida, vt intemperies hepatis erit emendanda. In obstructione lienis iisdem etiam procedentes, quæ obstructionem tollant, quibus materiam iecur obstruentem leuari diximus; quod vtrunque viscus similibus genere medicamẽtis indigeant, quoad præparationem, & etiam euacuationem. in hoc solum differunt, quod lien tanto fortioribus eget, quanto crassiore vtitur alimento. In inflammatione autem lienis eodem modo etiam procedentes, & in fomentis, & cataplasmatis, veluti in hepatis inflammatione dictum fuit. dummodo semper admisceamus ea, quæ citra euidentem calorẽ extenuant, incidunt, & relaxant: & hoc, ne crassus in eo succus obturatus vehementius incrassescat, quemadmodum 13. meth. discurrit Galenus. In obstructione autem renum, & calculi præcautione, materia pituitosa in rene exsistens tergentibus erit apparanda. atq; hoc est illud, cur practici multum confidant in ciceribus, glycyrriza, saccharo; veluti decocto cicerũ cum glycyrriza, & saccharo ab vnciis sex ad octo, accepto pridie medicamẽto leniente ex cassia. Amplius iure galli decrepiti saccharato, aqua lactis caprini, parietariæ decocto, vel aqua, vel succo residente purgato, & saccharato. quanquam hæc omnia non solum causam continentem præparent, sed illam etiam e rene, quod vretica sint, extrahere, & vacuare valeãt. In renũ aũt inflãmatione appa-

In obstructione lienis

In inflãmatione lienis.

In obstructione renum in præcautione calculi

In inflãmatione renum

rabitur materia, si ea, quę refrigerandi, leniendi quoque vim obtineant, vt fomenta, linimenta, emplastra, præter vim refrigerandi, modicam tamen leniendi quoque obtineant vim, veluti si cõfecta sint ex oleis rosaceo, cotoneorum, camomillino; farinis hordeacea, fabacea, fœnogræci, lini semine, & similibus in iocinorls inflammatione fieri solitis. In intemperie autem vteri frigida, a qua proueniat exempli gratia mensium suppressio, apparabitur materia pulegio, thymo, calamento, abrotano, dictamo, radice irĩdis, cassia, acoro, asaro, & sauina; e quibus decocta, & fomenta, & alia parari possunt. In calida autem intemperie suppressionem causante, victu erit apparanda humectante, vtpote ptisanæ, & alicæ sorbitionibus, lacte, oleribus, lactuca, balneo, & cæteris hecticis conuenientibus. At in vteri obstructione, a qua mensium suppressio, parabitur materia, si sanguinis erit multitudo, venæ sectione poplitis, aut malleoli: & hoc, quod sectio materias exagitet, locoq; moueri cogat, aut sit sanguinis crassitudo, aut etiam nimia pituita. si erit ratione crassitudinis sanguinis, & lentoris, tenuandus erit, incidendus, tergendus, liquandus syrupis bizantino, duarum aut quinque radicum, hyssopi, cum aquis apii, fœniculi, petroselini; trochiscis quoque de rubia, & qui a Rasi scribuntur: sin erit a pituita, iisdem met erit apparanda, fotibus etiam & sacculis pectini, & lumbis admotis,

In intemperie frigida vteri.

In suppressione mensium.

In intemperie calida vteri.

In obstructione vteri a qua mẽsium suppressio.

1.

2.

3.

motis, insessu ex decocto pulegii, origani. Sed hæc de modis pellendi vitia causę continentis penes qualitates oborta. Sequitur, vt aggrediamur tertium remedii genus, quod vacuatio appellatur. Quo mediante eiicitur penitus e corpore humor in membro contentus, incipientes a vacuatione per pharmacum. PVRGATIO PARTICVLARIS est euacuatio eius repletionis, quæ virtuti alicuius membri particularis vim infert, facta medicamento recte & conuenienter exhibito, vt actiones læsæ pristinæ suæ dignitati restituantur. Ideo autem dicitur: Purgationem particularem esse euacuationem, quod euacuatio sit commune genus tum phlebotomiæ, tum pharmaciæ, & vniuersalis, & particularis. Quod sequitur, esse euacuationem eius repletionis, quæ virtuti corporis vim infert, facit differre huiusmodi purgationem particularem a quocunque phlebotomiæ genere, tum vniuersali, tum particulari. Quod autem sequitur, esse euacuationem eius repletionis, quæ virtuti alicuius membri particularis vim infert, eo spectat, vt seiungatur a purgatione vniuersali, quæcunque ea sit, quæ destinata est ad expurgandas vias communes, ac publicas corporis regiones, per quas vniuersum corpus expurgari potest. At particularis hæc purgatio limitata est, & contracta ad expurgãdas determinatas aliquas corporis humani partes, excrementis subiectas, quæ nec late dimanãt, nec in

III. Vacuatio.

Purgatio particularis.

Purgationis particularis & phlebotomia differentia.

Purgationis particularis & vniuersalis differentia.

vniuersum corpus influunt, cuiusmodi sunt cerebrum, pulmones, renes, & vterus. Quod postmodum sequitur: huiusmodi particularẽ purgationem fieri medicamento recte, & cõuenienter exhibito, ad id spectat: vt notet instrumentum, quo mediante fienda est huiusmodi particularis purgatio, atq; artem tractãdi illud instrumentum. Instrumentũ autem &

Materia purgationis particularis

materiæ, quibus membrum aliquod particulare ab humorib. sibi molestis expurgari poterit, aliud non erit, quam eadammet medicamenta, quibus superius diximus purgari, ac eiici posse e corpore antecedentem causam: in hoc solum differunt, quod iisdemmet medicamentis ducentibus a corpore vniuerso, vbi commiscuerimus aliquid, quod respiciat particulare aliquod membrum, illud magis euacuabitur a parte illa, quam ab aliis corporis partibus ratione medicamenri, medicamẽto associati magis dirigentis medicamentũ illud ad vnam partem, quam ad aliam; veluti si bilis sola purganda erit, & detrahenda ab aliquo mẽbro determinato, aut pituita sola, aut melancholia sola, aut duo humores simul, veluti bilis pituita; bilis melancholia, pituita, melancholia; aut omnes tres simul, bilis pituita melancholia, iisdemmet medicamentis, quibus diximus purgari causam antecedentem, iisdemmet causa continens purgari poterit, dummodo aliquid addamus illi medicamẽto, quod ad partem illam determinatam medicamentum

mentum illud magis quam ad alias conducere possit: eaque quæ medicamento adduntur non solum partis determinatæ familiaritatẽ, sed etiam temperamentum, & anni tempus, & alias circumstantias respiciant. In hunc modum, si pituita erit purganda a capite, agarico purgari poterit, & aliis, quibus diximus pituitam purgari posse, dũmodo illi addamus, si patiens erit calidæ temperiei, & tempus æstiuum, caphuram, santalos rubros, ac luteos; si vero est temperiei frigidæ, & hyems adesset, nucem miristicam, stœchadem, hyssopũ, spicum nardi, & lignũ aloes: quod huiusmodi omnia cum caput respiciant, magis etiam apta sint medicamentum illud ad caput potius, quam ad alias conducere. Sin autẽ pituita a pectore erit ducenda, & sumens sit calidæ temperiei, & tempus æstiuum, medicamentũ erit associandũ capillo veneris, violis, hordeo, amygdalis dulcibus, passulis: sin aũt erit frigidę tẽperiei, & hyems vigeat, cõmiscẽda erũt iris, nasturtiũ, myrrha, aristolochia, prassiũ, hyssop⁹, cardamomũ, scylla, sin ab hepate intentio sit educere intemperie frigida, & hyeme, spica erit conducendum medicamentum eupatorio, absinthio, amygdalis amaris, cinnamomo: in temperie calida & æstate, spodio, fumaria herba, endiuia, lactuca, & santalis. Cum vero a iuncturis erit euacuandum in æstate associandum erit tragacantho, succo caulium, & similibus: hyeme

Pituitæ a capite purgatio in tẽperie calida & tẽpore æstiuo.

In tẽperie frigida & hyeme.

Pituitæ a pectore eductio

Pituitæ ab hepate ductio.

Pituitæ a iũcturis vacuatio.

vero ſcylla,polio, cardamomo, aſſaro, acoro, ſcordio,amomo,chamædri,chamepithi. Si a

A liene.

liene,in æſtate thamarice, ſalicis cortice,agno caſto,dauco:in hyeme vero & frigida temperie, cappari, ſcylla, ſcordio, ſcolopendrio, aſſaro, ſpica, ſalgemma, calamentho, marrubio,eupatorio,abſynthio, aniſo. Sin a renibus

A renibus & veſica.

& veſica, in quacumque temperie, quinque radicibus aperientibus erunt commiſcenda, videlicet petroſelini, fœniculi, apii, aſparagi, ruſci,ſaxifragia,atque milio ſolis. In æſtate vero & calida temperie peponum ſeminibus ac cucurbitarum,a cantharidibus cauẽdo, quod extrinſecus potius quam intrinſecus ſint applicandæ.

Ab vtero.

Ab vtero vero,in ęſtate capilli veneris erunt commiſcendi, pimpinella,rubia tinctorum : in hyeme vero & frigida temperie pulegium,calamentum,ſabina,ruta, matricaria, iuniperum, myrrha, & huiuſce generis alia, atque hæc omnia, quæ in pituita educenda ab aliqua corporis parte determinata dicta ſunt, traducenda erunt etiam ad alio-rum humorum purgationem:bile ſcilicet, atrabile, atque aliis humorum differentiis ſimul complicatis .Et hoc, quod ſimplicia iam enarrata cholagogum medicamentum æque deducere valeant ad illa membra, vt ducere poſſunt phlegmagogum, & atrambilem euacuare aptum.

Ars recte & conuenienter exercendi purgationem perticularem.

Arte autem particularis purgatio exercebitur & recta & conuenienti ratione, ex obſeruatione earum conditionum, quas

quas diximus esse seruandas in purgatione causæ antecedentis:nimirum ex consideratione humoris,seu quod genus humoris a membro sit purgandum , & hoc,quod a determinata specie humoris, determinatum medicamenti genus eligatur:quantitas medicamenti itidem ex quantitate humoris,atque eius situ: tempus purgandi materiam conuenientem, & vtendi particulari purgatione commodum & arte factum erit,si prius reliquum corpus vniuersali præmissa aliqua purgationis specie, probe fuerit exinanitum , prorsusque excrementis vacabit:ne dum euacuatur membrum aliquod particulare , aliũde noxii humores in affectam sedem rapiantur. Vnde semper vniuersalis curatio particulari est præmittenda. Loca vero & viæ,per quas commode materia & causa continens erit educenda , ex locis & viis sumenda erit in affectam sedem e directo ferentibus. Ob id pro cerebri purgatione qui praxim exercent,errhinis atque apophlegmatismis vti solẽt : errhinis quidem per nares vel vel immissis,vel haustis , a cerebro purgantes superuacuam pituitam,non eam quidem,quę in ventriculis , cum a ventriculis nulla via excurrat in nares,sed eam,quę circa cerebri substantiam , circumque meninges colligitur & fluitat,iubentes,vt prono capite hauriatur, & hoc, vt recta per os & homoides feratur, nec recidat in fauces.Similis est sternutamenti ratio differẽs vi maiori:quod ratione vehemẽtis

Purgatio vniuersalis debet præcedere particularem.

Pituitæ circa menirges collectæ purgatio per errhina.

Sternutamenti ab errhinis differentia.

ſuccuſſionis, ratione cuius non modo cerebrum expurgat, ſed & quæ in partem eius poſteriorem, atque etiam in fauces irruunt, valido incuſſu reuellit. Apophlegmatiſmis vero ſeu manſu, ſeu gargarizatu, quibus ſaliuam atque pituitam ore deducunt, quibus vis maior ineſt expurgandi cerebri ventriculos: & hoc ratione viæ ab illis decliuis in palatum: aduertentes tutiorem eſſe iſtorum vſum confecto iam cibo, quam cum crudus venter eſt, ciboq; turgens. Atque hoc eſt illud cur practici in intemperie capitis frigida & humida a pituita pendente, poſt vniuerſi corporis euacuationẽ volentes a capite pituitam vacuare, ſternutatoriis & errhinis illam vacuare nituntur, blãdioribus primum, veluti aqua vel ſucco maioranæ, betæ foliorum aut radicum: deinde vbi opus eſt, valentioribus, veluti puluere piperis, ſtruthii, ellebori albi cũ ſucco betonicæ, meliſophilli, rutæ, radicis cyclaminis, apophlegmatiſmis vero ex manſu maſtices, vuarum noſtrarum clibano ſiccatarum, baccarum oxiacanthes, pirethri, ſtaphidoſagriæ: gargariſmatis denique expurgante aliquo prius dicto in aqua quapiam capitali ſoluto: aduertentes tamen cum Auicenna apophlegmatiſmos, & gargariſmata noxia eſſe propenſis ad catharros, & affectus alios pulmonis, & thoracis, ob id hæc in his eſſe vitanda. Ad eundem modũ in paralyſi procedentes pro auertenda in contrarium materia, ſternutatoriis, errhinis, apophleg-

Apophlegmatiſmis vtendi tempus.

Pituitæ a capite purgatio per Errhina blandiora & valentiora.

Per apophlegmatiſmos.

Per gargariſmata.

Apophlegmatiſmi & gargariſmata quibus noceãt.

Paralyſis.

phlegmatiſmis,& gargariſmatis ante dictis:iiſdem etiam in conuulſione progredientes, iiſdemmet in apoplexia. Pro pulmonis autem, pectoris, & interiorũ thoracis expurgatione, bechicis procedẽtes; quod ex iis partibus etſi non nihil detrahi poſſit in aluum, perexiguũ tamen ſit:eaque in lentam & craſſam medicamenti formã, qualis elegmatis eſt,aut ſyrupi, adminiſtrantes,vt diutius ſubſiſtentia, ac faucibus obhærẽtia maiore portione ſubire poſſint in aſperam arteriam, nec ita præpropere, ſicuti ſi liquida eſſent,in ventrem illabi. Atq; hoc eſt illud, cur practici in intẽperie pectoris,aut pulmonum cum materia pulmonibus cõcepta,tuſſim cauſante,in calida quidẽ vtunt elegmatis quibuſdam lentis, obtinẽtibus vim incraſſandi materiã, vt efflatione expelli poſſit,& tuſſim ſui tenuitate nõ eludat:veluti elegmate de papauere, diacodione,ſaccharo violato,ſyrupo violato tragacãtho, decocto hordei ſaccharato:aduertentes vt paulatim degluſtiantur:&hoc vt aliqua portio in aſperã arteriã deerret. In frigida vero elegmate ſano & experto, vel ex pulmone vulpis Meſuæ, ſyrupo glycyrrhizæ, & huiuſmodi. Ad eundem modum procedentes in obſtructione pulmonũ, aut pectoris facta a materia pituitoſa craſſa, a qua proueniat anhelit⁹ difficultas,veluti aſthma, ſputum promouere nituntur. Sputum autem promouent roborando thoracem, dilatando aſperas arterias, & incidendo, hisque

Conuulſio.

Apoplexia.

Thoracis expurgatio.

Tuſſis a materia calida.

Tuſſis a materia frigida.

Ahma ab obſtructione pulmonum.

quę vel simplicibus, veluti glycyrriza, vuis passis, ficis siccis, adianthis, hyssopo: vel cōpositis, quale elegma ex brassica, & ex pulmone vulpis, radice ari cruda, vel potius elixa, & syrupis thoracicis mixta, sputū efficacissime ꝓmouēte. Ad eundem modum procedentes etiam in pectoris inflāmatione illa, quæ pleuritis dicitur, reddendo sputa facile fluida: veluti syrupo violato, ziziphorum, vel vtroq; simul mixto, cum aquę saccharatæ, aut decocti hordei vnc. tribus: sputum quinetiā promouentes iis, quę habent vim eliciendi sputum: veluti saccharo albo, saccharo cando & violato, diatragacantho per se, aut iulep violato excepto. Pro renū autem, & vesicæ purgatione vreticis vtentes. Atq; hoc est illud, cur practici in obstructione renum, & præcautione calculi, volentes euacuare materiam pituitosam a loco renū, vreticis illā vacuare nituntur: veluti decocto cicerū, præsertim cum glycyrriza & saccharo, ab vnciis sex ad octo: accepto pridie medicamento leniente ex cassia: id enim decoctū renes & vesicam multum terget, ciceribus, glycyrriza, saccharo: vel iure galli decrepiti saccharato, & aqua lactis caprini. Ad eundē modum in renum inflāmatione, cōcocta scilicet ac sedata inflāmatione, ꝙ ex doloris remissione cognoscetur. Neque enim initio ea, quę vrinam mouent, medicamenta sunt bibēda ex Gal. 13. met, ꝙ mordaces humores inflāmatis partibus inducant, & vehementer oblædant: quin-

Sputum promouentia.

In pleuritide sputi promotio.

Renum & vesicæ purgatio.

Pituitæ in obstructione renum vacuatio.

Renum inflammatio

Diuretica nō conueniūt in principio inflāmationis renū

72

quinimo ab euacuatione per medicamẽtum purgans initio eſt cauendum, ſed clyſteribus mollibus ſolum eſt vtendum: per vrinam ꝓuocantia poſtmodum purgare ſolent, quod a concoctis inflammationibus vrinæ prodeant multæ & craſſæ, veluti fœniculo, apio, & piſtaciis probe percoctis. Ad eundem modum in iecoris phlegmone, præſertim in parte iecoris gibba, vrinam mouentibus, quod materia, quæ ſimam occupat, deiectione ſit vacuanda, dummodo vtrobiq; pauca adſit materia: ꝙ vbi multa eſt, etiam per inteſtina Gal. 13. meth. purgatio ſit ſuſpecta. Qua ratione non ſunt pertranſeunda caſſia, manna, rhabarbarũ infuſum pro vacuatione bilis, vbi abundabit, quod non trahant a longinquo, nec materias exagitando ad fluendum incitent. Pro vteri autem purgatione hyſtericis vtentes. atque hoc eſt illud, cur in vteri obſtructione: a qua proueniat menſium ſuppreſſio, vbi præſertim vaſa in vterũ deſinentia clauſa ſunt, mercurialem herbã tuſam linteo inuolutam peſſi modo noctu immittant appenſam filo, vel melanthii farina, vel mithridati drachma vna, cũ maſtices ſcrupulo vno: ꝙ hæc non ſolũ repellatꝗ, ſed etiã valentius attrahat, quod apophlegmatiſmo probat: vbi hæc non ſuffecerint, opoponax, galbanum, ſagapenũ, ammoniacũ, eupatoriũ parũ pectini admouenda, vel peſſo immittẽda. Pro alui autem purgatione balanis & clyſteribus procedunt: hoc modo

Iecoris phlegmone.

Vteri purgatio.

Menſium ſuppreſſio.

ſane & ex iis locis purgãtur materiæ continẽtes, in diuerſis locis contentæ. Quoniam autẽ in purganda materia continente in determinatis corporis partibus exſiſtente, ad plura reſpicere oportet pro illius euacuatione, cum non ſolum materiam purgandam, ſed & morbum, & ſymptoma, & locum affectum reſpicere debeamus. Quapropter vt purgatio materiæ continentis recte & facile haberi poſſit, medicamenta purgantia proponemus, quæ habita ratione cauſarum, morborũ, ſymptomatum, & locorum affectorum materias illas e diuerſis corporis partib. purgare poſſint, incipientes a materiis purgandis ab ipſo ventriculo. Porro ſi materia purganda, ſit humor acidus frigidus, morbus autem intemperies frigida, ſymptoma appetentia canina, locus affectus os ipſius vẽtriculi, in quo materia illa cõtineatur, huiuſmodi medicamento conuenienter euacuabitur, ex hieræ drac. ij. ex vino cũ aqua calida diluto, quod hiera extrahere ex profundo oris ventris imbibitum humorem, & per aluum inferne euacuare poſſit: & hoc ratione materiæ: ratione vero intemperiei in ventriculo inductæ, non tantum calfacere, ſed etiã deſiccare poſſit: ratione vero loci affecti, ventriculi ſcilicet, ventriculo robur addere poſſit, ne nocuum humorem ſuſcipiat: vel in hunc modum. ℞. hieræ drac. j. ß. agarici trochiſcati. ſcrup. ij. formentur catapotia. Ad eundem modum in pica, vitioſus humor vomitu

Ars recte purgandi materiam continentẽ.

Appetentia canina.

Hiera.

Pica.

mitu vacuandus erit, aut acris ſit humor, aut B acidus, aut ſalſus: ex aqua tepida: & vbi difficilior erit vomitus, adiuuandus erit pauculo aceto, aut ſyrupo acetoſo, & vbi materia erit craſſior & viſcidior, rafani decocto cum aceto mulſo, vel hoc purgante ex picra Gal. Atque ipſo rhabarbaro, ſeu agarico pro ratione redundantiæ humoris peccantis. Aduertendum autem eſt in mulierib. grauidis, quæ hoc ſymptomate affligi ſolent, alia via quam per vomitum non eſſe tentandum humoris exitum, cũ huiuſmodi affectio potiſſimum primis menſibus contingere ſoleat ex Hippocratis ſententia. Sin autem morbus ſit calida & ſicca intēperies, materia ſit bilis, ſymptoma ſit ſitis, euacuanda erit per vomitum copioſa aqua tepida addito aut pauco aceto, aut ſyrupo acetoſo, prius exhibendo humectans alimentum, veluti ptiſanæ cremorem. Vbi autem difficilis erit vomitus, per inferna lenientibus medicamentis erit purganda, veluti caſſia fiſtula, aut ſyrupo ex plur. infuſ. viol. cum tamarind. decocto. Sin autem materia erit pituita ſalſa, ptiſana ac eius cremore, melle roſaceo, aut diluta aqua mulſa. Sin autem ventriculus & inteſtina laborabunt intemperie calida, materia acri & mordaci aſſociatis cũ hoc ſymptomate, quod lienteria appellatur, prius præparãdus humor hoc medicamento, dein erit purgandus: ℞ corticum mirab. citrin. drac. iij. tamarin. drac. vij. facto decocto in aqua cichorii, accipiendo

Pica grauidarum.

Sitis ex bile.

In vomitu difficili per inferna purgandum eſt.

Lienteria ex intemperie calida.

prædicti decocti quantitatem sufficientem, atq; in eo dissoluendo syrupi ex plurib. infus. ros. rub. vnc.iij. rhabarbari in parte prædicti decocti macerati drac.j. fiat potus. Materia vero exsistẽte pituitosa, & intemperie frigida, ad quam sequatur lienteria, aut vomitu erit vacuãda: si in ventriculo exsistet, aut si in intestinis, deiectione hoc medicamento fiẽda: ♃ corticũ mirab. cheb. drac. iiij. infusis in aqua melissæ & borraginis, & facta forti expressione, in ea dissoluẽdo syrupi ex plurib. infus. ros. psic. ℥. ij. agarici ʒ. j. fiat potio: vel pillulis formatis ex pul. hierę simpl. Gal. ℈. iiij. agarici ℈. ij.

Liẽteria ex intemperie frigida.

In coctione vero diminuta, abolita etiam ipsius ventriculi, vbi pendebit ex multitudine alimentorum, quæ concoqui nequeat: considerandum erit, si alimentum sit diminute cõcoctum, & exsistat in superiori ventriculi parte, ita vt concoqui possit, & tunc adiuuandum erit exhibitione diatrionpipereon simplicissimi, modo a Gal. 4. san. tuen. scripto: aut eius loco tantundem piperis longi aut albi, aut nigri: aut si difficile possit coqui, si in ventriculo erit, & æger facile vomat (quod cogere eũ qui vomere non possit sit absurdum ex Gal. 1. loc. aff.) vomitus promouendus erit potu aquę tepidę multę, pauco aceto, aut oxymellite, aut si vomere nõ poterit, aut quod nutrimentum ad inferiora ventris sit motum, p sedẽ erit eiiciendũ, eius expulsionẽ adiuuando aut glande subdita, aut leni p clysteres infusione 8. meth.

Ventriculi coctio diminuta.

Qui vomere non potest non est cogendus.

Vbi

Vbi vero ventricul⁹ inflatione seu flatu torquebit, vomit⁹ erit ciendus vomitoriis supra adductis, & per inferius glandibus ex rebus flatum discutientibus formatis, veluti est rutæ semen, & ciminum æquali põdere, cum melle cocto, aut ex rutæ foliis contusis, cimino pauco, sale, & caricis simul inuolutis balanos conficere: aut hoc clysteri: ex foliis rutæ, flo. camom. pulegii, & calaminthæ an. man. ß. seminis anisi, fœniculi dauci & cumini an scru. iij. furfuris pu. j. caricarũ numero iiij. fiat decoctum secundum artem, cuius accipe lib. j. adiiciendo vnc. iiij. olei anethini, camom. vel rutacei, mellis rosacei vnc. ij. confectionis de dactilis drac. iij. benedictæ tantũdem & pauco sale, fiat clyster. Vbi vero laborabit ileo, qui erit ex stercorũ multitudine obstructioné causante, mollientibus, & humectantib. stercus, quale erit hoc. Ex foliis maluarum, violarum, mercurialis, altheæ an. m. j. flo. camom. fœnigræci m. ß. salis communis parum, bulliant in iure aliquo: accipiendo prædictæ decoctionis quantitatem suff. & addendo olei com. amygdalarũ dulcium, aut camom. aut anethini vnc. iij. mellis rosacei vnc. ij. & fiat clyster. Ita enim durities stercoris ab humido, & pingui tolletur, addendo aliquod medicamentum purgãs vbi non euacuabuntur. Per os vero (præsertim vbi ægri ventriculus valeat) olei cõmunis vnc. iiij. vel lib. ß. aut tantundem olei amygd.

Ventriculi inflatio.

Ileus.

Duritiẽ stercoris emollien clyster.

Decoctum Camomeli.

dulcium, vel decoctum camomeli: quod vt si quid aliud hypochondriis, ac reliquis visceribus est gratissimum, cum rarefaciat corpora condensataq́, emolliat indurata, relaxet tensa, doloresque sedet ac mitiget Gal.3. simp. med. vbi vero ex venenoso pharmaco continget, aqua tepida, & oleo calido, & iure pingui potato. Vbi vero ventriculus torquebitur nausea, & vomitione pendente a vitiatis humoribus stomacho impactis, vomitu materia erit eiicienda ex aqua mulsa, Gal.7. meth. aut mulsa, in qua incoctum sit absinthium, cum ab hoc medicamento Gal. tenues succi, quicunque in ore ventriculi continentur, commode pellātur deorsum. Vbi vero vomitu eiici non poterunt, aut quia æger vomitui difficilis sit, idoneis medicamentis erit vtendum, quæ scilicet modice purgēt; sic vt eorum vis super ventriculi, & intestinorum loca non ascendat: qualia sunt illa, quæ ex aloe componuntur, aut aloe ipsa.7. meth. In singultu vero a repletione cū materia calida, aut frigida (nam quæ ab inanitione repletionem ex cibis postulat) vomitus est sufficiens medela Gal. In dolore ventriculi seu cardiaca affectione ab intemperie calida cum materia acri biliosa, os ventriculi infestāte, facto decocto in aqua fontana, & tamarindorum vnc.j. dissoluendo in ipso, aut mellis acerei vnc. iij. aut tantundem syrupi rosati solutiui, & rhabarbari infusi in vnc.ij. succi rosarū drac.j. vel scrup.iiij. spicæ gr.iij. fiat potus. Materia

Nausea & vomitio a vitiosis humoribus impactis ventriculo.

Decoctum absinthii.

Singultus.

Cardiaca affectio ab intemperie calida.

teria vero crassa, ac lenta causans dolorem colicum, clysteri ex communi oleo facto, quod sæpe simul cum fecibus pituitam vitream eiicit, Paulo, & dolorẽ finiuit subito: aut ex eodem oleo, in quo prius decocta fuerit ruta, seu semen aliquod, quod flatum dissipet, Gal. 2. loc. aff. & 12. meth. Materia vero acris, & mordax huiusmodi dolorem causans, clysteri ex ptisanæ cremore, 12. meth. & medicamento amaro, quod ex aloe componitur, picra appellato. Gal. 1. loc. aff. & aliis plerisq; pro curatione doloris colici. Hactenus de his, veniamus ad vomitoria, & clysteria vt sciamus vsum ipsorum in purgandis materiis ab ipso ventriculo. De VOMITORIIS igitur sic dicamus. Materia exsistente in ventriculo, aut acris sit, aut acida, aut salsa, picam causante, vomitu ex aqua tepida erit eiicienda, & vbi difficilior erit vomitus, adiuuandus erit pauxillo aceti, aut syrupi acetosi, & vbi crassior erit, & viscosior, raphani decocto cum aceto mulso: aliaq; via in mulieribus grauidis non est tentandus humoris exitus præsertim medicamento purgãte, Hippocrati, quod huiusmodi affectio primis potissimum mensibus contingere soleat. Exsistente vero materia biliosa in ventriculo intemperiẽ calidã, & siccã cum siti inducente, prius exhibito humectante alimento, veluti ptisanæ cremore, vomitu postea erit euacuãda, copiosa aqua tepida, addito aut pauco aceto, aut syrupo acetoso. Eisdem modis

Colicus dolor a materia lenta & crassa.

Colicus dolor ab acri & mordaci materia.

Vomitoria.

Sitis biliosa

materia acris, & mordax, aut pituitosa excrementa intemperiem inducentia aut calidam, aut frigidam, ad quas sequuntur lienteria, vbi materiæ istę in ventriculo exsistent, huiusmodi vomitoriis erunt eiiciendæ. Ad eundem modum in ventriculi inflatione ciendus erit vomitus iis modis supra adductis. In singultu quoq; qui fit a repletione a materia, aut calida, aut frigida (quod qui est ex inanitione, repletione ex cibis sit curandus) vomitus est sufficiens medela Gal. Vbi autē vitiati humores stomacho impacti nauseā causabunt, vomitu itidem erunt eiiciendi, digitis, aut pennis proritato, vel liberaliori tepidę potu, vel mulsa ex Galeno. Quanquam eo casu, vt 7.meth. aquæ mulsę plus est sumendum, quā nutrimēti, vel deiectionis causa sumeretur; aut mulsa, in qua incoctum sit absinthium, potui data; quod vt ibidem ait Galenus, tenues succos, quicunq; in ipsius ore ventriculi continētur, commode deorsum pellat. In dysenteria vero, seu intestinorum exulceratione vitiati humores vbi promte per vomitum poterūt euacuari, id potius erit tentandum: & hoc, quod vomitu vtentes, nedum humorum euacuatio, sed etiā diuersio fiat, ex Gal. 4.meth. dicente, exsistente in superioribus intestinis vlcere per inferiora purgandum esse; si in inferioribus, superiorum ventrem esse purgandum; verum est, ꝙ vbi vomitu facile non poterunt eiici, ꝑ aluum erunt vacuādi; ꝙ etsi ꝑ partes exulceratas pertrans-

Lienteria.

Ventriculi inflatio.

Singultus.

Nausea.

Dysenteria.

B

transeant, extra tamen educuntur per conferentia, ac communia loca: semper illud aduertentes vt mitioribus vtamur medicamẽtis. In lapide etiam renum, seu calculo, qui fiat ex renum, aut cauitatibus, aut substantia imbibita ab humore crasso, & lento, vomitus erit ꝓuocandus, quod sex de morb. vulg. si non ab affectu, ab accessione tamen liberet. In priapismo etiá, qui fiat ex repletione a nimio spiritu crasso viscido pudẽdorum: vbi vitiosi succi in corpore redundabunt, vomitoriis medicamentis potius, quam subducentibus aluum vtitur Galen. 14. meth. de comp. med. per loca, gratia auersionis in contrarium: quamquam vbi aut propter vomitus insuetudinem, aut quia vomere recuset æger, subducentibus aluum erunt eiiciendi, sed lenioribus, ne vicinas partes fluxione infestent. In æstuatione, lypothymia, & hydrope, quæ ex nimia repletione, aut ex suppressis excrementis (quod quæ a nimia inanitione, nec purgationem, nec euacuationem exspectet) per vomitum erit eiicienda materia, aut digitis, aut pennis, aut aqua calida cum pauculo aceto, aut syrupo acetoso simplici, quanquam vbi vomere non possint, aluumque quoque ciere opus sit, aut medicamento per os, aut clysteri facto: aduertentes semper, ꝙ huiusmodi affectus immodicas semel vacuationes non ferat. Et hoc de vomitoriis: Veniamus ad CLYSTERIA. Vtimur n. in ventriculi inflatione hoc clysteri.

Calculus.

Priapismus.

Æstuatio.
Lypothymia
Hydrops.

Clysterya.
In inflatione ventriculi.

Ex foliis rutæ, flo.camom.pulegii,&calaminthę an. m.ß. ſeminis aniſi, fœniculi, dauci, & cumini an. drac. iij. furfuris p.1.caricarum numero quatuor, fiat decoctum ſecundum artẽ: de quo aſſumatur lib. vna,& adde vnc.iiij.olei anethini, camomellini, vel rutacei,mellis roſacei vnc.ij.confectionis de dactilis drac.iij. & pauco ſale addito fiat clyſter. In ileo vero ex ſtercorum multitudine obſtructionem cauſante, emollientibus ſtercus,humectantibus, & lenientibus clyſteribus. Ex foliis maluarum,violarum,& mercurialis,althææ an.m.j. flo.camom.fœnugræci m. ß. ſalis communis: parum bulliant in iure aliquo, & accipe prædictæ decoctionis per collum transfuſæ quãtitatem ſufficientem,& adde olei communis, amygdalarum dulcium, aut camomillini, aut anethini vnc. iij. mellis roſati vnc. ij ,miſce & fiat clyſter. Hoc enim modo durities ſtercoris emendatur humido,& pingui,& vbi nõ euacuabitur,addendũ erit aliquod medicamẽtũ purgans .In dolore colico pendente a materia craſſa, ac lenta, huiuſmodi materia in principio congruis clyſteribus eiicietur ex communi oleo factis, quo ſæpe Paul. vitream ſimul cum fecibus pituitam eiectam vidit, & dolorem ſubito finitũ: aut ex eodem oleo,in quo prius decocta fuerit ruta, ſeu ſemen aliquod,ꝙ flatũ diſſipet,Gal.2,loc. aff.& 12.met. Et vbi dolor huic nõ cedet,hoc alio erit vtendũ. E. foliis maluarum, althæę, merculiaris, & be-

In ileo ex multitudine ſtercorũ.

Clyſter in dolore colico a materia craſſa ac lẽta.

74

&betæ,ana. m.j. anethi. ruthæ flo.cam.fœnogręci seminis lini ana m.ß anisi,fœniculi,ciminiana drac. ij. fiat decoctum in aqua fontana: cuius decocti accipe lib.j.ß. mellis rosati vnc. ij. oleicamom.anethini,vel rutacei vnc.iiij.salis commnis drac. iiij. confectionis de dactilis drac. iiij. addendo adipem anserinum,aut gallinaceum, aut butyrum. Vbi vero materia acris, & mordax erit in intestino colo, causans dolorem colicum, iniiciendus erit per sedem clyster; quod eiusmodi humorem educere & abstergere possit, cuiusmodi est ptisanæ cremor, 12.meth. Illud autem est aduertendum, quod in vsu huiusmodi clysteriorum pro eiicienda materia acri, & mordaci causante dolorem colicum, licet vti(vbi sine his propositum obtineri non poterit)medicamentis torporem inferentibus 12. meth. quod in peccato talis materię,materia tenuis incrassatur,calor refrigeratur, & torpor sensui inducitur, veluti philonium persicum,aut romanum.& vbi non sufficient hęc inferentia torporẽ medicamenta per sedem iniecta, eadẽ deuoranda exhibemus ad drac. j. aut scrup.ij.a quibus tamen (etiam quod dolor vehementer vrgeat)cauendum est, exsistente materia pituitosa crassa,ac lenta:& hoc, ꝙ licet indolentes reddãtur, affectus tamẽ fortior fiat: vnde etiam spatio longiori curatio prolongatur, tum ꝙ humor ipse tum crassior,tum ad motum ineptior reddatur,tũ ꝙ intestinorũ tunicę medi-

In dolore colico a materia acri & mordace

Stupefacientia in dolore colico.

In materia frigida dolorem colicũ causante vitanda sunt vehementer calfaciẽtia.

camentorũ frigiditate densiores factæ, minus flatui trãsmittẽdo habiles reddãtur. Quinimo peccante materia frigida, a vehementer etiã calfacientibus sit cauendum, & iis præcipue quæ simul cum calfactione digerere nõ valẽt: & hoc, quod a caliditate vehementi liquentur, & in flatum vertantur 12. meth. Vbi etiam multitudo humorũ defluet, aut ab vniuerso corpore, aut ab aliqua parte determinata ad ventriculum, & intestina, ratione cuius defluxus sequatur diarrhęa, vbi materia erit biliosa, clysteri quoque euacuari poterit, ex hordei nõ decorticati, ac torrefacti decocto, iure gallinarũ, aut pullorũ gallinaceorũ, sacchàro rubeo, ac oleo rosato. Pituita aũt redũdãtia, vice olei rosacei camomellino, aut anethino, & loco sacchari rubei rosaceo melle. In iecoris phlegmone in causa sui parte iã concocta, vel inclinante, ꝙ incipiente phlegmone per aluũ purgationẽ nocuã dicat Gal. 13. meth. hoc clysteri: Ex foliis maluarũ, althęę, & betæ ana p. j. mercurialis, & centaurii minoris an, p. ß. salis cõmunis parum, fiat decoctum. Accipe prędicti decocti lib. j. ß. olei cõmunis, amygdalarũ dulciũ, vel camomellini vnc. iij. mellis rosacei vnc. j. diacath. drac. vij. fiat clyster. In lapide renum seu calculo propter materiã crassam, ac lentam in cauitatibus, aut substantia imbibitam, vt ab accessione liberetur æger, clysteri ex furfurũ decocto, caricarũ, fœnogræci, aristolo-

Diarrhæa ex materia biliosa.

Ex pituita.

Iecoris phlegmone.

A calculo renum præcautio.

stolochiæ,cum vnc.iiij.olei communis:vel ex maluarum,althææ,mercurialis,ac betæ foliis, caricis ac furfure,decoctum paretur pauco sale addito, cui adiiciatur olei communis,anethini,vel camom. vnc. iiij. mellis ros. vnc.ij.ß. pulpæ cassię no.extractæ vnc.j.Et vbi aluus nō excernet hoc clysteri, addēda erit vnc. ß. hieræ picrę simplicis, vel vnc. iij. confectionis de dactilis, & vnc.j.butyri recentis,aut adipis anserini.In renum inflammatione clysterib.non tam in multa copia, ne repleta intestina comprimant renes; veluti ex maluarum, betæ, & violarum foliis,& oleo parato decocto. cuius ♃.lib. j.aut ℔.j.ß. & adde olei violacei vn.iiij. aut camom. vel anethini vnc. iij. mellis rosacei vnc.ij.salis communis parum,cassiæ extractæ,aut pulpæ cassiæ fistulæ vnc.j.butyri recētis, & adipis anseris, seu gallinacei an. vnc. ß. misce & fiat clyster.Materia etiā calida biliosa dolorē in capite inferēte hoc clysteri: Ex maluarū, violarum foliis, betæ, & borraginis an. m.j.facto decocto cū olei violacei ℥. iij. mellis ros.℥.ij.cassiæ tractę,vel pulpę cassięfistulę ℥.j. salis parum: interdum addendo hieræ picræ simplicis vnc.ß. In catoche,seu catalepsi, quæ ab intemperie frigida sicca cerebri ortum trahit, clysteri ex furfurum decocto camomellini,borraginis,betæ,mercurialis,ac salis, in quo adiiciendum erit olei communis, camom.anethini,aut amygdalarum dulciū vnc. iiij.mellis ros.vnc.ij.cassię tractę vnc.j.diacath.

In inflāmatione renum clyster.

In capitis dolore a materia calida & biliosa, clyster.

In catalepsi ab intēperie frigida & sicca clyster

vnc. ß postea cum prædicto decocto coquantur polipodii, senæ, epithimi an. drac. iiij. & adde prædictis diasenæ, aut confectionis hamech.drac.iiij. Vbi vero melăcholicus succus intemperiem cerebri mutauit, ita vt inducat melancholiam, per interpositos dies vtẽdum erit hoc clystere, parato pri⁹ decocto ex foliis maluæ,violarum, betæ, mercurialis,borraginis,fumariæ, & lupulorum, furfure,ac pauco sale adiectis,atque interdum addita senæ, polypodii,vel epithymi,vnc.ß in eo dissoluendo olei violacei, vel communis, vel amygdalarũ dulcium vnc.iij.mellis ros.vnc. ij. pulpæ cassiæ fistulæ vnc.j.diacath.drac. vj. vel eius loco diasenam,vel compositionem hamech. Humor vero frigidus, & viscidus obstruẽs principales cerebri ventriculos, ratione cuius sequatur apoplexia, euacuabitur clysteri, ex decocto furfuris,mercurialis, minoris centaurei,rutæ, hyssopi, pulegii, saluiæ, calaminthæ an.m.ß polipodii vnc.ß seminis fœniculi,anisi an.dra. ij. parato ex eis secundum artem decocto: accipe lib. 1. ß & in eo dissoluas hieræ picræ cõpositæ vnc. ß confectionis de dactilis drach. iiij.agarici drac.j. ß mellis ros.vnc.ij.salis communis,seu gemmæ parum,olei camo. anethini,seu rutacei vnc.iij.commixtis omnibus fiat clyster.Postquam de vomitoriis, & clysteriis hactenus fuit sermo, sequitur vt de medicamentis purgantibus materiam continentem exsistentem in diuersis partibus corporis humani

In Melancholia clyster.

In Apoplexia clyster.

Purgatio materiæ cõtinentis ex diuersis partibus.

mani loquamur, ac primum in Ventriculo, & intestinis. Bilis igitur exsistens in ventriculo calfacto, & exsiccato, ad quam intemperiem calidam, & siccam sequatur hoc symptoma, quod appellatur sitis, vbi difficilis erit vomitus, per inferna erit purganda leniẽtibus medicamentis, vt cassia fistula, saccharo violato, syrupo ex pluribus infusionibus violarum, vel rosarum, cum tamarindorum decocto. Eadẽ bilis acris, & mordax in intestinis, & ventriculo redundãs, ad quam sequatur lienteria, purganda erit ex corticum miroba. citrinorũ dra. iij. tamarin. drac. vii. paretur arte decoctum in aqua cichorei, & accipe prædicti decocti quãtitatem sufficientem, & in eo dissolue aut mãnę vnc. j. ß. aut syrupi rosati ex pl. infus. ros. rub. vnc. iij. rhabarbari in parte prædicti decocti macerati drac. j. fiat potus. In ileo ab inflãmatione medicamento leniendo purgante, ceu sunt hæc, manna, cassia fistula, saccharum violaceum, seu syrupus ex pluribus infusionibus violarũ. Humores vero vitiati stomacho impacti nauseam causantes, vbi vomitu non poterunt eiici, idoneis pharmacis erunt deorsum pellendi. Idonea autem erunt, si modice purgabunt: sic, vt eorũ vis super ventriculi & intestinorũ loca nõ ascendat, qualia sunt illa quæ ex aloe componuntur, quæ si non præsto sint, aloe ipsa, vt 7. meth. Vbi vero materia biliosa mordens intemperiem calidã induxerit causantem dolorem ventriculi, seu cardiacam

Sitis ex intemperie calida & sicca.

In lienteria purgatio.

Purgatio in ileo ab inflammatione.

In nausea.

In Cardiaca purgatio materia biliosa.

affectionem euacuanda erit, ex tamarindorũ vnc.j. & facto ex eis decocto in aqua fontana: dissoluantur in ipso mellis aerei vnc. iij. vel tantumdem syrupi ros.sol.rhabarbari infusi in vnc.ij.succi rosarum drach.j. vel scrup. iiij. spicæ gr.iij.fiat potus. Acris vero materia & mordax colicum dolorem faciens, vbi clysteri non euacuabitur, medicamẽto erit eiiciẽda, quod ex aloe componitur, picra appellatur, Gal. 1. loc.aff.& 12.meth. velut permiscendo hieram cum cassia fistula, aut manna, aut saccharo violaceo, aut syrupo ex pluribus infus. violarum vel rosarum. In cholera etiam, vbi scilicet ventriculus totus, non solum secundum partem superiorem, sed etiam inferiorẽ a nimio defluxu choleræ capietur: vbi materiæ procliuius per aluum tentabuntur a natura, quam per vomitum, medicamento erunt eiiciendę, sed quod lenius sit, & in pauca quantitate: ne in grauiora pericula ducatur æger ex immodica vacuatione. Bilis vero, vbi aut ab vniuerso corpore, aut ab aliqua parte determinata propter eius multitudinem, defluet ad ventrem vniuersum, id est, ad ventriculum & intestina, ratione cuius defluxus sequitur diarrhæa (nisi euacuatio modum excedet, quod tum cohibẽda sit aluus) tali medicamẽto erit purganda: Ex tamarin.vnc.j.fiat decoctum in aqua cichorii, & acetosæ: in cuius expressione dissolue rhabarbari drac.j.vel scrup.iiij. exiguum quid spicæ addendo, quod maceretur per aliquod

In colico dolore a materia acri & mordace purgatio.

In Cholera.

In Diarrhæa.

quod

quod ſpatium, aut in vnc.1.ß. ſucci roſarũ, aut in parte prædicti decocti:& abſque hoc, quod per colum fuerit transfuſum, miſceatur mellis aerei vnc.j.ß.& exhibeatur: quanquam poterit etiam addi prædicto decocto corticum mirob.citrin.drac.j. vel ij. illud ſemper aduertendo, in quolibet alui profluuio, vt purgans medicamentum quod exhibetur, ſit moderatũ, ne ex immodica vacuatione vires proſternantur. Eademq; ratione aſtringentia cũ medicamentis purgantibus magis vel minus erũt admiſcẽda, prout magis vel minus aluus profluuio laborabit. Bilis vero, vbi dyſenteriam, ſeu inteſtinorum exulceratioẽ inducet, vbi facile per vomitum non poterit eiici, hoc medicamento erit eiicienda, ex tamar.vnc.j. corticũ mirob.citrin.drac. ij. fiat decoctũ in aqua oxalidis, aut plantaginis, in quo diſſolue mellis aerei vnc. j. rhabarbari in prædicto decocto macerati, & nõ transfuſi colo drac.j.aut ſcrup. iiij. ſyrupi de infuſ.roſ.vnc.ij.diſſolue,& præbe. Vbi vero opus erit maiore vi aſtringendi, & minore purgandi, hoc alio modo: ℞ corticũ mirob.citrin. vnc. ß decoquantur in oxalidis, & plantaginis aqua, & in ea mellis aerei vnc.j. rhabarbari parum torrefacti ſcrup.j. ſyrupi ex infuſione roſarum vnc.j. & ſi opus fuerit torrefacito plus vtrumque tum mirob. tum rhabarbarũ. In inflammatione vero ventriculi, ſeu ſtomachi (quod longiſſime a tẽtata fluxione parte, ꝙ redundat reuellere, nequaquã ad

In dyſenteria.

In inflammatione Ventriculi non conueniunt purgantia.

B

cam trahere conueniat, ex Gal.13.meth.) omnino a medicamento quod aluum deiiciat erit abstinendum. IN HEPATE vbi erit vitiosus succus calidus hepar obstruens, ℞ rhabarbari optimi cum spica, aut squinanto vigorati. scru. iiij. maceretur per decẽ horas in aqua cichorii seu intibi, demum per colum transfundatur, dein adiice pulpæ cassiæ no. extractæ vnc. j. ß vel mellis roridi vnc. ij. diacath. drac. vij. misce & fiat potio cum aqua cichorij seu intibi. In iecoris inflammatione, phlegmone inclinante (quod in principio tanquam nocua prohibeatur alui purgatio, Gal. 13. meth.) eaque exsistente in iecoris cauo (quod exsistẽte in gibba nedum iis, quæ modice vrinas mouent, sed etiam valentioribus vti liceat Gal.) hoc medicamento erit vtendum, quamquam Gal. filiculæ aliquid in ptisana, ac nigri veratri corticem aliquando incoxit, ac præbuit, quod nostris temporibus mitius est: ℞ rhabarbari cũ spica drac. j. maceretur per noctem in vnc. ij. mellis aerei adiectis, & vnc. ß diacath. fiat potio cum aqua cichorij aut intibi. In intemperie quæ obtingat vitio vesicę fellis, in qua purgatione præ alia euacuatione vtendũ esse ait Gal.5. loc. aff. hoc eodem medicamento supra nunc enarrato vteris, adiiciendo elegmatis de succo rosarum drac. iiij. quod huiusmodi affectio valentiori medicamẽto opus habeat, Aetio, aut catapotiis aggregatiuarum drac. j. cum altera drachma rhabarbari cũ spica, quæ oximelle

Purgatio materiæ cõtinentis in Hepate.

In obstructione hepatis.

In inflammatione hepatis inclinante phlegmate.

In intemperie a vitio vesicæ fellis.

melle excipiantur,& fiant pilulæ. IN LIENE, vitiosus succ⁹ calidus educendus est in lienis inflammatione hoc medicaméto deiectorio superne exhibito, a situ & societate sumta indicatione, 13. meth. Gal. Ex flo. fumariæ, lupulorũ, borraginis, violarum, & hordei an. drac. iij. senæ, epithymi an. drac. ij. vuæ passæ decorticatæ vnc. ß fiat decoctum in aqua fontis, in quo per colum transfuso dissolue mellis ros. vnc. ij. ß aut cassiæ fistulę vnc. j. ß diacath. drach. vi. fiat potio. Vbi validiori purgatiuo indigebit, augebimus quantitatem senæ, & epithymi in decocto, & adiiciemus polypodium, ac cnicum, & vice diacatholiconis, elegmatis indi, aut diasenæ drach. iiij. IN RENIBVS, materia acris, biliosa (quamquam etiam pituitosa salsa) calidã renum intemperiem efficiẽs, ad quam sequatur diabetes, medicamento erit purganda, cõmixto cum aliquo habente aliquam astrictionem, veluti syrupo ex pluribus, infus. ros. melle rorido, tamarindis, mirobalanis citrinis, & chebulis. In renum inflammatione cauendũ erit a medicamentis valenter purgantibus, sed melle rorido, syrupo ex plu. infus. rosarum aut violarum erit vtendum, iisdemq; in renum exulceratione. IN VTERO & PVDENDIS, In priapismo medicamentis purgãtibus si vti opus erit, lenioribus tamen erit vtendum (nam vomitoria potius quam subducentia aluum laudat Gal. 14. meth.) Biliosi succi, aut pituitosi salsi vbi vasa reserarint aut ruperint, aut eroserint,

Purgatio materiæ cõtinentis in inflammatione Lienis.

In intemperie calida Renum vt diabete.

In inflammatione renum.

In exulcerratione renum.

In vteri affectibus & pudendorũ.

In Priapismo. Mensium fluxus.

ad quos morbos sequantur mensium fluxio, seu sanguinis profluuium, hoc medicamento erunt eiiciendi: ℞ tamarin. vnc. ß. corticum mirab. citrin. drac. iij. in aqua oxalidis & plantaginis fiat decoctio, & in eo dissolue syrupi ex plu. infus. ros. rub. ℥. iiij. & rhabarbari sine spica ℥. j. misce & fiat potio. Vbi vero erit pituita salsa fiet decoctum cum corticibus mirob. chebulorum, drac. ʒiiij. & agarici trociscati scrup. iiij. Eodem modo in fluore muliebri causato ab huiusmodi materiis: hoc eodẽ medicamento vtẽtes, vbi bilis causabit mensium suppressionem, vteri inflammationem, & eiusdem exulcerationem. In pvlmone acris & tenuis materia distillans, obstruens vias spiritus, ad quam sequatur tussis, hoc medicamẽto erit purganda: ℞. hordei decorticati pug. I. flo. violarum & borraginis an. drac. iij. iuiubarum numero quatuor, vuarũ passarum mũdatarum. vnc. ß. glycyrrizæ drac. j. ß. fiat decoctum in aqua fontana secundum artem: & in eo dissolue aut saccharum aut syrupum violatum, aut mannam, aut cassiam. In lactis defectu, vbi sanguis malitia bilis erit refertus, medicamento purgante vtendum erit, sed leni, quod bilem expurget, & non exsiccet, veluti manna, cassia fistula, syrupus ex pluribus infusionibus violarum aut rosarum. Iisdem in mammarum inflammatione. In pneumonia etiã medicamentis lenientibus erit vtendum. Vbi vero biliosus humor lateris dolorẽ seu inflamma-

In fluore muliebri. mensium suppressio: vteri inflãmatio: vteri exulceratio. Euacuatio materiæ cõtinentis in Pulmone in Tussi.

76

In defectu lactis.

In inflammatione mammarum. Pneumonia. Lateralis dolor.

flammationem causabit, hoc medicamento erit vtendum (quod a validis medicamentis cauendum sit propter febris intensionem) ℞ hordei mundi drac.iij.flo.borraginis,& violarum an.drac.ij.radicis glycyrrizæ drac.j.ß.vuarum passarum mundatarum drac.iiij.adianthi drac.j.ß.iuiubarum numero quatuor, bulliāt secundum artem in aqua fontis: dein accipe prædicti decocti vnc.iij.aut iiij.& in eo dissolue mannæ vnc.ij.ß.vel bolum cōficias ex cassiæ fistulæ vnc.j.ß.diaprunis lenitiui vnc.ß. IN CEREBRO vbi erit materia biliosa intēperiē calidā in cerebro inducens, ad quā sequatur dolor: ℞ tamari.drac.vij.mirob.citrin.drac.ij.flo. borrag.viol.& hordei decorticati an.drac.iij. fiat decoctū, in quo dissolues vel vnc.ij.mannæ electæ,vel vnc.ß.diacath.& fiat potio.aut dissolue in prędicto decocto sacchari violacei, aut syrupi ex plu.inf.violarū vnc.ij. Vbi vero idem humor biliosus præassatus talem intemperiem calidam induxerit, vt ad eam insequatur mania,hoc medicamento erit purgāda: ℞ flo.violarum,fumariæ,lupulorū, borraginis, &hordei decorticati,nimpheæ,an.drac.ij.passularum vinaceis detractis,& tamarin.an.vnc. j.ex quibus facto decocto extrahatur cum eo amygdalarum dulcium succus, in quo per decem horas macerētur drac.ij.mirob.citrin.& drac.j.indorū,&facta per colū trāsfusione dissolue,aut mannę vn.iij.aut cassiæ fistulę vn.j.ß vbi fiet vertigo, facto decocto ex cort.mirob.

Dolor capitis ex intēperie calida cerebri.

In mania purgatio.

In vertigine purgatio.

citrin.drac. iiij. in aquis cordialibus eodẽ modo dissoluendo, aut mannæ vnc. ij. aut syrupi ex plu.infus.ros.rub.vnc.iiij. Eodem etiam vtentes in sanguinis e narib. eruptione, in lippitudine.in phrenitidie vero eodem etiã purgante medicamẽto vtentes quo in mania. Nã tametsi nullus græcus de purgatione mentionem fecerit, hoc ideo non fecisse credendus est, quod purgantia medicamenta quæ nouerunt, erant natura calida, humores commouentia, & hac ratione inflammationem & febrim augentia: sed si hęc nouissent, quæ, cum hoc ꝙ purgant & reuellunt, non solũ non augent, quinimo febrim & inflammationẽ minuunt, hæc sane præcepissent: cũ Gal.4. meth. interdum etiam in morbis magnis non solum venæ sectione, sed purgatione vtendum esse præcipiat ex Hippocrate, gratia reuellẽdi humorem, etiam quod nulla adsit humorũ plenitudo. Hactenus dictum sit de medicamẽtis purgantibus materiã continentem, exsistentem in diuersis partibus corporis humani. Sequitur vt percurramus locos determinatos secandi venam in quocumque affectu corporis humani. Porro in stomachi seu ventriculi inflammatione, vena secanda erit interna, præsertim vbi simul aderit totius corporis plenitudo, magis & minus exhibendo pro virium ratione, & sanguinis dominio ad alios humores. In dysenteria autem (quanquam vulgus medicorum quadam consuetudine ducti venam

In hæmorrhagia narium.
In lippitudine.
In phrenitide.
Sectionis venæ loci determinati in quocũque affectu.
In inflammatione vẽtriculi.
Venæ sectio in dysenteria.

B

nam

nam non ſecent) tamen præſente aut magna humorum copia, aut ſanguinis impetu vehementer vrgente, aut magna exſiſtente inflammatione, aut dolore vehementi (quod Gal. 1. aph. 23. in maximis doloribus nullum maius inuenerit remedium, quam vſque ad animi deliquium venas ſecare aut purgare) quare omnibus in his caſibus, viribus, ætate, ac aliis conſentientibus, circa initia reuulſionis gratia ſecanda erit vena, & maxime in quibus conſueta ſanguinis excretio cohibetur, vt inquit Aetius, venam autem ſecat in dextro cubito humeralem, cum non ſimiliter ex inciſione huius venæ vires labefactentur, ſed inſenſibiliter ſtrictimque quodammodo ſanguis auferatur fiſſura tenui, quod non ob multitudinem vacuandam hoc fiat, ſed, vt materiã quaſi per riuos transferamus, paucusque ſanguis ſimul cum fiſſura tenui eſt auferendus: & hoc, quod multum auferre, & coaceruatim, ventrẽ conturbet, paucus vero e multo tempore miſſus inflammationem mitiget, & ſanguinis ad inteſtina confluxum reuellat, innatumq; calorem ſenſim refrigeret, & ſomnum magis, quam animi deliquium inducat, qui ſomnus eſt optimum dyſentericis remedium. Quinimmo non ſolum in his caſibus, ſed etiam vbi iecur erit male affectum, ita vt ab eo ſanguis bili admixtus deferatur ad inteſtina, interna in dextro cubito vena erit ſecãda, nedũ reuulſionis, ſed etiam ipſiusmet iecoris alterationis

In dyſenteria quæ vena & quomodo ſecanda.

Sectio venæ in dyſenteria a iecore male affecto.

gratia: cum pleriq; medici qui in hoc casu so-
lam intestinorũ exulceratioñe neglecto ieci-
nore curare consueuerũt, in causa sint, vt ęgri
moriãtur, ex Gal.4.de artic. In tenasmo quoq;
si ab inflammatione fuerit ortus, a venæ secti-
one erit auspicandum. In iecoris autẽ obstru-
ctione, præsertim vbi multæ fuerint iocinoris
obstructiones, & recentes, & ab humorib. ad
calidum vergentibus, ac eorum copia mole-
stantibus, & præsertim vbi obstructio adhuc
erit in fieri, secãda erit vena interna dextri cu-
biti, & hoc, quod propulsetur quod futurum
erat, compescendo humorum defluxum, & q
factum est, per ea quæ obstructa liberant, Gal.
11.meth. Quanquam si obstructio nõ solum
recens sit, sed etiam inueterata, tum putrefa-
ctionem minetur, ac febrem accendat, auxi-
lium etiam sentiatur ex venæ sectione inter-
næ dextri cubiti: aut obstructio sit in gibba,
aut in sima, quod hic non variet locus, p quem
euacuatio fieri debet: sicuti fit in purgatione
per medicamentum. In iecoris autem inflam-
matione, quæ adhuc sit in generatione, virib.
& ætate tolerante, ad venę sectionem erit ac-
cedendũ, per quã sanguis qui fluit ad iecur tũ
reuellatur, tum educatur internæ dextri cubi-
ti: q & e regione, seu e directo sit, & ampla via,
cum vena caua societatem habeat: & hac non
apparente media erit secanda: & vbi nec illa
se ostenderit, humeralis, ex Gal. 13.met. semel
detrahendo, si id ferre poterunt. Indicabitur
autem

In tenasmo ab inflãmatione seca tur vena.

In obstructione hepatis recente.

In obstructione hepatis inueterata.

In inflãmatione iecoris

autem facilis tolerantia ex modo redundantię, ætate, natura, anni tempore, regione, consuetudine, virtute, vt ait Galenus. si vero semel ferre nõ poterũt, per vi[illegible]s, Aetio, erit partiẽdum. Tempus autem secandi venam erit prima aut secunda die, & vrgentibus doloribus, & virtute pręsente, etiam in septima vena erit secanda, Gal. In lienis autem inflammatione, vena erit secanda sinistri cubiti interna, Gal. 13. meth. eaq; non comparente, media: neq; hac cõparente, humeraria: & vbi nec ista, quæ minimo digito vicina est, Tralliano, non semel, sed in duos dies id partiẽdo, ne vitalis facultas deficiat. In renum inflammatione dubium est quæ vena secanda sit, quod Aetius venam cubiti secet. Galenus vero 13. meth. renibus, vesica, pudendo, & vtero phlegmonę laborantibus, eas quæ in cruribus sitæ sint venas secet, potissimum quæ circa poplitem sunt; sin minus, eas, quæ iuxta malleolum, dũmodo semper e directo positæ sint: quamuis in eodem libro decernat ad partes maxime longinquas in dictis inflammationibus reuulsionem esse fiendam. Sed sunt isti hoc modo conciliandi, quod vbi reuellere opus erit, venam ex cubito: vbi euacuare, eã, quæ in malleolis, incidemus, ex Galeno etiã libro de cur. ratione per venæ sectionẽ. supponit enim Galenus, quod vires adeo robustæ sint, vt per vnicam venæ sectionem ferre valeant euacuationem simul cum auersione. In vesicæ autẽ inflammatione

Tempus secandi venã in inflãmatiõe iecoris.

Venæ sectio in inflãmatione lienis.

Cõtrouersia de sectione venæ in inflãmatione renum.

Conciliatio Galeni & Aetii.

In inflam. vteri. de sectione venæ conciliatur Galen. Aetius & Paulus.

eodem modo, & easdem venas secat. In vteri autem inflãmatione 13. meth. eas quæ in cruribus sitæ sunt, ac potissimũ quæ circa poplitem sunt; sin minus, eas quæ circa malleolum, perpetuo tamen sint e directo: Aetius vero, & Paulus cubiti venam. Sed dicendum, quod in inflammatione fiente: cum reuellendum erit, perq; contrarias, & longinquas partes illud sit agendum, cubiti vena interna erit secanda. Vbi autem euacuare simul, ac deriuare volemus, crurum venæ erunt secandæ. quod secundo ad Glau. Galenus expressit, dum ait: In locis muliebribus in contrarium trahes; si eas quę in cubito sunt secaueris venas, aut mamillis cucurbitulas apposueris, vel manus concalfeceris, & fricaueris, atque ligaueris: deriuabis autem, si eas quę poplitibus, aut talis venas diuiseris, & cucurbitulas coxis applicaueris, & crura calefeceris, atque perfricueris.

In principio inflammationis vteri reuulsio.

Quare in principio inflammationis, vt sanguis qui confluit ad affectam partem inhibeatur, secta in cubito vena reuellet, quod posuit tertiodecimo metho. Pro eius autem curatione, cum nihil ex parte inflammata detrahat, & menstruas purgationes comprimat, venæ internæ erunt secandæ, & quæ in cubito, erit omittenda.

Sectio venæ cubiti in pneumonia.

In pneumonia vero, Aetio, iunctura cubiti erit secanda in principio; primum quidem modice extrahendo, & non vsque ad animi defectum, & hoc, vt seruetur ad repetendam detractionem, ex Aetio. Et vbi

vbi quid venæ ſectionem prohibuerit, cucurbitula thoraci erit admouenda, ac lateribus affigenda, tantum ſanguinis extrahendo, quãtum vires ferre poterunt. In mammarum autem inflammatione vena erit ſecãda eiuſdẽ lateris in talo, potiſſimum vbi mẽſes fuerint detenti, aut interna, aut media eiuſdẽ cubiti, nõ tantum ſemel, ſed & bis, & ter, vbi fuerit opus. In lethargo vero ſtatim ab initio, ſi nihil prohibeat, incidenda erit vena 13. meth. Galen. media ſane aut interna, quantitatem extrahendo pro ratione virium. In phrenitide vero ſtatim ab initio, modo virtus valens ſit, & alia conſentiant, vena erit ſecanda 13. metho. quamuis Aſclepiadi hoc non placeat. Quæ autem vena ſit ſecanda, etſi auctores videantur diuerſi, cum Paulus ex cubito, ſed venam nõ determinet, Aetius mediam cubiti determinet, Trallianus rectam in fronte venam. Sed dicendum omnes cõuenire, nam in principio vſq; ad quartum diem redundante multo ſanguine vltra bilem, media: ſi non erit tanta ſanguinis redundantia cum bile, humeralis, ſeu externa. Vbi autem phreniticus manum non exporriget, rectam frontis venam, collum faſcia linea conſtringendo, vt vas attollatur: quanquam melius quandoque erit ſanguinem partiri, ne vna vice extrahendo plurima fiat ſanguinis agitatio; veluti ſecando primo mediam, ſecundo externam, tertio frontis venam, quarto cucurbitulas occipitio

In mammarum inflam. quæ vena ſecanda ſit.

In lethargo.

De ſectione venæ in phrenitide cõtrouerſia.

Conciliatio.

In lippitudine ex plenitudine qua vena secanda.

affigendo. In lippitudine vero, præsertim vbi ex plenitudine ortum ducet, secāda erit vena, Galen.13. meth. cubiti exterior, humeralis appellata; ea sane quæ erit e directo oculi laborantis, cum ex lib. de cur. ratione per venæ sectionem, grauissimos dolores intra horæ vnius spatium persępe compescuerit. Quantitatem iubet Gal. vsq; ad animi deliquium: & hoc, vbi fuerit vehemens inflammatio. Vbiauté non erit ita vehemens, viresq; non adeo robustæ, nec ætas florens, sanguis partiendus erit, interdum eadem die, interdum postridie repetédo. & post venæ sectionem, cucurbitulæ etiam cum scarificatione occipitio erunt affigendæ.

In lippitudine missionis quantitas.

In suffusione qua vena secetur.

In suffusione vero, quæ nondum consistentiam sit adepta, circa initia, si nihil impediat, sanguis ex cubito, Aetio, & Paulo, mittédus erit, mediæ aut externæ, secundum quod magis expediet.

In ægilope.

In ægilope incipiente inflammatione pro auersione eius quod influit, vena humeralis in cubito eiusdem lateris.

In parotidibus.

In parotidib. eadem vena humeralis eiusdem lateris,

In aphthis.

Gal. in aphthis, seu igneis superficiei oris vlceribus, eadé humeralis, aut media: & vbi quid venæ sectionem impediet cucurbitulę scapulis cum scarificatione affigendæ.

In inflāmatione gurgulionis.

In inflammatione gurgulionis, vena cubiti media, aut externa, & cucurbitulæ cū scarificatione ceruici affigendæ, & vbi nec his cedet affectio, venæ sub lingua erunt secādæ Archigenis decreto.

In

In inflammatione glandularum iuxta linguã, vena cubiti externa; media vero, vbi multitudo sanguinis aderit. In angina vero secanda erit vena (si quid eam nõ prohibeat) in cubito, humeralis sane vbi non aderit plethoria; media vero vbi plethoria erit; sanguisque non vniuersim erit trahẽdus, sed pluribus interpositis vicibus, Alexandro: & hoc, quod particulares euacuationes causam potius ex affectis locis elidant: cumulata autem vniuersimque facta, animi defectionẽ excitet, & suffocationis periculum superueniat, dum materia tota in affectam partem collectim prorumpit; aut perfacile a faucibus, aut gutture ad pulmonẽ defertur, & ineuitabile periculum affert. Cõfert autem vt ait Gal. 4. vict. acut. vacuatio, & venæ sectio duplici ratione, tum ob eam, quæ a vacuatione est, reuulsionem, tum quod corpore vacuato, a parte affecta quod influit expellimus, nihilq; (vbi etiam calido aliquo vaporare volueris) a corpore parti affectæ calfactæ demandatur. Notãdum autẽ ne angustior fiat venæ sectio, Aetio, ne sanguis velut percoletur, & crassior eius pars intus remaneat, potissimũ vbi crassior sanguis huius affectionis erit causa. Et vbi huiusce venæ incisio parũ proficiet, venæ sub lingua erunt incidendæ; neque multum erit differendum, sed eadẽ die id erit faciendũ, Alexandro, aut saltim sequẽti die. Galenus vero 4. rationis victus acut. Venæ inquit, quę sub lingua sunt, eã, quæ sub fau-

In tonsillarum inflam. In anginam.

Venæ sectio in angina confert duplici ratione.

Venarum sub lingua sectio in angina.

cibus eſt, phlegmonem ſine medicamentis vacuant.& lib. de cur. ratione per venæ ſectionem: Quocirca, inquit, quæ in gutture, & arteria graui torquẽtur inflammatione, in principio quidẽ aperta in cubito vena, poſt principium autem in ipſa lingua, magnifice prodeſt, inciſis videlicet venis, quæ in ea ſunt ambabus. Hactenus de venarũ ſectione in morbis, ſequitur, vt agamus de ſectione venarum in ſymptomatibus; & primum in actionibus læſis. Sciendum igitur, quod nec in cibi faſtidio, nec immoderata ſiti, nec canina appetẽtia, nec citta, ſeu malatia, nec bulimo, nec lenitate inteſtinorum, ſeu cœliaca, & ventrali affectione, nec ſingultu, nec ventriculi inflammatione, nec ventriculi cruditate, nec in ſubuerſione, aut nauſea, aut vomitu vlla fit mentio de venæ ſectione. In malo corporis habitu, qui ex conſuetæ excretionis cohibitione contingat (quod qui ex vitioſorum humorũ copia contingit, purgationem poſtulet, quod venæ ſectio noxia ſit) proritanda erit ea ipſa excretio, vena in cubito inciſa, Aetio, idque partitis vicibus per triduum ſanguis erit extrahendus Aetio & Paulo. In priapiſmo, quod hæc affectio iuuenibus magis contingat, ex Galeno ſanguinis miſſio, vtpote quæ eorum ætati non repugnet, eſt maxime ſalutaris 14. meth. Quare a principio ſtatim propter dolores, & inflammationem vena erit ſecanda, præſertim ſi multo ſemine abundabunt, & p̃-ter

De ſectione venarum in ſymptomatibus.

1 *In actionb. læſis.*

In quib. ſymptomatibus non fiat mẽtio ſectionis venæ

In malo corporis habitu quando purgatio & quando venæ ſectio cõueniat,

In priapiſmo conuenit ſanguinis miſſio

78

ter consuetudinem a venere abstinuerint, interna sane dicti cubiti, vt pote quæ celerrime & plurimum ex iis, quæ principes sunt, partibus vena hæc corpus vacuet, 4. ratione vict. acut. Galeno: nec non eadem ab inferioribus partibus promtissime reuellat. In ignauia vero partium genitalium nulla fit mentio, nec, in non concipientibus: nec in hepaticis, seu laborantibus iecoris imbecillitate. In hydropis specie illa, quæ anasarca dicitur, sola cõuenit interdum sectio venæ cum incipit, 4. de ratione victus: & hoc cum ex retentione, vel hæmorrhoidis, vel muliebrium, vel ex quopiã quæ ita plethorica sit causa, inceperit. Quare circa initia venæ sectio conuenit, Galeno. Nã tametsi ex sanguine frigidiore nascatur, & ratione frigiditatis non conueniat: quoniam tamen copiæ detractio naturam leuat, prope ad exstinctionem accedente naturali calore, vt igni contingit, qui cum in periculo sit ne exstinguatur ab immissis tum multis, tũ humidis lignis, nisi quis multitudinem sustulerit: sic etiam in frigidiore ob copiam sanguinis, vbi calor natiuus prope exstinguetur, venę sectio erit præsentissimũ remediũ, 4. de ratione victus, modo vires, & alia consentiant, internæ sane in cubito, quod velocissime, & plurimũ ex partibus principibus vacuet corpus, 4. eiusdẽ: nec vnica vice ne vires deiiciãtur, & vna cum morbo æger tollatur, sed iterando, & paulatim euacuando tutius. In tabe nõ fit mẽ-

In anasarca quando fiat venæ sectio cõueniens.

In tabe quādo sint adhibenda cauteria.

tio nisi de cauterio, quod tabidorum capiti non est adhibendum, nisi malum a fluxu acriū humorum ex capite sit factum, aut fiat, vtpote quibus caput facile impleatur, ipsumque spiritus organis multas distillationes demittat. His enim cauterium capiti adhibitum, præsertim ea parte, qua sagittalis sutura coronali committitur, aut occipitio inter primam, & secundam vertebram, quo loco tutius fit, non exiguum adiumentum affert, Gal. 5. metho. quanquam ibi Galenus nec de iis, quæ igne fiūt cauteriis, nec de determinata capitis parte sermonem faciat. In nyctalope vtendum e-

In Nyctalopia qua vena secanda.
In oculorum obfuscatione.

rit venæ cubiti sectione, præsertim vbi bono habitu fuerit æger, humeralis sane, dein ex angulis oculorum. In obscuritate, seu oculorū offuscatione, præsertim in iis, quib. confertim offuscantur oculi, vena cubiti erit incidenda, præsertim si plenitudine grauatus erit æger, humeralis, aut media; quod vt ait Aetius validissimum remediū sit venæ sectio. dein interpositis aliquot diebus fascia collum circundādum, & constringendum, & eleuatis angularibus venis, ab vtraque nasi parte secādum erit, Paulo, & Aetio, postea confertim cucurbitula occipitio affigenda cum scarificatione, quod contingat plerunque, vt inquit Aetius, statim incumbente adhuc cucurbitula hominem respicere. In aurium autem sonitu, nec difficili seu graui auditu, nulla fit mentio, nec in læsione olfactus, & narium vitiis, præterquam

quam in ozænis,&polipo, vbi suspicio erit redundantiæ corporis vniuersi. In dolore capitis ex siccitate non fit mentio : nec in dolore capitis ex intemperie calida. In dolore autem capitis ex redundante flaua bile orto, etsi dubium sit vtrum sectione venæ sit vtendum ante purgationem : id tamen hoc modo erit resoluendum, si bilis sincera fuerit, aut alteri humori a sanguine diuerso, non esse secandam: sin autem cum sanguine fuerit associata, secanda erit vel media, vel humeralis, vel vtraque pro ratione maioris, vel minoris redundantiæ bilis cum sanguine. In dolore autem capitis ex intemperie frigida, non fit mentio, nec in ea quæ fit ex redundante pituita : vbi vero ex plethora ortum trahet, non solum capitis, sed totius corporis, media, & externa, vbi ex plethora, capitis tantum : externa etiam tãtum. In dolore autem ex spiritu flatuoso, aut in dolore ex ebrietate non fit mentio. In dolore autem capitis ex ictu, aut casu, secundo de comp.med.per loca, a venæ sectione curationis initium erit faciendum, quod hoc modo influxus reuellatur, incidendo mediam, aut humeralem venam. In dolore autem capitis in febribus genito vena secanda erit post primam, aut secundam remissionem. in cephalea secatur, aut media, aut externa cubiti vena: in hemicrania vero non fit mentio. In aurium autem dolore, qui ex inflammatione obortus sit, sanguinis missione vten-

Polipus.

In capitis dolore ex redundante flaua bile cum sanguine, vena secatur.

Capitis dolor ex plethora missionem sang. requirit.

In capitis dolore a casu aut ictu a phlebot. incipiendũ est.

Dolor capitis in febribus.

Cephalea.

In aurium dolore ex inflammatione quæ vena secanda.

dum ex cubito mediæ, ſeu humeralis, ſecundum,quod plenitudo maior,vel minor,& vires magis,vel minus valentes erunt. In dolore dentium ex redundantia ſanguinis orto,vena humeralis erit incidenda,aut media,Aetio id eſt ea, quæ e directo laborantium dentium ſita eſt, & ſi opus fuerit, venę etiā ſub lingua, aut cucurbitulæ ſcapulis affigendę. In dolore laterali,ſeu pleuritide, Hippocrates, & Galenus ſecundo de ratione victus in acut.& quarto eiuſdem,& lib.de ratione curandi per venę ſectionem, vena cubiti interna eiuſdem lateris eſt ſecāda,quod, vt ait Galenus, expedit,eā quæ phlegmone obſidetur,partem,tum celeriter, tum quam cæteras partes magis in acutis præſertim morbis vacuare:& ſectio prædictæ venæ,ſanguinem, inquit Galenus,ab affecta parte,& magis, & velocius tum reuellere, tum vacuare poteſt: & hoc ratione maioris communitatis, atque propinquitatis cum affecta parte, quam habet magis vena cubiti interna e directo lateris laborantis:Quanquam non perpetuo venæ ſectio e directo lateris laborantis ſit facienda, præſertim cum in vniuerſo corpore aderit humorum redundantia, & impetus irruentis fluxionis, ſed ad partes maxime longinquas eſt trahendum, aut ab oppoſito latere, & ſitu exſiſtentes: ſeruata tamen ſemper Hippocratis rectitudine: & hoc, quod licet ex ea minus ſequatur auxilii laboranti particulæ,multo tamen ſecurius fiat,

In dentium dolore a redundantia ſanguinis

In pleuritide vena cubiti interna ſecanda eſt.

Vena ſectio non eſt perpetuo faciēda e directo lateris laborantis.

fiat, cum non ad ipſam partem affectam per hanc venæ ſectionem fluxio proritetur, veluti ſi ex eodem latere venæ ſectio fieret: immo fluxio per eam inhibeatur, cum fiat attractio ad partes maxime longinquas. Et poſt ſeptimam diem, dolore adhuc perſiſtente, cucurbitula lateri erit affigenda, & cutis ſcarificanda, præſertim, vt ait Alexander, vbi parua copia erit vacuãda: quod per cucurbitulam cum extrahatur ex alto, quod in affecta parte continetur, & admirari liceat, quomodo dolor, licet vehementiſſimus, conquieſcat, vt neque fomento, neque alio præſidio amplius indigeat. In dolore colico, in eo ſcilicet, qui ex inflammatione ortum trahat, protinus vbi ægri vires valentes fuerint, ſanguis erit mittendus, Gal. 2. meth. venaque in cubito, præſertim interna, Paulo, eſt aperienda. Et vbi vrina etiam propter inflammationis magnitudinem retineatur, ex malleolo, inquit, ſanguinẽ eſſe detrahendum. In iſchiade ſeu coxendicum dolore a ſanguinis multitudine orto, vena ſecanda erit. Quæ autem vena ſit ſecãda, lib. de cur. ratione per venæ ſectionem Gal. ait, coxendicem iuuari ſecta vena poplitis, aut malleolorum. Quinimmo addit: memini, inquit, me iſchiadas, ſiue coxendicum dolorem vno die, facta ex crure euacuatione, curaſſe. Quod etiam 10. de comp. med. per loca dixit. Eodem tamẽ in libro ait, tanquam, inquit, maximam vim ad affectionis curationem habeat totius

In Colico dolore quæ vena ſit ſecanda.

In ſuppreſſione vrinæ.

In Iſchiade.

corporis euacuatio, ab ipsa exordiendum est, non solum a cruribus, sed etiam a cubito primum sanguinis detractione facta. Quorum vtrumque verum est & obseruandum, recenti quidem exsistente dolore præsertim cum totius repletione, vena cubiti erit secanda, vtpote quæ maxime reuellat: inueterato autem exsistente dolore, præsertim nõ exsistente in toto corpore sanguinis redundantia, vena quæ in coxa reperitur, vtpote quæ vacuet sanguinem in venis coxendicum exsistentẽ deriuando: vt hac ratione recte potuerit dicere Galenus ex istius venæ sectione vno se die curasse dolorem. In podagra autem & arthritide, seu morbo articulari, vena præseruãdi gratia pluries erit secanda, ea sane, Aetio, quæ erit ex directo cruris fluxione infestati in brachio interna. & hac non comparente, media. & vbi manus dextra dolore infestabitur, vena in dextro crure erit secanda, quod venæ sectio, vt ait Gal. lib. de cur. ratione per venę sectionẽ, in iis qui multo sanguine redundant, tale iuuamentum afferat, vt nedum cum inceperit podagra, seu morbus articularis, sed ægro nõdum laborante, sed parato atque obnoxio huiusmodi doloribus, venæ sectione liberarit, 6. aph. 47. In comate seu cataphora non fit mentio, sed cum modo cum lethargo in causis conueniat, modo cum phrenitide, modo cum vtrisque, remedia etiam postulat, quæ lethargo & phrenitici conueniunt. In memoria

In podagra & arthritide.

In cataphora.

moria abolita non fit mentio. In melancholia, ea scilicet, quæ ex toto gignatur, principium curationis a venæ sectione erit exordiendum, 3. loc. aff. viribus ægri, & aliis consentientibus. In melancholia autem quæ solo affecto cerebro fiat, ibidem ait quo ad hanc dispositionem sanguinis detractione nõ indigere. Eodem modo, vt opinor, in hypochondriaca seu flatuosa melancholia erit agendum, nisi multo sanguine redundet æger. In furore seu insania, ea præsertim quæ excitatur ex feruenti sanguine, ante omnia sanguis erit mittendus ab externa cubiti vena, vbi aut ex flaua bile præassata, aut ab exusto humore melancholico fiet, non fit mentio. In lupina insania accessionis tempore vena secatur, & sanguis euacuatur vsque ad animi deliquium. In catalepsi, ex Aetio vena superna in cubito erit secanda citra dilationem, & pro viribus sanguis extrahendus: & hoc, vbi æger multo sanguine refertus erit, viresque, ac

In memoria abolita.

In melancholia.

In melancholia hypochondriaca.

In insania.

In lupina insania.

In catalepsi

B ætas non prohibeant. In tussi non fit mentio. In difficultate spirandi, seu orthopnœa, præsertim sicca sine sputis, vel tussi citra puris collectionem, Gal. lib. 4. rationis vict. acut. præsertim vbi necessitas vrgebit, ante omnia incidẽda erit vena, media sane aut interna in cubito, nec multa sanguinis copia extrahẽda, sed quantũ vires patiẽt. In cõuulsione ex inanitione non fit mẽtio. In cõuulsione ex repletione,

Quæ vena secanda sit in orthopnœa.

In conuulsione ex repletione.

ſi repletio fuerit pituitoſa, ſuccorum citra ſanguinis permixtionem, ſeu repletionem, purgante tollimus medicamento: ſin autem repletio fuerit ſuccorum pituitoſorũ non multum a ſanguine diſtantiũ, mittendus erit ſanguis ex media cubiti vena, non tamen vniuerſim, ſed pluribus vicibus: & hoc: quod taliter affectis non oporteat mittere tantũ ſanguinis, quantum exigit morbus, ſed aliquid ſymptomati etiam ſit relinquendum, Galen. 1. art.cur.ad Glau. cuius cauſa ſæpe ſudores eueniunt, vigiliæ moleſtant, & ægri vires debilitãtur. In conuulſione autem ex inflammatione vena quoque erit ſecanda, liberaliterque ſanguis erit extrahendus, modo pluribus vicib. illum euacuemus ob dictam cauſam. In palpitatione cordis ſtante circa initia, vbi aut virtus aut ætas, aut aliud quidquam non prohibeat, ſecanda erit vena, interna ſane dextri cubiti, vbi aſſociata erit plenitudo, non exſiſtente autem plenitudine, ſiniſtri. Nã licet cor per frigidum in hoc affectu ſit diſtemperatũ, ratione tamen partis affectæ, quod princeps viſcus ſit, morbus cum ſit magnus, confert ſectio venæ, quanquam conferat etiam gratia reuulſionis, dum prohibetur humorum confluxus, præſertim cũ ipſum cor imbecillum reperiatur, & ratione motus præter naturam palpitantis excrementa etiã trahat. qua ratione Gal. non dixit eos curari a venæ ſectione, ſed iuuari. In incubo, vbi ſanguis redundabit, vena in cubito erit

In conuulſione ex inflammatione.

In palpitatione cordis.

In incubo.

to erit

to erit secanda vel media vel externa. In apoplexia statim sanguis detrahēdus e dextra manu, ex humerali aut media vena, consentientibus viribus, ętate & aliis: & hoc quod affect magnitudo id requirat, tāquam princeps scopus secandæ venæ Hip. & Gal. quanquam venæ sectio in talibus ægris maximo cum illorū periculo sit, Aetio: & hoc quod sanguinis detractio vel occidat, vel liberet, & vbi non redit & motus, & mens, nihil spei supersit. Copia tamen sanguinis non semel, sed partite erit extrahenda: & hoc, quod commouere tantum oporteat, non autem exsoluere, & calorē exstinguere, vt ait Aetius. Quare repetēda erit venæ sectio, q̄ aliud curationis genus vix vnq̄ sanitatem restituat, Celso. In resolutione nullum aptius principium reperit Aetius, quam ordiri a venæ sectione, modo moderate fiat, ne ægri refrigerentur. In vertigine, & tenebricosa vertigine cōcedentibus circumstantiis secanda erit vena, Aetio & Paulo, humeralis externa, vel media: non aceruatim extrahendo, sed pluribus vicibus, quod qualibet occasione ægri concidant, & adhuc perseuerante affectione, neq; prædictis cedente, pręsertim si ex vaporibus calidiorib. per arterias sursum elatis prædictæ affectiones fiant, arteriæ ipsæ iuxta tempora sitæ, supra aures erunt incidendæ 3. loc affe. Quanquam vt ait Galenus, non omnes huius auxilii beneficio curati fuerint, tum quod per altiores arterias, quæ

An in apoplexia sit vena secanda.

In apoplexia sanguis partite extrahendus est.

In paralysi.

In vertigine

Quando cōueniat in vertigine secare arterias supra aures.

ad cerebrum ex ipsius basi per retiformem a-
scendunt, vaporosus calidusque spiritus inte-
rim elabitur ac cerebrum implet: tum etiã q̃
spiritus flatuosus potest ex insequenti cerebri
intemperie oriri. Quare antequã secetur sum-
me laborandum est, vt exquisite sciatur vnde
id proueniat: & hoc, quod vbi affectio prodi-
bit altero duorum modorum iam dictorum,
nullã vtilitatem ægri suscipiant ex arteriarum
sectione. In epilepsia, si nihil impedierit, vena
erit secanda non cubiti, sed crurum prius, Gal.
lib. de cur. ratione per venæ sectioné, parumq;
sanguinis est extrahendum, idque fiendum
accessione transacta. Sequitur vt percurramus
locos secandi venam; vbi mutata sunt excre-
menta corporis. In distillatione sane, seu ca-
tharro descendente ad subiectas partes, præ-
sertim si ex calidorum succorum redundantia
fiat, vena externa cubiti humeralis dicta erit
secanda. In eruptione sanguinis e naribus, 5.
meth. Gale. tum ad contraria auertendus erit
sanguis, tũ ad proxima deriuandus: ex sectione
venæ sub eo cubito, qui profusioni e directo
respondet; vbi scilicet æger adhuc non erit re-
solutus. Nam vbi sectio venæ impedietur, vtẽ-
dũ erit cucurbitulis scapulis affixis cum scari-
ficatione, quod hæc sit auersio sanguinis e na-
ribus, Galeno: paulatimq; sanguis e vena erit
trahendus: & vbi paululũ detraxeris, mox vnã
horã intermittes, rursusq; detrahes, post iterũ
atq; iterum pro laborantis viribus; quod hoc
reuulsorio

In epilepsia quando vena secanda sit.

II.
Venarum sectio in mutatis excrementis.

In catarrho.

In hæmorrhag. nariũ.

reuulſorio hoc modo adminiſtrato auxilio li. de cur.ratione per venæ ſectionem validam ſe ſanguinis e naribus eruptionem ſedaſſe profiteatur Galenus. In profluuio ſanguinis e renibus, pręſertim quibus per circuitus quoſdã, aut propter venę rupturam in renibus factam ſanguis excernetur, initio ſanguinis impetus ſtatim erit cohibendus venæ ſectione in cubito, Aetio, partiẽdo melius quam vnica vice, vt paulatim eius reuulſio & diuerſio fiat, Aetio. In cruenta vero ſpuitione, ſi ex gingiuis prodibit, impetus eius auertetur admota occipitio cucurbitula, ſic vt cutis quoq; incidatur. In muliere, cui menſtrua non ferãtur, cucurbitula inciſis inguinibus adhibenda: & vbi iis ſanguis grauiter adhuc erumpet, loco cucurbitulæ, humeralis incidenda aut media. In muliere cui menſtrua nõ ferantur, in talo vena erit ſecãda. Vbi a capite ſanguis feretur, qui multus ſit, euacuandus erit Aetio, aut ad propinquas partes deriuãdo, quod fiet per nares, aut ad contiguas partes diuertẽdo, quod fiet alicuius venæ ſectione, ne per negligentiam cõſuetudo fiat ſanguinis in hos locos delabẽdi. Et perſeuerante fluore cucurbitula quoq; ſubacta plurima flãma occipitio erit apponẽda. Si ob diſtillationem ſequatur ſpuitio cruẽta, quæ non multum acris ſit, vena protinus in principio erit ſecanda Aetio & Paulo, humeralis aut media. Si ſanguis vometur, vena in cubito humeralis, etiam ſi ex hepate in ventrẽ

In profluuio ſanguinis e renibus

In cruenta ſpuitione. cucurb. occipitio admouenda eſt.

In mẽſtruis ſuppreſſis qua vena ſecanda.

In fluore ſanguinis a capite.

In ſpuitione cruenta non acri.

In vomitionibus ſanguinis.

inferatur. Si a ſplene in ventrem, vena quæ inter paruum, & annularem digitum in manu ſiniſtra. Si ex ſpiritus vaſis diſruptis, aut eorum oris patefactis, aut alia quauis cauſa ſanguis reiiciatur, vena cubiti interna, Gal. 5. met. paulatim detrahendo, quod non indigeant euacuatione, ſed diuerſione, nimirum ab ipſa affectione vacuati, vt ait Aetius. & vbi cubiti vena non apparuerit, vena in talo, quæ (quod ad longinquiores partes fiat diuerſio) Alexandro magis proficit. Sin autem ſputum cruentum fuerit ex vaſorum exeſione ab acri diſtillatione, præſertim ad pulmonem & pectus, vbi æger validus fuerit, & multi ſanguinis, ſtatim a principio ſanguinem mittit Gal. 5. met. quamuis a venæ ſectione Paulus & Alexãder caueant. Quod intelligendum, vbi admodum acris fuerit diſtillatio, quod iis, qui ex eroſione ſanguinẽ reddũt, corpus ſoleat eſſe & gracile & ſiccum. in cholera autẽ, & alui profluuio non fit mentio, nec in iis, qui vrinam cõtinere nequeunt. In diabete, vbi occeperit malum, nec ad perfectionem ſit progreſſum, vena cubiti, Aetio & Paulo, quod inueterato malo totum corpus reddatur acrius. In ictero, ſeu morbo regio 5. loc. aff. Gal. venæ ſectionẽ dimiſit, & purgationem commendauit, quãuis Aetius, & Paulus venam in cubito dextro ſecãt: quod forte eſt intelligendum, vbi ſimul cum bile ſanguis redundabit. In ictero nigro ob lienis intemperiem, aut viarum ad illum obſtru-

In cruenta ſputitione ab exeſione vaſorum.

In cholera & profluuio alui non fit mentio.

Quæ vena ſecanda ſit In Diabete.

In Ictero.

In Ictero nigro.

B

obstructionem, interna cubiti sinistri erit secanda, quod perpetuo per venę sectionem ingentem conspexerit vtilitatem in lienis affectibus Gal.lib.de cur.ratione per venæ sectionē. In lactis redundantia nihil præstātius, quā circa initia, vbi nihil impedierit, poplitis seu tali venam secare, copiosusq; sanguis erit extrahendus, & vbi continget aliā mamillarum esse magis oblæsam, e directo vena secanda erit. Et præter venæ sectionem sunt prouocandi menses: qui vt ait Gal.5.aph.39.& 52.quibus menses mediocriter ferūtur, iis lac in mamillis multum præsertim, non colligitur. In lacte vero in casei speciem, seu grumos conuerso, non fit mentio. In immodica autem vteri purgatione, seu sanguinis profluuio, venæ sectio in cubito facta interne reuellet, præsertim vbi fuerit sanguinis redundantia, & reliqua nō prohibeant: exiguumq; sanguinis erit auferēdum, iterumq; opus vbi fuerit, erit iteranda. In profluuio seminis nihil. In muliebri fluore, præsertim si ruber fuerit, vbi nihil obstiterit, sanguis erit mittendus ex cubiti vena, quod hæc non solum materiam ad vterum confluentem diuertat, sed muliebris fluoris detentionem, ac constrictionem tutam efficiat. In vteri strangulatu, præsertim in quo facta fuerit menstruæ purgationis detentio, secanda erit tali vena. In vteri prolapsu nihil. In vrinæ stillicidio, & in difficultate vrinæ nihil. In lapide vesicæ nihil. In lapide vero renū, qui ve-

In lactis redundantia.

In lacte conuerso in grumos.

In menstruis immodicis.

In fluore muliebri.

In strangulatione vteri.

De sectione venæ in renum lapide. conciliatur Galenus & Aetius.

hementissimos afferat dolores, vbi quid non prohibebit, vena erit secanda cubiti, Aetio, Galeno vero vena in poplitibus, aut iuxta malleolos, e directo renis patientis, quod semper, & perpetuo seruanda sit rectitudo. Quæ contrarietas hoc modo potest conciliari: quod vt ait Gal. lib. de cur. ratione per venæ sectioné, ambiguum est an renes partibus superioribus an inferioribus ascribi debeant: quoniam vt ait Gal. lib. de renum affectibus dig. ac curatione, exsistente virtute valida, vena in poplite, vel quæ ad malleolos erit secanda: vbi imbecillis, vena quæ in cubito. & hoc, quoniam si virtute exsistéte debili infra euacuaremus, retentrix facultas, quæ est imbecillis, cum non possit retinere, vniuersam materiam in præceps rapi ad imbecillem partẽ assiduo defluxu sineret. In mensiũ suppressione omnibus cõsistentibus vena secanda erit, nõ ea quidẽ quæ in cubito, vt ait Aetius: quod, vt ait Gal. lib. de cur. ratione per venæ sectionem, sectæ in cubito venæ mulierum purgationem retrahere & reuellere soleãt, sed in malleolis aut poplitibus: & hoc, quod ex crurib. euacuationes tãtum abest, vt retrahant, vti potius menses promoueant. Secanda autem erit vena nõ multo tempore ante statum mensiũ tempus, sed tribus aut quatuor diebus anteuertentes cõsuetos mulieris circuitus, victũ his trib. aut quatuor diebus extenuantem etiam ordinantes, Galeno, sectionem paulatim iterando vel in

In suppressione mensium.

eodem

eodem vel in vtroque crure. In mola, sanguine multo redundante (quod in abundantia aliorum humorum purgãdæ sint) prius interna cubiti vena, postea malleolorum vena erit secanda. In difficultate partus, & in secunda derelicta nihil, nec in lumbricis. Sequitur alterũ genus euacuandi causam continentem, quæ per particularem sanguinis detractionẽ fieri solet. SANGVINIS DETRACTIO particularis, est euacuatio vniuersalis, sanguinẽ paulatim trahens, illumq; potissimum, qui inhæret in ea parte, quæ læsa est, vt pars affecta a noxio humore subleuetur. Porro quod dicitur: Particularem sanguinis detractionem esse euacuationem vniuersalem sanguinis, notat cõmune genus cuiusque generis phlebotomiæ, seu vniuersalis, seu particularis, ad differentiã purgationis, quę solum vitiosos, nõ autẽ promiscue vniuersam humorũ multitudinẽ detrahit. Et quod sequitur, huiusmodi phlebotomiæ genus paulatim sanguinẽ detrahere, facit differre huiusmodi particularem sanguinis detractionem a phlebotomia, & omnibus phlebotomiæ formis, quæ affatim vacuãt. Et quod sequitur: Sanguinem ab ea potissimum parte detrahere, quæ læsa est; notat vsum huiusce modi vacuandi ad hoc institutum: vt sanguis, qui in aliqua parte inhęret, qui nec secta vena, nec medicatione reuelli potuit, huiusmodi remedii genere euacuetur. Modi autẽ exercẽdi

In mola.

Causæ continẽtis euacuatio per detractionẽ sanguinis particularẽ.

Tres modi phlebotomiæ particularis Hirudo. Sacrificatio. Cucurbitula.

particulare hoc phlebotomandi genus, tres sunt præcipui, hirudo, cucurbitula, scarificatio. illa quidẽ morsu trifidũ vulnus infligente sanguinẽ vacuat, scarificatio v. scissione cutis scalpello minutim facta. In hoc conueniunt omnes, quod partem solã, quã attingũt, euacuant, aut certe minimũ ab aliis vicinis: nihil vero prorsus ex alto, aut ex distantiore loco proliciunt, nisi amplior aliqua vena subiecta vulneretur, sed tunc vires phlebotomiæ obtinebit. Sed hactenus de modis quibus causa continens, & materia a loco remeabilis, a loco affecto fugari potest; nẽpe repulsione, deriuatione, vacuatione: Sequitur, vt percurramus modos, quibus succurrere possumus materiæ in loco adeo infarctæ, vt omni remeandi habilitate sit orbata, quæ sane nullo enarratorum modorum, nec repulsione, nec deriuatione, nec vacuatione tolli potuit.

Materiæ infarctæ & induratæ euacuatio.

Quoniam vero materia remeandi habilitate priuatur, quia induratur: id autem, quod durum efficitur triplici ratione fit durum, vel propter siccitatem, vel propter congelationem, vel propter plenitudinem; sequitur, vt singulum emolliendi genus prosequamur, incipientes ab eo emolliendi genere, quod materiam emollit, quæ ex siccitate dura euasit, non multum excedente.

Emollitio duri. 1. Ex siccitate non multum excedente.

EMOLLITIO DVRI ex siccitate non multum excedente est alteratio facta a calido moderato, & humido, vt id, quod ratione siccitatis euasit durum,

euaſit durum, molle fiat. Ideo autem dicitur: Emollitionem duri ex ſiccitate, ad differentiã duri per congelationem,& duri ex plenitudine. Et quod additur, ex ſiccitate non multum excedẽte, ad id ſpectat, vt ſeparetur ab iis, quæ dura quidem ſunt ex ſiccitate, ſed ex ſiccitate excedẽte, ſicuti os,& lapis. Et quod ſequitur: Emollitionem huiuſmodi duri fieri a calido moderato, & humido, eo ſpectat, vt notet cauſam efficientem huius generis emolliendi: & hoc, quod humiditas corrigat ſiccitatẽ, caliditas vero temperata adiuuet, vt humiditas penetret ad profundum abſque vi reſoluendi. Illud vero non eſt ignorandum, quod ſi aliquid durum euaſerit ex ſiccitate multum excedente, tunc non amplius emolliri poſſe calido moderato, & humido; ſed humido multo tenui admixto, partibus igneis, vel terreis attenuatis. Etenim, quæ adeo dura ſunt per tantam exſiccationem, veluti oſſa, & lapides, non poſſunt per epicraſin emolliri, veluti ea quæ dura ſunt ex ſiccitate pauca. Ob id patientibus calculos fruſtra exhiberentur calida, & humida, niſi humiditas eſſet admixta partibus tenuibus, ſeu acres ſint, ſeu acidæ. Humida quidem eſſe debent, vt madefaciant, & colliquent: ſed hoc non ſufficeret, niſi eſſet admixtum partibus; vel acres ſint, vt ſuccus chelidonii; vel acidę, vt ſuccus limonũ: vel acidæ ſimul & acres, veluti eſt acetum. Quod ſi per infuſionem in eo factam alicu-

Emollitionis duri cauſa efficiens.

Emollitio duri ex ſiccitate multũ excedente.

B

Calculi emollitio.

ius rei acerrimæ fieret acrius, veluti ſcyllæ admixtione, tanto facilius incideret, & in minutas partes diſſiparet. Atque hoc eſt illud, cur medici pro frangendis lapidibus, & calculis extollant maxime ſuccum limonum, & chelidonii, & oxymel ſimplex, & ſcylliticum. At ſi durum aliquid ſit non ratione ſiccitatis, ſed propter plenitudinem, ab eodẽ, & ipſum efficiente, & alterãte emollietur, a quo diximus emolliri id, quod euaſit durum ex ſiccitate moderata; nimirum a calido remiſſo vſque ad primum gradum, aut ſaltem accedente ad tẽperatum: aſſociato cum humido aereo, calido quidem: quod indigeamus aperiẽtibus, vt materia replens exire poſſit. Apertio autem per calidum fiat, remiſſum vero: Quoniam ſi excederet, non tantum aperiret, ſed adhuc nouam materiam attraheret, & magis repleret: aſſocietur autem cum humido aereo, vt ſecundum quod calidum aperit, humidum aereum illud relaxet, quod tenſum eſt. Atque hoc eſt illud, cur medici ad emolliendum huiuſmodi dura ex plenitudine, ſicuti apparet in omnibus locis inflammatis; vtantur aqua tepida, decocto camomelli, althææ, maluæ, butyro recenti, & oleo dulci, quale eſt ſabinum. Illud etiam non eſt ignorandum ab huiuſmodi emolliente moderate calido a medicis dolores ſedari, cum ab eo humores in loco contenti partes diſtrahentes, & ſolutionem continui molientes, per halitum diſcutiãtur aperiendo

2. Duri propter plenitudinem emollitio.

Inflammatorum locorũ duritiei emollitio.

Dolorum ab humorib. diſtendẽtib. per moderate calida [illegible]datio.

riendo meatus. Quæ quidem apertio, seu rarefactio a calore moderato fieri solet; tametsi quandoq; etiam altero efficiente vtantur, sensum stupefaciente, & mortificãte, vt amplius propria iniuria non percipiatur, quod faciunt excessiue frigidis. Sed de his suo loco vberius agetur, vbi pertractabimus de arte sedãdi dolorẽ. Sin autem huiusmodi alterãs calidum sit & siccum, medium scilicet inter intensum, & remissum, associatum aliqua vi aut astringẽte, aut emplastica, emollietur illud quod erit durũ per congelationem a frigido. Notanter autem dictum fuit, id quod habet emollire durum per congelationem, a calido fieri debere, & sicco, medio inter intensum, & remissum, veluti sunt ea quæ calfaciunt in secũdo gradu: & hoc, quod sicuti calida in primo imbecillia sunt, & impotentia ad soluendã materiam cõgelatam: ita calida in tertio magis potẽtia sunt, cum non tantum possint soluere, sed etiã solutum resoluere, & subtilioribus partib. materiæ resolutis, reliquum postea materię gypsæum, & immedicabile relinquere. Qua ratione etiam additum fuit: calidum hoc & siccum medium inter intensum, & remissum, associatum esse debere aliqua vi astringente, aut emplastica: & hoc, vt soliti vapores introrsum arceantur, & earum difflationem prohibeant. Atq; hoc est illud q̃ ait Galenus: Nullũ vehemẽter excalfaciẽs, siccansq; medicamẽtũ aptũ esse ad scirrhosos affectus curãdos: & hoc

In Doloribus sedãdis stupefacientia.

3. Duri per congelationem a frigido emollitio.

Secundo calida in primo, secundo, tertio.

Scirrho non conueniunt vehementer calfacientia & siccantia.

quod etsi quæ vehementer dissoluendo vacuant, trahunt, ac digerunt, etsi paucis primis diebus egregie processisse curatio videatur, id tamen, quod de affectu restat, insanabile fit: & hoc quod partibus tenuibus digestis, reliquũ veluti lapidosa concretio relinquatur. 2. art. curat. ad Glauc. & 14. meth. Atque hoc illud est, cur practici scirrhum a pituitosa materia per congelationem induratam emolliant maxime ammoniaco, bdellio, ladano pingui, & œsypo: etiam humida ad emolliendũ optima, nec vllo vehementer excalfaciente, siccanteve medicamento vtantur, sed iis tantum, quæ cũ emollitione discutere possunt, veluti sunt medullæ omnes, præsertim ceruina, & vitulina, adipes omnes, præsertim anserina, & gallinacea, butyrum, altheæ radix, oleum quod astringens non sit, sed plane tenuium partium, quale est sabinum, in eo incoquentes interdũ fœnumgræcum, aut altheæ comã: aceto quinetiam vtentes, præsertim præparata iã emollientibus materia: & hoc, quod aceti vis, modo modice, & tempore debito admisceatur, maxime sit salutaris, dissecãdo crassos humores, ac resoluendo, præsertim in liene, & carnosis musculi partibus scirrho affectis, quod partes huiusmodi raræ sint, nec timor sit vt nerui eius lædantur, dummodo nec sæpe, nec inter initia, nec longo tempore medicamentis ex aceto compositis, præsertim in ligamentis, & tendonibus vtaris. Atque hoc est illud cur

Scirrhum a pituita per congelationem induratum emollientia.

Medulla in scirrho.

Aceti vis in scirrho.

cur in lienis ſcirrho poſt emollientia medicamenta liquatum ammoniacum aceto ad luti craſſitudinem maximum vſum præſtet, altero poſtmodum die redeundo ad emollientia, veluti radice altheæ in adipe anſerino, aut gallinaceo liquata, & cataplaſmatis more impoſita, quemadmodum diſcurrit Gale. 14. meth. & 2. ad Glauconem. Præter hęc emollitur tumor durus lienis, & digeritur vnguento ex medulla cruris cerui, aut vituli, adipe anſeris, gallinæ, oleo amygdalarum dulcium, & emplaſtro de meliloto, & ceratis Meſuæ œſypatis, vt ammoniaco in aceto communi, vel ſcyllitico, Galen. 14. meth. addito oleo amygdalarũ dulcium, vel capparum: quod remedium eſt efficaciſſimum, vt vnguento ex ſucco, vel ſubſtãtia tota radicis brionię, aut ciclaminis cũ oleis prædictis, & cera pauca facto, quod efficaciſſimum eſt poſt alia dicta, ac certiſſimũ, vt fotu ex decocto florum geniſtæ, radicum capparis, foliorum tamariſci, ſcolopendrii, aſplenii ex ſpõgia, vel veſica impoſito, vt butyro liquato, & ſubacto diu, cum hoc decocto, & deinde ſpleni illito. Ad eundem modum, vbi materia in hepate obduruit, emolliunt emplaſtro meliloti Meſuæ, vel malua, althæa, farina lini, fœnigræci, butyro, cerato œſypato Philagrii apud Meſuem: adhæc œſypus ipſe cum oleo amygdalarum dulcium, vel butyro mire ſcirrhos emollit. Qui ſi ſint exquiſiti, & abſoluti, ſunt inſanabiles in hepate, & cæteris partibus, vt 2.

Scirrhi lienis curatio.

Tumoris duri in liene curatio experta.

Scirrhi hepatis emollitio.

art. cur ad Glauc. Quanquam indicatione a parte affecta desumta, quæ semper ex Galeno 14. metho. in omnibus tum morbis, tum symptomatibus memoriæ est habēda, ea quæ habent vim astringendi sunt admiscenda, ita tamen vt semper quæ digerendi, dissoluendi, ac molliendi vim habent, astringētia superēt. Sed de his in morbis partium corporis humani, præsertim iecoris affectibus vberius agetur. Ad eundem modum in tophorum curatione, qui in podagris nasci solent, progredientes medicamentis emolliētem naturā sortitis, in lienis scirrho, & aliis enarratis: & hoc præcipue præ aliis ex omnium græcorum cōsensu, videlicet vetustissimo, acerrimoq; caseo cum suillæ carnis pręπinguis, ac veteris decocto cōtrito, & superimposito. Sed hæc de primo modo, & arte tractandi materiam a loco irremeabilem. Sequitur maturatio, seu suppuratio, qua mediāte pus effici solet, & reduci materia abscessus ad formam conuenientem.

Tophorum in podagris curatio.

Maturatio seu suppuratio.

B

Matvratio est alteratio facta a calore naturali temperato conseruante, vel etiam augente substantiam caloris innati, vt materia ad optimam formam reducatur. Ideo autem dicitur: maturationem fieri a calore naturali, ad differentiam putrefactionis, quæ fit a calore præter naturam, & non naturali; temperato vero, quod intemperatus, & dissimilis calori naturali maturationem non faciat. Et quod sequitur, maturationē fieri a calore naturali

Maturationis & emollitionis differentiæ.

turali temperato, conseruante, vel etiam augente substantiam caloris innati, eo pertinet: vt seiungatur ab emollitione, in qua augemus qualitatem caloris: maturatio autem substantiam caloris respicit, vt illam cōseruet, vel augeat. Causa enim efficiens in pure mouendo temperatissima esse debet, & calori naturali similima. Atque hoc est illud cur medici pro maturatione manum patientis loco suppurādo applicandam iubeant, aquam modice calidam, oleum dulce, adipem suillam, farinā tritici: iubentes huiusmodi emplastica, vt meatus obstruentia nō sinant calorem naturalem difflare. Atque hoc est illud, cur practici in illa cerebri inflammatione, quæ phrenitis appellatur, vbi iam facta est inflammatio, & absolutū erysipelas, nec amplius in generatione est, admoueant capiti tēperate calida, veluti colūbum, capum, elurum, catulum, vel simile animalculum viuum per spinam sectum, & exenteratum, vt a vita calet, vel arietis pulmonem, aut hepar. Similiter ab animali calente, & aliis in melācholia fieri solitis, veluti balneo capitis ex malua, althæa, viola, capitibus, & intestinis veruecum. Ad eundem modum si inflammatio in pectore fuerit, quæ pleuritis dicitur, suppuretur oleo amygdalarum dulciū, camomellino, & cataplasmatis ex farina aut muccagine seminis lini, fœnogræci, maluæ, althęæ, & radicū, flo. camomelli, meliloti, cū butyro recēti, & adipe gallinaceo coctionē ꝓmouēt; &

Pus mouentia.

Phrenitidis & absoluti erysipelatis suppuratio.

In Pleuritide.

rupto abſceſſu, quod tuſſi fieri poteſt, aqua ſaccharata, vel hordei decocto vlcus tergent: ſi febris eſt remiſſior, etiam hydromelli, vel aqua ex melle diſtillata, & decocto cicerum rubrorum. denique vlcus glutinant bolo armeno, terra lemnia ad ſcrup.j. & cæteris in phthiſi fieri ſolitis. Ad eundem modũ in ventriculi phlegmone poſt digerentia (in ſtatu non tamen ſola, quod reſoluentibus perpetuo, & ſemper, aſtringentia, & partẽ roborantia ſunt admiſcenda, in ventriculo, & hepate ob actionis eius neceſſitatem, vt diſcurrit Gal. 7. & 11. metho.) ſi reſolui non poterit, quod tamen eſt longe optatius, lib. de inæquali intẽperie, coquentibus ſuppurationem moliũtur, & vlcus, vbi abſceſſus erupit, tergẽt, ſiccant, carne implent, & cicatrice tegunt. Ad eundem modũ in hepatis inflammatione, ſi reſoluentibus phlegmon non poteſt ſanari, ſed ſuppuretur (quod dolores, & febres tunc intenſiores declarant) vt ex aph. 47. 2. Coctionem hanc iuuãt cataplaſmate ex decocto ficuum ſiccarum, vuarum paſſarum, altheæ, maluæ, ſeminis lini, & fœnogræci, cum butyro, oleo amygdalarũ dulcium, adipe gallinæ, anſeris; abſceſſum dein rumpentes motu violento, veluti ſaltu, vomitu, tuſſi, ſternutamento: ruptum ſtatim detergent; ſi vlcus eſt in gibba, vreticis, decocto cicerum rubrorum, vel hordei cum mulſa, vel aqua ſaccharata; ſi vero eſt in ſima, caſſia, mãna, ſero lactis caprini, & aliis aluum deiicientibus,

In Ventriculi phlegmone.

In inflammatione hepatis.

Vlcus in gibba parte iecoris.

Vlcus in ſima.

tibus, tandem vlcus glutinant bolo armeno, sigillo lemnio. Ad eundem modum, & iisdem & fomentis & cataplasmatis pus producentibus adiuuantes, procedentes in lienis inflãmatione, quibus diximus esse procedendum in hepatis inflammatione, vbi scilicet in suppurationem tendet lienis inflammatio, quod tamen raro contingit. Ad eundem modum in renum inflammatione, si ad suppurationem deuenire voluerit: quod cognoscetur si ex idoneis medicamentis neque dolor, neque febris, nec grauitas conquiescat, suppurationem ac puris eruptionem mouẽt, & adiuuant spõgiis aqua & oleo assiduo imbutis; fotus gratia admotis, cataplasmatis ex farina hordeacea, fursuribus, ficubus, althæa, & similibus, superius in suppurando hepatis phlegmone dictis: descensu etiam in soliũ ex emollientibus herbis, malua, althęa, camomello, lini semine, fœnogræco: perfecta suppuratione, quod cognoscetur si febris & dolores minores fuerint, si ruptura moratur, in potu exhibent vrinam ducentia, veluti fœniculi, pulegii, & origani, & similium decoctum, rumpunt enim suppurationem, & pus per vrinam expurgant, vel aluũ subducunt clysteribus acribus, post puris emictionem, lac cum melle præbentes, & alia quę in renum vlcere facienda esse dicemus. Sequitur DIGESTIO, quæ maturationi similis, & eadem fere esse videtur, cum ab eodẽ ferme efficiente fieri soleat, & ad eundem fere finẽ.

Suppuratio in inflammatione lienis.

In inflam. renum.

Digestio.

Digestionis & maturationis differentia.

in hoc solum differre videntur, quod vbi materia continens in loco exsistens infarcta, non erit adeo multa, vt resolui non possit, vtimur digestione; vbi autem per resolutionem dissolui non potest, & in vapores resolui, maturatione vtimur, reducentes materiã illam ad talem statum, vt vacuari possit. Atque hoc est illud, cur practici post euacuationem causæ antecedentis & continentis, soleant adhibere digerentia reliquias materiæ in locis affectis contentas. Ob id in intemperie cerebri cum materia calida & humida seu sanguinea, & a materia etiam biliosa pendẽte (quanquã materia biliosa, quod ob leuitatem, raritatem, tẽuitatem facile exhalet, huiusmodi reliquias digerentibus vix opus habeat) reliquias huiusmodi materierũ in capite relictarũ clementer digerentibus dissoluere nitantur, vtentes fotu capitis ex seminibus altheæ, lini, fœnogræci, flo. camomelli, meliloti in aqua sufficienti cocctis, vel ex oleo camomelli, vel gallo, columbo, hepate, pulmone magni animalis natura præcalido adhuc mortuo. Ad eundem modũ in intemperie frigida & humida cerebri a pituita pendente, reliquias dissipare solent tum sumtis, tum admotis: sumtis quidem diamusci dulcis vel amari Mesuæ drachmis duabus, vel theriaces aut mithridati veteris drachma vna semel in hebdomada, horis septem ante cibũ, vel acoro cõdita, vel confectione ex acoro tota sua substantia in id efficaci, horis duab. ante

In cerebri intemperie cum materia sanguinea quæ reliquias dissoluant.

Dissipantia reliquias in intemperie cerebri pituitosa.

cibum

cibũ, per se, aut cũ aqua betonicæ, maioranæ, saluiæ, vel alterius capitalis facultate similis: ad motis vero vnctionibus, irrigationibus, fotib. cataplasmatis, emplasticis, sacculis, odoramẽtis, & reliquis topicis remediis ex oleo anethino, camomelli, liliorum, costino, balanino, ex decocto capitaliũ p̃dictorũ in lixiuio, euphorbio, castoreo. Hęc capiti cũ aliis capiti applicare nõ formidãtes, ꝙ in aurẽ etiã tuto a Galeno immittantur, ex pomo odorifero, maiorana, stœchade, caryophillis, cinnamomo &c. cũ cera cõstãte. nullũ tamẽ horũ capiti admouẽtes, nisi ventriculo vacuo, quod a pleno vis magna vaporũ calore suo in caput trahatur, quibusmet non solum a capite pituita purgatur, sed etiam intemperies frigida & humida ab huiusmodi materia causata emendari solet. Ad eundẽ modum post corporis totius euacuationem, atq; etiam ipsius capitis, digerere solent reliquias materię relictas in obstructione cerebri a pituitosa materia, a qua secuta sit apoplexia, tũ sumtis, tũ admotis: sumtis quidẽ, veluti cõfectionis anacardinæ scrup. j. quæ calore vehementi febrim etiam excitare solet, acoro vero condito, cõfectione ex acoro vero per se in ore retentis, vel etiã deuoratis cum aquis capitalibus: admotis vero capiti raso oleis liliorũ, ex spica, ex euphorbio, ex costo, quod etiã capiti familiare est; emplastro Mesuæ ex sinapi phlegmonẽ & vesicas excitante, & valẽter ad cutim trahente; suffitu quoq; castorei,

Dissipantia reliquias pituitæ obstruentis cerebrum in apoplexia.

& odoramentorum ſimiliter valentium, cataplaſmatis, fotibus ex valenter calidis ſiccis. Ad eundem modum in paralyſi digerere ſolent materiã, applicando digerentia parti primario affectæ, non autem iis, quæ animali facultate ad ſenſum & motum neceſſaria priuãtur, ob ſuperiorem partium affectum, vt Gal. quendam ex caſu e curru digitos habentẽ reſolutos ſanauit, emplaſtro non digitis, ſed ſpinali medullæ admoto, quia ea parte offenſa, neruus qui ad illos digitos ferebatur, ex dolore phlegmonem, & ab ea obſtructionem, quę ſpiritum ad digitos ferri prohiberet, contraxerat. Aduertendum autem vt mitia digerentia prius explorentur, veluti oleum camomelli, oleum vulpinum Meſuæ ad neruorum affectus efficax: poſtea valentiora, veluti oleum de ſpica, coſtinum, de terebinthina Meſuæ, philoſophorum eiuſdem, aqua vitæ, & vnguentũ ex puluere lumbricorum terræ olla in clibano ſiccatorum, ex galangæ, piperis an. vnc. iij. cum libris tribus mellis deſpumati, mire efficax in affectibus neruorum reſoluendis. Amplius ſuccum ireos, caſtoreum, emplaſtrum Meſuæ ex ſinapi: aduertentes ne huiuſmodi valentia parti diutius adhæreant, ne vrant, aut phlegmonem accerſant: balneis quoq; aquarum medicamentoſarum, præſertim ſulphurearum, nitroſarum, & horum luto parti primario affectæ admoto: cerebrum ſemper in huiuſmodi affectibus corroborãtes drachma vna

In paralyſi.

In neruorũ affectibus reſoluendis vnguent. efficax.

In Paralyſi valentiora caute adhibenda ſunt.

In Paralyſi therma efficaces.

vna theriaces veteris, aut mithridati, diamoſchi dulcis,aut amari, aut acori veri conditi, aut confectionis de acoro, aut drachmas duas olei ex acoro in dies adhibendo, aut ſtæchadé, quæ valde cerebrum calfacit,& ſiccat: pulueris etiam hieræ aureus vnus prodeſt, piperis aurei duo. amplius chamepythis in paralyſi efficaciſſima, & ſumta & admota. Ad eũdem modum in conuulſione, reliquias materiæ cõtinentis neruis affixæ,quę proxime ſpaſmum cauſat, digerere ſolent: veluti vnctionibus cum oleo liliorũ,& niſi febris adeſt, vulpino, coſtino actu calidiore, aut potius in his oleis, vel decocto catuli ex oleo, vel vino, vel aqua ſaluiæ partium conuulſarum balneo: vnguento quoq; de bdellio in ſpaſmo efficaciſſimo: pellibus luporum, vulpium, mellidum (taxones vocant) felium, veruecũ & ſimilium animalium: ac hepatis, pulmonibus a viuis animalibus vt vita calent, conuulſę parti, quandiu calebunt, admotis, & catulo viuo, in dorſo ſecto, circumpoſito: vel partem in bouem, aut veruecem, aut aliud maius animal recens cæſum immiſſam continere, quandiu animal calebit: cucurbitula etiam parti conuulſæ applicata, leui quidẽ ſi paruus eſt, ſpaſmus, cum ſcarificatione vero ſi magnus: alioqui materia attracta & non vacuata conuulſionem geminaret. Amplius perfundẽdo frigida aqua partem conuulſam, modo vlcus nõ adſit, & æſtas media ſit, & iuuenis bene carnoſus, calore in-

In conuulſione reliquias diſſipantia.

In ſpaſmo reliquarum diſſolutio.

An tutum sit in conuulsione excitare febrim ephemeram.
Balnea in conuulsione.

tro a frigore compulso, reuocatione sanatur. Febris vero ephemeræ excitatio,& si Auic.salubris sit, his temporibus tamen tuto nõ tentaretur,quod corpora horum temporum pleniore victu magis excrementosa, ad putridas potius quam diarias sint opportuna. Amplius balneis quoque,post etiã totius corporis purgationẽ,præsertim naturalibus,veluti sulphureis,salsis,aluminosis, & quæ etiam a nobis fiunt ex sulphure, sale, alumine in aqua coctis, atque ex decocto herbarum cerebralium maioranæ,saluiæ,betonicæ,camomelli, rorismarini:sumtis etiam materia resoluetur,& roborabitur:veluti acoro & huiusmodi imbecillioribus quotidie ad drachmas duas: fortioribus vero,veluti mithridato in hebdomada semel ad drachmam vnam,& si quotidie scrup.j. aut semidrachma opopanacem quoq; & castoreũ dat Auic.post cibum, vt ab eo vis ipsorũ obtundatur,non autẽ ante, ne cito ad hepar permeans ipsum læderet: quamuis & sumtum & admotum castoreum neminem vnquam læserit,Galeno. Ad eundẽ modum in epilepsia reliquam in cerebro materiam resoluere solent, & cerebrum frigidum & humidum calfaciendo & siccando roborare tum sumtis, tũ admotis: sumtis quidem acoro vero condito, & aliis supradictis,medicamẽto ex scylla,quod ad præcauendum epilepsiã præstantissimũ est: theriaca, aut mithridato semel in septimana sumto:iis etiam quæ tota sua substãtia morbo

Reliquiarũ materiæ resolutio in epilepsia.

repugnant

repugnãt, veluti ruta, pœonia præsertim mas, & modis omnibus admota, & odorata: craniũ quoque maris in mare, fœminæ in fœmina vstum, donec sit albissimum & pulueratum, potu quotidiano epilepsiam sanare testis est Gal.11.simpl.de ossibus. Ad hunc modum, In cerebri inflammatione illa, quæ phrenitis dicitur, materiam digerere solent adhuc in meningibus crassiorem & impactiorem iisdem quibus digeri diximus materiam in capite a materia sanguinea & biliosa, & admotis etiam capiti temperate calidis: veluti columbo, capo, eluro, catulo, vel simili animalculo viuo per spinam secto, & exenterato, vt a vita calet: vel arietis pulmone, aut hepar similiter ab animali calente. In intemperie autem pectoris aut pulmonum cum materia, a qua proueniat tussis, materiam reliquam digerere solẽt trociscis, & suffitibus Rasis a Matthæo Gradi expertis. In obstructione autẽ pulmonis, aut pectoris a materia pituitosa crassa, a qua prouenit difficultas anhelit⁹, veluti asthma, materiæ reliquias siccantibus & dissipantibus resoluere solent, veluti suffitu cum thure, sulphure purgato, & etiam arsenico, quod mirum in his Gentilis prædicat, etsi sit deleterium, & ob id vix vtendũ, nisi rite castigetur: sumtis etiã theriaca, mithridato, diamosco dulci & amaro, & similib. In inflãmatione autẽ illa pectoris, quæ pleuritis dicitur, reliquias materiæ digerere solẽt admotione linimẽtorũ, vnguẽtorũ,

In phrenitide.

In tussi.

In Asthmate.

In pleuritide.

cataplaſmatum, emplaſtrorum, fotu per ſpongiam ex decocto camomelli, meliloti, furfuris vel per veſicam eodem decocto plenam, aut frixo cum pauco vino milio & furfure: initio tamen ab huiuſmodi fotu cauentes, vt ait Hippocrates, & Galenus 2. rat. vict. acut. quia materia largiore tracta, eam augerent, niſi materia eſſet flatulenta: quia tamen flatibus reſolutis dolorem ſedaret, oleis idoneis amygdalarum dulcium, camomellino, cataplaſmate ex farina aut muccagine ſeminis lini fœnigræci, maluæ, althææ, & radicum, flo. camom. meliloti. In hepatis autem inflãmatione reliquias materiæ digerere ſolent iis ſanè, cum quibus perpetuo ſtiptica mixta ſint, veluti abſinthio pontico, roſis, maſtiche, ſchænanto, ſpica nardi (quod pars hæc opus habeat toti corpori commune, & ad vitam neceſſarium) cum camomello, meliloto, anetho, althæa, ſiue decocto ad fouendum hypochondrium dextrũ, ſiue ex iis tritis ſacculo, ſiue linimento, vel vnguento ex oleo lilii, camom. anethini, abſinthii. In obſtructione autem hepatis, vice digerentium tergentibus erit procedendum. In morbis lienis cum iiſdem digerentibus reliquias materiæ quibus diximus eſſe vtendum in reliquiis materiæ poſt hepatis inflammationem cum iiſdem obſeruationibus. In obſtructione autem, & renum inflammatione, vbi inflammatio cœpit declinare, diſcutere ſolent materiæ reliquum ſeſſione ægroti in fœno-

In pleuritidis initio an fotus conueniat.

Reliquiarũ materiæ digeſtio in inflam. hepatis.

Obſtructioni hepatis vice digerẽtium tergẽtia adhibenda.

In morbis lienis diſſipantia reliq.

fœnogræci, altheæ, ſeminis lini, maluæ, interdum etiam artemiſiæ, marrubii, & ſaluiæ decocto vſq; ad lumbos, illinitione pubi & lumbis hordeaceæ farinæ cum fœnogræco, & ſemine lini in mulſa elixata, aut caricarũ decocto: peſſis quinetiam ex butyro, medulla ceruina, adipe anſerino, gallinæ, & ſimilibus paratis. In viſione imbecilli ab humore largiore, reliquias materiæ reſoluere ſolent, & roborare ſumtis quidem veluti nuce muſcata (qua vna in dies mane ſumta, viſionem recuperat Meſues) mirobalanis chebulis conditis duob. bis aut ter in hebdomada ſumtis ad roborandum pliris arcotico, acoro vero condito, diacoro ad drachmas duas mane & veſperi hora ſomni, mithridato, diamoſcho dulci & amaro: admotis vero oculo veluti emplaſtro Meſuæ, ſucco & aqua fœniculi in vaſe æreo per reſidentiam purgato, qui cum ſaccharo, & melle, & foliis auri æſtate inſoletur, vt felle gallinæ, perdicis, piſcium, animalium autem rapacium & aliorum natura calidorum, vt leonis, canis fel acrius eſt: ſuis, aut veruecis, agni eſt clemẽtius, piſcium vero fel eſt clementiſſimum. Ad eundem modum in ſuffuſione materiæ reliquias diſſoluere & diſſipare ſolẽt partim ſumtis hora ſomni, vt cum cibi vapore vis eorũ in cerebrum & oculos rapiatur: vt drachmis duabus confectionis Huma in Meſuæ laudatis: admotis vero (ſed corpore prius exquiſite purgato, aliter vi ea, qua digerunt, nouos etiã

In renum obſtructione & inflammatione.

In imbecilli viſione ab humore largiore.

Fel acre, clemens & clementiſ.

Quæ in ſuffuſione diſſipent materiæ reliquias.

Clementiora. vapores & humores ad oculum traherent) & primum clementioribus, vt oculus sensu tactus exacto præditus, valentioribus etiam assuescat, veluti fœniculi, rutæ aqua, vel succus per residẽtiam purgatus, aqua ex melle distillata, vel puluere sacchari cãdi multis probato, vel vrina pueri nondũ polluti cum pauco fœniculi distillata, vt seruari diutius possit, nec oleat, & balsamo ob eius penuriam vsu raro, & puluere ossis sepiæ: & vbi his malum nõ cedit, valentioribus postea vtentes, veluti fellib. *Valentiora.* animalium: sed primũ clementioribus, qualia sunt piscium, suum, agnorum, gallorum, perdicis: deinde acrioribus, vt auium prædaciarũ, accipitris, aquilæ, falconis, & tauri, bouis, & apri. Sed hactenus de modis, quib. materia exsistit in vnaquaq; particula ita infarcta, vt neq; repulsione, nec deriuatione, nec purgatione, nec phlebotomia vacuari possit, sed emollitione solum, & maturatione, quæ post maturationẽ aut erũpere solet aut artis vi & incisione, & ipsarum partium diductione euacuatur.

Transitus ad alia instrumenta medica.

Quoniam vero materia aliquando ita pertinaciter, & in profundo exsistit, vt nullo enarratorum instrumentorũ genere euacuari possit: ars alia instrumenta adinuenit, quibus materia in profundo pertinaciter adhærens a cẽtro ad circumferentiã violẽter attrahi potest. Quoniã vero & violẽter & violẽtius trahi poterat, ideo duo genera instrumentorũ adinuenta fuerunt: quorum primum, q; vi, sed non adeo

adeo multa, dropacem : alterum vero quod maiori violentia trahit, ſinapiſmum appellarunt. Apud modernos, quod pice plerunque fiant, picationis nomine deſignantur. Quorũ ſane ſingulum quid ſit non incommode aſſequemur, ſi prius percurramus quid ſit attractio: quæ vtriuſq; naturam tanquã genus eorum habet explanare. ATTRACTIO eſt mutatio de vno loco ad alium verſus partem trahentem, facta a calido, & ſicco valido tenuis ſubſtantiæ, in ſubſtantia terreſtri fundato, vt calor naturalis, aut materia euocetur ad extra. Ideo autem dicitur, eſſe mutationem de vno loco ad alium, ꝙ motus localis ſit cõmune genus auerſionis, repulſionis, deriuationis, & attractionis. Quod ſequitur: Attractionẽ eſſe mutationem de vno loco ad alium verſus partem trahentem, facit differre attractionẽ a repulſione: quæ a ſe verſus alias partes expellit. Et quod ſequitur: Attractionẽ fieri medicamento calido, & ſicco, valido, & terreſtri ſubiecto fundato: notat cauſam efficientem, quæ quidem calida eſſe debet, quod calidi ſit attrahere, ſicca vero, vt attractum retineri poſſit, valida vero, quod calidum, & ſiccum quanto eſt validius tanto magis trahat. Ob id calida in ſecundo moderate; magis quæ in tertio; omniũ maxime quæ in quarto trahunt. Et quod ait diffinitio, huiuſmodi calidum, & ſiccum fundari debere in ſubiecto terreſtri, notat quod cum attractio ſit motus, motus autem in tem-

IIII. *Attractio.*

Attractionis & repulſionis differentia.

Attractionis cauſa efficiens.

pore fiat, si in tenui substantia essent fundata cito exolescerent. Atque hoc est illud cur in diffinitione additum fuit, huiusmodi caliditatem validam in subiecto terrestri fundari debere, vt pertinaciter in hoc subiecto inhærés, sui pertinacia etiam materię pertinaci in profundo exsistenti opponi possit. Quod postmodum sequitur: Ideo attractionem fieri, vt calor naturalis, aut materia euocetur ad extra: notat causam finalem ipsius attractionis, quæ quidem duplex est: altera, in qua quærimus euocare calorem ad extra ad aliquod membrũ, vel propter aliquam ægritudinem, vel frigiditatem extrinsecam, ita debilitatum, vt ad atrophiam, & siderationem maxime vergat. Qua ratione vt nutriri possit, violenter calorem attrahere solent a centro ad circunferentiam, & ad membrum illud calore priuatum: altera vero, in qua, non quidem vt calor, nec vt mẽbrũ nutriatur, attractione vtimur, sed vt materia viscida in profundo impacta velociter a centro ad circunferentiam attrahatur. Ex cuius notione facile erit cognoscere naturã dropacis, & sinapismi. Nam actio quę dropace fit, erit attractio aut caloris, aut materiæ in profundo pertinaciter hærentis, facta a calido, & sicco vsque ad tertium gradũ in terrestri substantia fundato, vt calor naturalis, aut materia euocetur ad extra. Itidem & actio, quæ sinapismo fieri solet, erit attractio materiæ in profundo pertinaciter exsistentis, facta a calido, & sicco

Attractionis causa finalis duplex est.

1.

2.

De natura dropacis & sinapismi.

Dropacis actio.

Sinapismi actio.

ſicco valido vſque ad quartum gradum in terreſtri ſubſtantia fundato, ad hoc inſtituta, vt materia euocetur ad extra. Quæ quidem diffinitiones cum ex declaratione ſuperioris diffinitionis manifeſtæ eſſe poſſint, nec inter ſe differant, niſi quod attractio, cum ſit vniuerſale genus harum duarum ſpecierum attractionis, explicita etiam fuit cauſa efficiente generica, & confuſa, & illimitata: actiones vero, quæ dropace, & ſinapiſmo fiunt, cum ſint ſpecies determinatæ, & limitatæ, determinato B etiam, ac limitato efficiente declaratę fuerũt: dropax quidem efficiente calido tertij gradus; ſinapiſmus vero, cuius attractio violentior eſt actione dropacis, efficiente calido quarti gradus. Atque hęc eſt illud, cur pro conficiendo dropace, qui praxim exercent vtantur galbano, pice, ſagapeno, vel pluribus iſtorum, ſecũdum varietatem corporum, quibus applicentur, mollium, & durorum magis, & minus: vt hac ratione in corpore molli pice vti ſoleant, galbanum vero tanquam violentius, & calidius omittant, in hunc modum: Picis vn. j. olei nardini vnc. j. nam neceſſe eſt oleum quoque calidiſſimum eſſe, vt aperiat, & ad attractionẽ diſponat, ſimul bulliant duabus, aut tribus ebullitionibus: Et iis ab igne amotis (quod pulueres coctionem non admittant) addentes pulueris gingiberis, pyretri, naſturtii, vel ſeminis naſturtii, an. vn. j. Et hæc omnia incorporata ſimul ſuper corium extendãtur, & ſecundũ

Dropacis & ſinapiſmi cauſa efficiens.

Dropaciſmi compoſitio.

Dropacismorum vsus in calfaciēdo membro vt possit nutriri.

varium finem vario modo illo vtētes. Etenim vbi membrum calfacere opus erit, ita vt nutriri possit membrum illud, corpus in balneo aquæ dulcis erit ponendum, vt attenuata cuti, & membro, statim dropax appositus ad actū trahatur, tantumque temporis dropax in mēbro relinquetur, quoad rubuerit locus, neque a rubedine diutius permittatur, ne calor attractus resoluatur, & membrum adhuc frigidius euadat. Quinimmo remoto dropace, vt calor naturalis in loco retineatur aliquo oleo emplastico erit inungendus, veluti camomellino, in quo tragacantha, & gummi dissoluantur, vt calor attractus clausione pororum retineatur. Quod si scopus erit attrahere materiam impactam in membro in profundo, veluti in spasmo materiam impactam in neruo attrahere solent, absoluendus erit locus, & fricādus aliqua re calida, dein dropax erit applicandus, & cum rubebit locus, amouēdus erit, oleoque erit inungendus, qui vim possideat remouendi materiam illam, & causam spasmi continentem ad superficiem vi dropacis attractam; veluti oleo de costo: iterumque dropax erit apponendus vsque ad rubedinē duntaxat; quod vltra rubedinem in loco moram trahens, escharas, & vesicas inducere soleat, qui postmodum est scopus, & finis ipsius sinapismi: ratione cuius a dropace videtur differre; quanquam etiam in hoc differant, quod in sinapismo semper materiæ quærat attractio,

Dropacismorū vsus in spasmo.

Dropacis & sinapismi differentia.

& magis

& magis violenter: in dropace autem nõ solũ materiæ, sed etiam caloris attractio fiat, & in attrahenda materia sinapismus valentius attrahat; vt aliud non videatur esse dropax quã præparatio ad sinapismum. Quare cũ vtriusq; finis idem sit, differens secũdum magis, & minus, quod dropacis finis sit rubificatio, sinapismi autẽ eschara, & vesica: sequitur quod etiam ex eademmet materia in genere conficietur sinapismus, ex qua etiam dropax, differente solum secundum magis, & minus. Ob id calidis in quarto gradu vtuntur in sinapismis cõficiẽdis, veluti sinapi, & euphorbio recenti (nã inueteratum huiusmodi facultate priuatur) ꝙ tãtæ adustionis est, vt eius quoq; vapor videatur adurere. Cantharides etiam ad hoc faciũt, buprestes, flammula Iouis, batrachion, stercus columbinum putrefactum, pilulæ caprarum spiratæ. Modus conficiendi apud modernos duabus potissimum materiis confici solet: Ficis aridis, & pinguibus in aqua positis, & contusis quoad fiat pasta, commiscentes puluerẽ alicuius istorum iam enarratorum, vel partes duas caricarum cũ vna parte æquali puluerũ, vel partes duas caricarum cũ parte vna puluerum, in hunc modum: Caricarum drac. ij. pulueris sinapis, vel cantharidum drac. j. cum fermento; quod, vt ait Gal. cap. de fermento, validissimum est ad attrahendum. Non ignorandum tamen est diuersum esse modum cõficiendi dropacem, & sinapismum. Nã dropax

Sinapismi & dropacis materia differt tantum secundum magis & minus.

Sinapismi confectio.

86

Dropacem & sinapismum conficiendi diuersus modus.

adeo extenditur, vt totum membrum amplectatur; sinapismus vero tanquam efficacior, quantitatem vnius aurei non excedit. Atque hoc est illud, cur practici in ischiade, quæ repellentia non admittit, purgato corpore, valenter foras ex profunda cotyle trahentibus vtantur, veluti cataplasmate ex stercore colũbino, & clysteribus acribus. Et vbi his morbus non cedet, sed adhuc infestabit, ad sinapismũ accedunt: veluti sinapi cum caricis, vel etiam per se illito conferẽte, Paulo, vel hunc in modum: Ex seminis sinapis in aceto fortissimo macerati vnc. ij. caricarum vnc. iiij. stercoris columbini in vino albo decocti vnc. iij. mellis anacardini vnc. j. misce, & fiat sinapismus. Vel ex cantharidum alis abiectis drac. ij. staphidisagriæ drac. iij. cũ fermento, & aceto fiat medicamentum: quanquam præter hæc Paulus, & Aetius iberidis herbę vsum extollant, tanquam in totum ischiadicos sanitati restituentem; videlicet ex eius radice diligenter tusa, & suilla axungia veteri modica excepta, adeo vt emplastri speciem repręsentet, & linteolo dẽsiori illita locis maxime dolentibus imponatur, ac incumbat; mulieribus quidem non infra duas horas, viris autem per quatuor horarum spatium, si id perferre poterunt, quod tumores excitet cum ardore, & rubore, veluti etiam sinapismus. postea æger in balneum inducendus, eaque omnia peragenda, quæ ab aliis auctoribus animaduertũtur. Quod remedium

Sinapismus in Ischiade.

Iberidis herbæ vsus

dium,& vtendi modum ex Damocratis etiam auctoritate ponit Gal. 10. de comp. med. per loca, præter ea,quæ ex Archigene recenſet. Sequitur cauterizatio, quæ quidem eſt actio medica actioni dropacum, & ſinapiſmorum maxime ſimilis,& conformis,differens ſolum ſecundum magis,& minus, cum ſint quidam gradus aduſtionis. Cuius ſane vſus in arte medica maximus eſt,& fuit etiam antiquitus, tametſi temporibus iſtis ſit obſoletus, & qui in iſchiade etiã, ſi igne ſub genu externa in parte inuſtio fiat, diuturnis coxendicum doloribus valde conferre ſoleat. Porro CAVTERIZATIO eſt combuſtio imperfecta igne recte, & conuenienter facta,vt membrum excitetur, corroboretur, & euacuetur. Ideo autem dicitur cauterizationem eſſe combuſtionem, quod cõbuſtio ſit formale genus huiuſce actionis, quo differt ab aliis ingeniis medicis. Et quod ſequitur: Cauterizationem eſſe combuſtionẽ imperfectam: notat cauterizationis genus nõ eſſe quamcunque combuſtionem, ſed eã dũtaxat,quæ imperfecta eſt:cuius finis,& terminus eſt rem combuſtibilem vſq; ad carbonis naturam immutare: qua ratione imperfecta combuſtio appellata fuit, quod vltimum finẽ nõ aſſequatur;nimirũ incinerationẽ:& hoc,ꝙ carbo adhuc ratione humidi ab igne inflammetur,& in cinerẽ tranſmutetur,qui amplius inflammari non poteſt. Atque hoc eſt illud quod ait Galenus 5.Therap.cap.4.Cauterium

Cautleriſationis, dropacis & ſinapiſmi differentia.

Cauteriſatio in Iſchiade.

Cauteriſatio.

Cauteriſationis terminus.

ideo applicari, vt res vertatur in eſcharā aduſtam, quæ habet rationem carbonis. Quod poſtmodū ſequitur: Combuſtionē imperfe-ctam ab igne fieri: notat cauſam efficientem, qua mediāte cauterizatio a medicis fieri ſolet, tametſi apud artis medicæ profeſſores duplex reperiatur genus efficientis combuſtionem; alterum ignis, alterum vero medicamentum, in potentia ſecum vim ignis habēs, vnde medicamentum cauſticum appellari ſolet, quod ideo in potētia ignis vim habere dicitur, quod opus ſit, ſi ignis operationes habet exercere, ad actum a calore naturali deducatur, & fiat ex potentia actu ignis: qua ratione noſtris alterū cauterium actuale, alterum vero potentiale appellari ſolet. Illud tamē nōn eſt ignorandū, vt traditur.5.de ſimpl. med. capit. 4. quod etſi combuſtio, & cauterizatio duplici efficiente fieri poſſit, igne, & medicamento, quod cauſticum appellatur, præſtantius tamen eſſe, & tutius cauterizare igne actuali; quam medicamento potentiali: cuius rei ratio hęc eſt, quod ignis cum ſit forma ſimpliciſſima, nihil vltra combuſtionē in membro relinquit, ſed actionem ſuam perficit, propter ſummam quam habet agendi vim: medicamentum autem nō perficit actionem ſuam propter agendi vim, quam habet, ſed ratione, quā a tota ſubſtantia membro contrariatur, & illi eſt inimicum. ſecumque ſit compoſitum quoddam, non ſolum comburit, ſed & alia multa nocumenta

Cauterii cauſa efficiens duplex.

Medicamentum cauſticum.

Cauterium aliud eſt actuale aliud potentiale.

Cauteriſatio tutior eſt quæ fit igne actuali.

B

in

in membro inducit, corrumpendo calorem membri naturalem: vnde fieri solent estiomena, gangrenæ, & huiusmodi alia nocumēta ab Abubachere enumerata: ex quo sequitur cauterizationem medicamento caustico factam, inuentam potius fuisse gratia adulandi viros effæminatos, ignem formidātes, cum occulte faciat, & longiori tempore id, quod ignis vis, & tuto, & cito efficere potest. Atque hoc est illud, cur in definitione facta sit mentio ipsius ignis, & non alterius efficientis ab igne. Et quod sequitur: Recte, & conuenienter facta: notat artem exercēdi huiusmodi instrumenti genus. Recte autem & conuenienter exercebitur, si prius consideratū fuerit, an sit cauterizandum; nimirum quod hoc remedii genus sit violentissimum, argumēto illud esse potest, quod incisio si soluit continuum, substantiam tamen ipsam dimittit: at combustio, præterquā quod soluit continuū, substantiā etiam absumit, & humidum vniuersum: ita vt cauterizatio sit solutiua continui, corruptiua substantiæ, complexionis, & compositionis, in quibus consistit totum hominis esse. Qua ratione cum sit extremum remedium, considerandum erit, an cauterium sit adhibēdum, necne: quod extremis morbis extrema exquisite remedia sint adhibenda. Tunc autem scietur adhibendum esse, si morbus ita pertinax erit, vt propter multitudinem materiæ periculū sit ne locus putrescat: siq; recte per-

Ars recte & conueniēter cauterisandi.

Cauterium est extremū remedium.

Quando cauterium adhibendum sit.

pensum fuerit, rubificantibus non posse trahi quantum oportet, vesicatoriis non posse penetrari ad profundum, incisione non posse euacuari totum: tunc enim ilico, vt prohibeatur putrefactio, aliquo vehementi exsiccante, & comburente erit vtendum, præsertim vbi non dabit inducias, sed periculum immineat, ne os ipsum putrescat: quantitas vero combustionis ex quantitate morbi erit elicienda. Tẽpus comburendi commodum erit tunc, post scilicet præmissam exquisitissimã totius corporis vacuationẽ, 5. 6. & 7. Aph. Gal. quod dolor fiat maximus. Modus cõburendi elicitur ex modo ipsius morbi. Nã si intentio erit exsiccare locum, in quo contineatur materia, quæ non multum distet a cute, vstionem faciemus instrumento confecto ex rotulis placenis, quemadmodum est arbor iurisconsultorum: si in superficie solum, & parum, instrumento vtemur facto in forma sphærica, quod huiusmodi figura in puncto solum contingat: sin autem scopus erit penetrare ad profundũ, instrumento habente formam gladii, veluti fit in craneo, in quo non oportet multis in locis comburere, & hoc, quod periculũ sit propter membranã. Et veluti etiam in hydrope, in qua materiam scopus est euacuare. Quã ob rationem vbi non multum erit aduertẽdum, eligemus materiam ex ære, si multũ, ex ferro, quod æs tenuius sit, ferrum autem crassius: & in materia crassa ignis potentior sit, quam in rariori,

Cauterii quantitas & tempus. Item modus comburẽdi.

Cauterisatio in cranio & hydrope. Materia combustionis.

rariori, vt propter has diuersas rationes forsan Aristoteles æs, Abubacher autem magis ferrum laudarit: Auicenna autem aurum, quod esset magis simile naturæ humanæ. Vbi perpendendum etiam diligenter erit, plerasque partes esse quæ habent neruos & chordas, vt multi scrophulas adurentes vsserint arterias iugulares, & mortem intulerint. Amplius cõsiderandæ erunt reliquæ circumstantiæ, æstas, tempora calida & sicca, & huiusmodi alia. Et quod sequitur in diffinitione, cauteriorum actionem esse combustionem imperfectã, factam ad hoc, vt membrum exsiccetur, corroboretur, & euacuetur, notat finem huiusce instrumenti. Notandum tamẽ est, multiplicẽ hunc finem quandoque vniuersum a medicis intendi, quandoque vero pro parte: vniuersus quidẽ, velut cum applicatur ischiæ, id est vertebræ coxæ in descẽsu mucositatis a capite ad vertebram, vbi pituita redundat, coxa relaxatur, & os facile excidit: tunc enim ratione horum trium simul applicamus cauterium, vt ait Gal. 6. Aph. 60. quandoque vero fit principaliter vt euacuetur, quemadmodum in hydrope: quandoque vero vt corroboretur & exsiccetur, veluti in suppuratis in hepate, vt ait Gal. 7. Apho. 38. Ex quo sequitur fontanellas istorũ modernorum non esse cauteria antiquorum: & hoc, quod fontanellæ in omnibus deuient a causa finali cauteriorum: nimirũ quod cauterium semper loco affecto applicetur, & ad

In Scrophularum adustione cautela.

Cauterisationis fines.

In applicatione ischia.

In hydrope

In suppuratis in hepate.

Fontanellæ non sunt cauteria antiquorũ.

hunc finem, vt exsiccet: fontanellæ vero locũ humectant, cauterium intendit locũ affectũ reddere sanum, fontanellæ sanum efficiunt ægrum: vt his rationibus concludẽdum sit fontanellas non esse cauteria antiquorum. Notãdum autem est præter dicta, Galenum vti etiã cauterio ad prohibendum nimium sanguinis fluxum, velut in vulneratis. Vbi enim cætera non sistunt hæmorrhagiam, inurit locum illũ vnde exit, vt facta crusta, & eschara supprimatur sanguis. Vbi autem cauterio opus erit vti in partibus internis, veluti in habentibus maximum narium fœtorem, quo in casu inuri solent carunculæ illæ mamillares: vel in ano vbi adsit fistula, vel in vtero, tunc cannula erit cõficienda, & luto ex aceto & terra lemnia erit munienda, inspersa vt ait Auic. aquis frigidis. Sed hæc de arte remouendi vitia eorum, quæ in humano corpore continentur, & de modis variis, quibus materia in loco affecto cõtẽta, quæ non repulsione, nec deriuatione, nec vacuatione, aut per medicamentum, aut phlebotomiam eiici potuit, nec mollitione, nec maturatione, nec loci incisione, nec digestione, violenter, aut rubificantibus, aut comburentibus euacuatur.

Cauteriorum vsus in hæmorrhagia.

In fœtore narium.

In fistulis ani.

In vtero.

JO. PAVL.

IO. PAVLI PERNVMIA PATAVINI.

De Curatione morborum.

LIBER SEXTVS.

SECVNDVM nunc genus restat eorũ quæ præter naturam nobis inesse proposita sunt: morborum nempe, qui vt ortu, ita & curatione causis succedunt. Etenim etsi morborum partium corporis humani quidam adeo recentes sint, vt ex causarum curatione & remotione penitus tollantur (& hoc quoties partes corporis humani contentorum vitia nulla adhuc firma stabilique constitutione contraxerunt) Quoniam tamen plerumque adeo firmiter causæ partibus vitia inusserunt, vt etiam quod causæ tollantur genitus tamẽ affectus in partib. corporis humani adhuc persistat. Sequitur igitur vt percurramus, qua arte post causarũ omniũ remotionem sint auferendi: si prius memoriæ repetamus quot vitiorũ genera partes corporis humani contrahere possint. Quod quidem non incommode assequemur ex cognitione naturalium constitutionum partium

Morborum genera vnde dignoscenda.

Partes humani corporis sunt duplices.

corporis humani. Porro cum partes humani corporis duplices sint, aliæ similares, organicę aliæ: ac similiarium recta constitutio sit concinna ex quatuor primis qualitatibus conflata temperatura: organicarum vero formatio recta: sequitur etiam quod duo erunt prima, ac summa morborum & vitiorum genera, quorum alterum, quod partis similaris eucrasiam peruertet, morbus similaris: alterũ, quod organi rationem infringet, organicus appellabitur. Et quoniam vtrique parti commune est, vt simul sint, & continuentur: sequitur quod huius vnionis dissolutio, morbus vtrique cõmunis esse dicetur. Ea vero ratione, qua genera hæc morborum simul inter se commisceri possunt, sequitur quartum vitii genus, quod morbus compositus, eo quod ex miscella dictorum morborum originem trahat, appellari potest: vnde etiam ortum trahent quatuor summa remediorũ genera: alteratio, apertio, vnio: & quartum, quod omniũ simul vim depellendi habeat. quorum singulum qua arte administrandum sit, nõ incommode assequemur, si prius percurramus quid sit vnũquodq; illorum: incipientes ab alteratione. Quoniam vero eadem vitia, quæ penes qualitates inducuntur in contentis partibus etiam corporis humani similaribus inuruntur: sequitur quod etiam ab eodem remedii genere, nempe alteratione, erunt tollenda. Cumque iam alterationis singulam speciem tam penes primas, quam

Morborum prima & summa genera.

Ex quatuor morborum summis generib. quatuor summa remediorũ genera proueniunt.

B

quam secundas qualitates declarauerimus, & singularum naturam manifestam fecerimus in causarū tractatione, sequitur igitur vt percurramus materias & medicamenta, quibus vti solent practici pro alteratione, atque immutatione intemperierum partium corporis humani, si prius illud prænotatū fuerit, quod etiam in arte curandi notatum fuit, pro recto & conuenienti vsu medicamētorum, quibus morbi partes corporis humani occupantes sunt depellendi: Partium primo, seu locorum affectorum semper esse considerationem, & memoriam habendam, nempe considerando eorum substantiam, quod aliter curetur mēbrum carneum, vbi adsint & venæ, & arteriæ; aliter membrum exsangue, sicuti etiā neruus: Modum substantiæ, vtrum molle, durū: quod alia remedia poscat durum, alia molle: Temperaturam, an frigida, an calida: Plasma seu cōpositionem, an habeat cauitates interius: Colligantiam, an habeat colligantiam cum membro principali: Situm, an sit in profundo, an vero in superficie: Sensibilitatem, an parum vel valde sensibile sit: Operationes, an seruiat vniuerso corpori. Et hoc, quod ex horum cōsideratione medicamenta varia applicanda sint. Atque hoc est illud, cur intemperies ventriculi calida frigidis his depelli solcat. Neque enim semper in ventriculo imbecillo vtendū calidis siccis astringentibus: quem errorē præceptoribus suis appingit Gal. 7. meth. sumtis

Alteratio intemperierū partiū corporis humani.

Indicationes pro recto vsu medicamentorum.

Ventriculi intemperiei calida curatio.

quidem veluti ſyrupo cidoniorum,roſato,ex ſucco oxalidis,de ribes, cum duplo aquæ roſarũ,plantaginis, oxalidis, diarrhone abb.aut communi,& trium ſandalorum,conſerua roſarum,ſaccharo roſato,carne cidoniorũ,ſumtis horis tribus ante paſtus:quæ omnia,præter oxalidem,aſtringendo quoque laxam a calore partem roborant: admotis vero oleo roſato, cidoniorũ,mirteo per ſe vel cum roſis,balauſtiis,malicoriis, ſandalis, ſpodio, corallio,forma linimenti vel alia: cauentes ſemper, vt ait Gal.7.meth. ne ventriculum, partem natura frigidam, immodice refrigeremus, & ſic vim eius coctricem proſternamus. Ad eundẽ modum intemperies calida ventriculi complicata cum appetitu abolito, velut in cibi faſtidio, ſeu in appetentia, reflectentibus caliditatẽ & corroborantibus erit alteranda oleo roſato, citoniorum, vel hoc vnguento: ſi dictis oleis addatur ſucci lactucæ, cichorii, portulacæ vel ſolani vnc. j. ſandalorum & corallorũ rubeorum ſcrup.j. cum pauco aceto, ac exigua cera fiat vnguentum : vel citonium accipias, & in poſca decoquito,cõtundito,ac ſtomacho impone. Vbi vero intẽperies calida erit aſſociata cum lienteria, ad extra alterabitur illinitione ex oleo citoniorum, mirtino, roſaceo, vel citoniũ in vino aſtringente decoctum, ac contuſum: cui adiiciatur hypociſtidis, & boli armeni drac.j. coralliorum & ſandalorũ rubeorum an.drac.ij.chiæ maſtices drac. ß illinatur venter.

In affectib. ventriculi vitanda ſunt immoderate refrigerantia.

Inappetentia & intemperies ventriculi calida.

Intemperies ventriculi calida cum lienteria.

venter. item sacculus ex purpureis rosis siccis, sandalis, corallis, balaustio, hypocistide, corticũ citri, cinnamomi, chiæ mastices pauca quãtitate, & in succo citoniorum & aqua rosacea præmacerentur, & pluribus vicibus modice B calidis ventri applicentur: vel hoc vnguento seu cerato ab extra vẽtriculo, & intestinis auxilianti: olei citoniorum, rosacei, an drac. j. olei de absinthio vnciam mediam, sandalorum, & corallorũ rubeorum an. drac. ij. hypocistidis, balaustiorum, & acaciæ an. drac. j. chiæ mastices drac. ß cum pauca cera, & vino astringenti fiat vnguentum seu ceratum. At intemperies ventriculi sicca, humectantibus erit tollenda, veluti tollitur febris hectica: lacte scilicet, balneo, ex decocto maluæ, violæ nigræ, lactucæ, capitibus & intestinis veruecum, vino imbecillo, fuluo, diluto, & humectantibus herbis. Intemperies vero ventriculi frigida & humida, ad quam imbecillitas consequi solet, calfacientibus & exsiccantibus; & laxitatẽ perpetuo prospicientibus depelletur: veluti syrupis stomachicis calidis, quorum præstantissimi sunt syrupus absinthii Ro. etiam hepar roborãs, syrupus seu miua cidoniorum aromatica, syrupus menthæ, cum duplo aquæ menthæ, & absinthii præcipue, ell. rosato Galeni, galanga puluerata cum vino albo sumta, vel in pilulas cum syrupo mẽthæ, vel simili formata per horam ante cibum, & diagalanga secreto quibusdam remedio, præsertim ad flatus ipsius

Intemperies sicca vẽtriculi.

Febris hectica.

Intemperies ventriculi frigida & humida.

Syrupi stomachici calidi.

Diagalãgã.

resoluendos, gingiberis conditi radice vna mane sumta, vel theriacæ, aut mithridati drac. j. semel in septimana, granis piperis 6. 7. 8. integris, ne puluerata ad hepar rapiantur (quod fere calidum est, quibus ventriculus est frigidior) hora ante cibum dimidia deuoratis. Tunica vero interiore ventriculi gallinarũ, ventre mergi, & strutiocamelli ab aliis laudata, a Galeno vituperata: admotis vero ventriculo oleis calidis, de spica, mentha, absinthio, mastice, & vnguentis, ceratis, emplastris ex iisdẽ oleis, cera, & aromatibus stomachicis, vt nuce muscata, xyloaloe, caryophyllis, galanga, mastice, mentha; absinthio: fotu ante pastũ spongia imbuta vino aromatico, cui incocta sint menthæ, absinthii, schœnanti an. manip. j. cinnamomi, ciperi, calami aromatici, an. drac. ij. masticis, nucis muscatæ an. drac. j. Post hũc fotum, poris iam adapertis, illiniri poterit oleis prædictis. Amplius bombax bene carptus eodem vino aromatice mersus & siccatus, deinde pulueribus prędictorum aromatum fartus in epithema ventriculi, forma scuti consutũ, tectum, ligatum imponatur; vel ex iisdem sacculi: pueri quoque carnosi non facile sudantis venter admotus, Gal. lib. 5. simp. teste cap. 5. calore suo concoctionem potẽter adiuuat, & catulus pinguis, & palma manus quæ sit carnosa. Vbi vero eadem intemperies ventriculi humida sit cum frigiditate, ventriculũ relaxãs, ad quam sequatur nausea & vomitio, alteranda erit

In ventriculi intemperie frig. & hum emplastra. fotus.

In intemperie ventriculi humida & frigida cum nausea & vomitu.

da erit intemperies, & roborandus ventriculus: intus pharmacis ex trium piperum generibus drac.j.ex vino tenui potatum,vel diacinnamomum,aut diarrhodon, aut aromaticum rosaceum:extra, hoc vnguento ex chiæ masti- *Vnguentū.* ces,aloes an.vnc.j.diluantur & dissoluantur in oleo de absinthio,ac nardino, & cum purpurea lana ventriculo imponantur: aut hoc modo:♃ olei masticini, de absinthio, nardini an. vnc.j.menthæ siccæ,cinnamomi, maceris,galangæ an drac. j. chiæ mastices drac. iiij. misce, & cum pauca cera fiat vnguentū: vel hoc sacculo:♃ vtriusque mēthæ,& absinthii p.j.cin- *Sacculus.* namomi,chiæ mastices,ligni aloes an. drac. ij. corticum citri,maceris,calami odorati an dra. ʒ.caryophyllorum scrup. j.rosarum rubearum siccarum manip.ʒ.omnia contūdātur, simulq; misceantur, & formētur saccelli in figura scutiformi,& stomacho imponantur:qui insuper 89 poterunt macerari in vino græco, in quo absinthii parum fuerit decoctum, & sæpius iterati applicentur calidi. vbi magis emplastris *In frigido & laxo ventriculo emplastra.* vti volueris,chiam masticem assume, quæ in oleo nardino,ac de absinthio diluatur, & maceretur quantum satis sit, ac dimidiam quantitatem eius ipsius aloes adiice, adeo vt in emplastri formam redigantur, & in corio scuti formam obtinente extende,& vtere:& si mauis cinnamomi, maceris, caryophyllorum,ac calami odorati exiguum pulucrem, addere poteris: ex torrido item pane vino græco ma-

cerato,& vtraque mentha, ac absinthio con-
tusis,ac cinnamomi, aloes, & chiæ mastices
puluere optimum medicamẽtum ad frigidũ,

In intemperie ventriculi & intestinorum frigida cum lienteria.

ac laxatum stomachum efficies. Intẽperies
vero frigida ventriculi,& intestinorum etiam
cum lienteria insequente, si cũ pituitosis suc-
cis erit associata, vomitu prius auersa, & eua-
cuata, & materia præparata syrupo de absin-
thio,de mentha; dein vacuata puluere hieræ
simplicis Gal. post euacuationem alteranda
erit ante cibum per tres horas vnc. ß. syrupi
de absinthio,aut ex mentha cũ pauco puluere
cinnamomi, galangæ, exceptis oleo mastici-

Vnguẽtum.

no,de absinthio : aut hoc vnguento: ℞ olei
masticini,& myrtini an.vnc.j.de absinthio vn.
ß.cinnamomi,galangę,maceris an.drac.ß.spi-
cæ scru.ij.chiæ mastices drac.j.cũ cera, & vino

Sacculus.

odorato fiat vnguentum : aut hoc sacculo:℞
vtriusq; menthæ,& absinthii an. p.j. chiæ ma-
stices,cinnamomi,ligni aloes, & corticum ci-
tri an.drac. ij. caryophyllorum,maceris, galã-
gæ,calami odorati an.drac.j. rosarum rubearũ
siccarũ m.j. ß. figurentur sacculi scutiformes,
qui pauco vino odorato sæpiꝰ inspersi, & pau-
co cidoniorũ succo macerati calidi applicen-
tur:intelligo autẽ vt sint abũde calidi:& hoc,ꝙ
tale esse conuenit cum primũ imponitur taliũ
vnũquodq;:quippe ꝙ tepida omnia ventriculi

Tepida dissoluunt firmitudinem ventriculi.

firmitudinem dissoluunt.8.meth.med. Am-
plius poterit apponi Gal.ceratum stomachicũ
dictum. Eadem frigida intemperies vẽtriculi,
ad

ad quam ſequi ſolet cibi faſtidiũ, ſeu inappetentia; ſi frigiditas erit aſſociata cum humoribus viſcoſis frigidis, prius præparatis iis, quæ ex oxymellite aut muria componuntur, veluti cappares ex oxymellite parati, & oliuę, quæ ex muria, aut oxymellite condiuntur, & picra ipſa diſſecante, ac detergente lentos, & craſſos humores, 6. de tuen. ſan. ad duas drac. poſt frigidorum euacuationem hoc modo erit alteranda dicta intemperies ventriculi frigida; cũ diatrionpipereon, quod qui frigidum ventrẽ poſſident, ſi eo quotidie vtantur, nihil incommodi ſentiant, 6. de tuend. ſan. quanquam iis, qui ad frigus propenſiores ſunt, diaſpoliticon magis conueniat, & etiam theriaca: & quibus venter nimis erit refrigeratus, medicaměta ex pipere, & gingibere cõfecta erunt exhibenda, in hunc modũ, vt 6. de tuend. ſan. facit Gal. Accipiendo ſucci malorum cotoneorũ, quæ dulciora, maioraque ſunt, ac minus acerba, ſextarios romanos duos, mellis optimi tantũdem, aceti ſextarium vnum & medium: & cũ ſuper prunas modice coxeris, & ſpumam detraxeris, immittes vnc. iij. gingiberis, piperis albi vnc. j. deinde rurſus in humili igne decoques, donec mollis craſſitudo exſiſtat: qua craſſitudine ſtomachica medicaměta præparari ſolent: idq; maxime eſt dandum ieiunis in mediocri quãtitate: quanquã nec ſi a cibo ſumatur, quidquam lædat, & prius pranſo ante cœnam duabus horis, aut tribus commo-

Intemperies ventriculi frigida cum faſtidio cibi.

Ventriculo frigido quæ conueniant.

Ventriculo nimis refrigerato quæ adhibenda ſint.

de dari possit. Verũ est, quod huiusmodi medicamentum est satis acre , sed pro varietate temperamenti ipsius ventris frigidi, tuto poterimus medietatem piperis, ac gingiberis assumere. Extrinsecus etiam iis, quæ stomachũ, & fouere, & corroborare possunt; veluti oleo masticino, nardino, de absinthio: vel hac inũctione: ℞ menthæ siccę, ligni aloes an. scrup. j. mastices drac. iij. aloes drac. ij. succi absinthii drac. iiij. olei nardini, & masticini an. vnc. ß. ceræ quod satis sit, fiat vnguentum: vel sacculos adhibendo in hunc modum: ℞ absinthii, mẽthæ an. p. vn. corticum citri, ligni aloes, cinnamomi, mastices an. drac. ij. maceris, galangæ ana drac. j. rosarũ succarũ p. ij. omnib. rite contusis figurentur saccelli ad formã scuti, qui vel per se, vel in vino græco macerati, prius applicentur, & pluries iterentur. Emplastrũ quoq; cõfici poterit ex palmulis, mastice, aloe, vino, hordei farina, ac croco; adiectis oleo nardino, ac absinthii succo, nec non addendo ceræ, & terebinthinæ parum. Sed hæc de curatione intemperierum ventriculi. Illud autem non est prætermittendum , ab intemperie frigida in ventriculo flatus plerunque gigni, & in toto ventre: qui sane huiusmodi medicamentis erunt dissoluendi; primum clementioribus, vt temperate calidis, veluti camomello, meliloto; dein valentioribus, vt baccis lauri, alliis, Gal. 7. & 12. meth. aniso, cumino, galanga, cum vino aromatite, aut cretico dulci, seu maluatico, vel

In ventriculo nimis refrigerato inunctio.

Sacculi.

Emplastrũ.

Flatuum discussio.

Gal. 7. & 12. meth.

ço, vel diacumino, diagalanga, dianiſo; & valentiore his, confectione ex baccis lauri cum vino bono ſumta: cucurbitula quoq; ventriculo, vel etiã vmbiliço admota miraculi modo affectus flatulentos repente mitigat, aut tollit, Gal. 14. meth. Sequitur hepatis intemperies: & primum ieçoris calida intemperies: veluti poſt febres bilioſas relicta, quæ ſane perſanabitur aqua hordei; vuis paſſis calidis, quales ſunt quæ clibano coqui ſolent, hepati tota ſubſtantia familiaribus, vt quæ etiã hepaticam dyſenteriam perſanent. intibus vero & hepar lupi, & limacum caro hepatis intemperiei tum calidæ, tum frigidæ tota ſubſtantia ſalubria ſunt; modo ablatus ſit limacũ lentor multis lotionibus, & frictionibus in lixiuio calido, vel aqua calida ſali aut arenis mixta: aqua etiam ex limacibus diſtillata mane ad vnc. vj. ſumta hepar imbecillum mire roborat. Amplius tolletur intemperies hepatis calida, ad quam hepatica affectio ſequatur, huiuſmodi morſulis factis: Ex tria ſandalorum drac. j. diarrhodonis abb. ſcrupu. j. ſeminis cichorii ſcru. ß. vuarum paſſarum drac. iij. ſeminum melonum drac. iiij. ſacchari diſſoluti in aqua cichorii, & roſarum quantũ ſufficit, formentur morſuli, quorum quilibet ſit ponderis vnc. j. exhibeanturque cum pauca aqua, in qua folia, & radices cichorii, vel hortulanæ endiuiæ fuerint decoctæ. Extrinſecus epithemate frigido hoc modo facto: Ex ſucci cicho-

Iecoris intemperies calida.

Vuæ paſſæ ſanant dyſenteriam hepaticam.

In hepatica affectione calida morſula.

Epithema frigidum.

rii, hortulanæ endiuiæ, lactucæ, seu solani an. drac.iiij. aquæ rosarum rubearum, & cichorii, seu endiuiæ an. lib.j. sandalorum, corallorum rubeorum an. drac.iiij. aceti albi vnc.ij. misce, & fiant epithemata, hyeme actu calida, æstate vero subfrigida: vel hoc vnguento: Ex olei rosacei, de absinthio, myrtini, & de papauere, seu nimphæa ana vnc.j. sandalorum omniũ, & corallorum rubeorũ an. dra.ij. succi cichorii, & lactucæ an. vn.ß. aceti parum, ceræ quantum sufficit; fiat vnguẽtum: vel hoc cataplasimate; Ex foliis plantaginis, & cichorii, ac malo cotoneo in aqua, & oleo rosaceo decoctis, ac contusis, adiecta hordeacea farina, & exiguo croco cũ pauco aceto. Intemperies vero hepatis calida, & sicca post humorum præparationem infrigidantibus, & humectantibus, veluti syrupo violaceo, & cichoraceis, & victus ratione temperata, & ad humidum vergente, præsertim carne, & iure pullorum, velut etiam in atrophia fieri solet, proueniẽte ex intemperie hepatis calida, & sicca, & lacte asinino, humano, & hordei etiã decocto erit tollenda. iisdẽmet tolletur hæc intemperies calida, & sicca hepatis, a qua proueniat elephãtiasis, scabies, & lepra. in elephantiasi tamen addenda erunt ea medicamenta, quæ fiunt ex viperis, qualia sunt theriaca, pastilli seu trocisci theriacales, & sal theriacale. Nã tametsi hæc omnia calida sint, & sicca, ea tamen ratione conueniunt, vt ait Galenus 10. de simpl. med. cap. de carne, quod

Vnguentum

Cataplasma.

Iecoris intemperies cal. & sicca.

Atrophia ex intemperie iecoris calida & sicca.

Elephantiasis.

Lepra.

Scabies.

quod ſui caliditate, & ſubtilitate faciant euaporare materias congeſtas, quæ ſunt in ambitu corporis, & in ipſis viſceribus. Parantur autem viperæ multis modis, & comburuntur præcipue: & hoc, vt ait Galen. lib. de Theriaca ad Piſonem, vt medicamenta facta tenuiora facilius in altum corpus penetrare poſſint: verum eſt, quod huiuſmodi medicamenta calidiora in intemperie hepatis calida, & ſicca ſunt commiſcenda medicamentis ipſa contemperantibus, veluti ſaccharo roſato, violato, borraginato. Amplius adiuuabitur huiuſmodi intemperies ducentibus vrinam, quæ tamen non ſint calida, veluti eſt aſplenum, ſeu cetrach, quod ſui tenuitate, non autem caliditate vrinam prouocat, & veneris capillus. Extra vero tolletur inunctione ex oleo roſato, amygdalino, & ſimilibus, & balneis aquæ dulcis, in quibus ſint decocta ea quæ humectant: cuiuſmodi ſunt decocta ex pedibus caſtratorum iuuenum, & huiuſmodi, & balneis moderate calidis ex decocto betonicæ, camomillæ, & ſimilibus. Pro tollendis autem cruſtis, & aliis affectionibus cutis, balneis erit vtendum abſtergentibus, in quibus decocta ſint ſemina fœnugræci, radices lapathi, lingua vaccina appellata, & flores fumi terrę, & huiuſmodi: & balnea, in quibus decocta ſint ſulphur, alumen, camomilla. Amplius viperis integris decoctis in oleo amygdalarũ amararũ:

Viperarum præparatio.

Iecoris intemperies calida & ſicca temperatur diureticis. Item balneis.

Pro cruſtis & aliis cutis affectionibus balnea.

Pila.

quo decocto inungẽdum erit corpus vniuersum: vel hunc in modum: Ex saponis albi multoties loti cum aqua rosacea libra media, pulueris ireos, storacis, calaminthæ, singulorum vnc. j. pulueris betonicæ drac. iij. misce cum oleo rosato, & fiat pila, cum qua fricetur corpus vniuersum in balneo exsistens. Sequitur hepatis intemperies frigida, quæ sane contrariis calfacientibus erit tollenda: his tamen semper obseruatis, primum vt addantur clementer adstringentia, quæ partis principis robur tueri possint, aut restituere. Amplius tenuium partium esse debent tergentia, lenientia, vt dicta excrementa vacuentur. Quas vires habent terebinthina, cinnamomum, vuæ passæ, pistachia, schœnantum, spica nardi, absinthiũ ponticum; vt etiam eius ipsius vnius vsu hydrops sanetur. cuius species omnes hydropis drachmis duabus diacurcumæ mane cum aliquo liquore, vt aqua absinthii sumtis, sanari scribit Auicenna. E dialaccæ etiam cochlear vnum hepar roborat, rhabarbaro etiam tolluntur hepatis vitia, & aliorum medicamentorum freno bis in hebdomada sumto ad drachmam vnam, dysenteriam hepaticam persanante, & trochiscis de eupatorio cum syrupo absinthii, eupatorii. Ad extra vero tolletur frigida hepatis intemperies, ad quam hepatica affectio sequi

Iecoris intemperies frigida.

periẽtia: & hoc, quod fere simul adsit obstructio a congestis in eo, per imbecillam sanguificationem, excrementis: addendo etiam modice

Hydropis curatio.

Hepar roborantia.

Dysenteria hepatica.

qui

qui ſolet, huiuſmodi liniméto: Ex oleo camomellino, nardino, anethino, ſampſucino, lentiſcino, ſeu de abſinthio: vel hoc vnguento: Ex ſucci eupatorii, marrubii, & fumariæ an. drac. iij. aſſari, ſpicæ nardi, & celticæ an. ſcrup. j. cinnamomi, iunci odorati, & ligni aloes ana ſcru. ß, olei roſati, camom. & de abſinthio ana vn. j. ceræ quantum ſufficit, aceti parum; miſce, & fiat vnguẽtum: vel hoc cerato: Ex fœnugræci, farina hordeacea, ſeminis lini, ac lupinorum ana drac. iiij. flo. camomil. eupatorii, abſinthii, meliloti, iunci, odorati ana ſcrupu. j. myrrhæ, maſtices, corticũ thuris ana drac. ß, olei anethini, nardini, roſacei, ac de abſinthio ana vnc. j. ceræ quantum ſufficit, fiat ceratum, & vtere: Vel hoc epithemate: ℞ ſucci eupatorii, marrubii, fumariæ, cichorii ana lib. ß dein accipe radicis capparorũ, filicis, & cichorii ana drac. iij. abſinthii, flo. camomil. fol. plantaginis ana pug. ß chamædrios, chamæpitheos drac. iiij. ſeminis dauci, aniſi, & fœniculi ana drac. j. ſpicæ, ſtæchadis drach. j. ß. fiat decoctum ſecundum artem in aquę pluuialis ſufficienti quantitate, de quo accipe libras duas, miſcetoq; cum prædictis ſuccis, ac aceti vnc. ij. adiicito, & vtere. Sequuntur lienis intemperies, quæ ſane eandem, vt inquit Paulus, cum iocinore curationem poſtulant, cibis iiſdem, potibus ſimpliciſſimis, pharmacis, ac fomentorum irrigationibus, oleis, & vnguentis. Sequitur intemperies calida renum, quæ plerunque calculi eſt effe-

Pro affectione hepatica linimentũ.

In affectione hepatica vnguentũ.

Ceratum.

Epithema.

Lienis intẽperies.

Renum intẽperies calida ex qua calculus. ctiua causa, quæ sane refrigerantibus erit temperanda, quæ tamen astringentia non sint, ne viis astrictis materiam retineant: ac si externe lumbi erunt aperiendi, pelles, plumas, calorifica cætera lumbos tangere prohibentes, admouentes renibus inter duas telas ceratũ Gal. refri. vel sandal. vel ex cera alba, & oleo violato, vel nimphæato, vel cucurbitino, singula quarta parte horæ ablato, & dum refrigeat iterum admoto: quanquam in aere frigido tepidum sit applicandũ. Calida vero intemperies renum, aut sine materia, aut cum materia calida renibus imbibita, ad quam diabetes sequi solet, quæ sane ex aqua tollitur hordeo tosto cõfecta, aut succo malorum punicorum cum frigida permixto, vel decocto mirtillorũ, pomorum, seu pirorum astringentium: Extrinsecus huiusmodi topicis lumbis, seu renibus, pectini, & hypochondrio pręsertim dextro illinitione oleo rosato, omphacino, præcipue cidoniorũ, & mirtino: adhuc oleo de papauere, seu de nimphæa cum pauco aceto, ac cera: vel hoc vnguento. Ex sandalorum omniũ dra. ij. succi plantaginis, & cichorii an. vn. j. olei rosacei, & mirtini an vnc. j. ß. ceræ & aceti parũ; fiat vnguẽtum. Renibus autem & pectini hoc vnguento: Ex succi lactucæ, & portulacæ, ac foliorum pampinorũ vitis, seu solani, seu vmbilici veneris an. vnc. j. farinæ hordei vnc. j. ß. gummi draganti infusi in aqua rosacea dra. iij. cremoris seminum citoniorum drac. iiij. olei

In Diabete topica.

Vnguentum

rosati,

rosati, mirtini, & de nimphæa an. vn. j. hypocistidis, balaustiorum, corallorum rubeorum, & rhu obsoniorum an. scrup. ij. aceti, & ceræ parum, fiat vnguentum. processu temporis adiici poterit papaueris succus, seu hyosciami, cremor etiã seminum papaueris, & eiusdem oleũ & vbi volueris cataplasmatib. vti, hoc modo: Ex foliorum hyosciami, papaueris, solani, & rosarum an. m. j. portulacæ, vmbilici veneris an. m. ß cremoris seminum papaueris, & cotoneorum an. drac. iij. farinæ hordei pug. j. ß. sandalorum, & corallorum rubeorum, ac balaustiorum an. drac. j. olei rosati, mirtini, & cidoniorum an. vnc. j. contundantur, misceantur, & cum succo solani, seu foliorum vitis, pauco aceto addito fiat cataplasma. Sequitur vesica, quæ sane intemperie frigida laborare solet, a qua vesica redditur imbecillis, ad quam ischuria, seu vrinæ suppressio procedere solet. & nõ solum ischuria, sed etiam vrinę incontinentia ab huiusmodi intẽperie frigida afficiente musculum vesicæ a natura factũ ad astringendum, quæ profecto tolletur assiduis insessibus seu fotib. in fœnugræci, seminis lini, althææ, rutæ, sampsuci, ac artemisię decocto cũ oleo, & loci inunctione ex oleo rutaceo calido sæpe per diem & noctẽ, & maxime post insessus: & hoc vnguento: Ex olei nardini, costini, & rutacei an. vnc. j. olei de scorpionibus & irini an. vnc. ß masticis, florum stœchadis an. drac. ij. castorei drac. j. sagapeni & bdellii an. drac. ß. dissoluãtur

Cataplasma.

Vesicæ intẽperies frigida.

In Ischuria & vrinæ incontinentia fotus.

Vnguentũ.

Vasorum spermaticorum intemperies calida & humida.

In Gonorrhaea.

Cataplasma.

gummi in vino albo,& addita cera fiat vnguẽtum. In hunc etiam vsum confert vnguentũ, quod dicitur dialthæa. Sequitur vterus, sed primũ expediamus vasa spermatica: quæ quidem vbi intemperie calida & humida simul e-runt affecta, ad quam sequi solet gonorrhæa seu seminis profluuium, his erit depellenda: circa lumbos & pubem medicamento ex rosaceo, maxime omphacino parato, aut pauco vino cũ linteis lineis, aut in melino oleo pauco, vino addito madefactis, aut spongiis posca imbutis, aut cataplasmate ex palmulis, malis, acacia, hypocistide, ænanthæ, rhoe & similibus: necnon insessionibus ex lentisco, rubo, mirto in vino austero, aut etiam aqua ipsa decoctis: & per interualla vnguentis ex iis succis compositis astringentibus, aut succo semperuiui, aut lactucæ, & nimphææ, & rosaceo, & cera. Vel hoc vnguento: Ex olei rosati omphacini, citoniorum, de nenuphare, & mirtini an. vnc.j. cremoris seminis lini, & seminum citoniorum extranei cum aqua rosacea an. drac.ß. foliorum rutæ, agnicasti, & menthæ siccorum an. drac.ß. succi polygoni, portulacæ, semperuiui an. vnc.j.ß. pulueris corallorum & sandalorum rubeorum, sanguinis draconis, & boli armeni an. drac.j. ceræ quantum sufficit, aceti parum, misce & fiat vnguentum: etiã lamina plumbea lumbis supposita multum refrigerare consueuit in somno. & vbi plumbi duritiẽ non tolerabunt, ex prædictis herbis refrigerãtibus

Insessiones.

Vnguenta.

Lamina.

bus quædam arefacta ſubſternantur, quibus addes viticis folia, rutæ, ac calamenthæ, & roſæ: proſunt enim hæc citra renum læſionem. Præterea huiuſmodi paſtillis: Ex ſeminis rutæ, agni caſti, & vrticæ an. ſcrup. ß. ſeminis lactucæ, portulacæ, plantaginis, & papaueris albi an. ſcrup. j. ſeminum coriandrorũ præparatorum, & canapis torrefactorum. an. gr. iiij. diacalaminthæ drac. ij. cornu cerui vſti, ſeminis roſarum, ſandalorum, & corallorum rubeorum an. gr. vij. ſeminum melonum drac. iij. ſacchari diſſoluti in aqua roſarum quantum ſufficit: formentur paſtilli, quorũ vnum cũ pauco vino rubeo aſtringenti, aut pauca aqua, in qua ferrum ſæpius fuerit exſtinctum, aſſumãt pro qualibet vice. At vterus vbi intemperie calida laborabit, ad quam menſium ſuppreſſio fiat, poſt purgationẽ humoris bilioſi, poſt frictiones & vincula partium infernarum, & cucurbitulas pubi, & inguinibus affigendas, balneo aquæ dulcis erit vtendum, & inſeſſione, ex malua & althæa, & violis, hordeo, & camomelli floribus decoctum parando: & inunctione pubis, & inguinum huiuſmodi vnguento, ex olei amygdalarum dulciũ & amararum, & olei de cucurbita an. vnc. j. adipis anſeris, & butyri recentis an. drac. iij. ladani drac. ij. fiat vnguentum: & peſſis ex contuſis maluarum & althææ radicibus, hordeo decocto, ſaccharo rubeo, adipe anſeris vel gallinæ, omnibus contuſis & ſimul permixtis, & ſerico

Paſtilli.

Vteri intẽperies calida.

In menſium ſuppreſſione balnea.

Inunctiones.

linteo veteri inuolutis: prius tamen quam immittantur, in oleo amygdalarum dulcium, vel de cucurbita intingantur & hoc tempore cremor seminum melonum, vel cucumeris cum aqua hordei cum corticibus paretur, aut aqua capillorum veneris, vel in aqua radicis glycyrrhizæ fuerit decocta, & exhibeatur. Insuper pastillis ex prædictis paratis, & reliquis seminib. cõmunibus, qui a balneo, seu insessu cum prędicta aqua hordei, aut capillorũ veneris præbeantur. Et vbi hæc non suffecerint, confugiendum erit ad ea, quæ Mesues vocãt medicamenta. Vbi vero vterus intemperie frigida laborabit, ad quam itidem mensium suppressio sequi solet, balneis mineralibus ad rẽ facientibus erit vtendum: vel vbi naturale haberi non poterit, insessione in aqua, in qua artemisia, camomilla, pulegiũ, calamintha, sauina, maiorana, & ruta fuerint decocta: Ex quibus sacculi etiam parari poterunt, qui calfacti in latere irrorato ex pauco vino albo applicentur, sæpius iterentur, & foueãtur partes circa vterum. Insuper suffitu ex aromatibus muliebria ducente, Hip. 25. 5. Aph. quod vasorũ ora obserata aperiat, humorũ crassitudinem extenuet, & obstructiones incidendo liberet, vt ait Gal. in commento, & inunctione in imo ventre, pube, & inguinibus ex hoc vnguento: Ex olei liliacei, & irini an. vnc. j. amygdalarũ amararum, & de capparibus an. vnc. ß. succi rutæ aut sauinæ, & artemisiæ an. drac. iiij. ladani dra.

Pastilli.

Ex vteri intemperie frigida mẽsium suppressio.

Balnea.

Sacculi.

Suffitus.

Vnguẽtum.

vij.

vij.ceræ quantum sufficit, fiat vnguentũ: Pessis etiã vbi opus fuerit primo mitioribus, dein valentioribus. mitioribus quidem ex anserino seu gallinaceo adipe, saccharo rubeo, & pauco croco: interim adiiciendo mercurialis herbæ contusæ parum, aut tantundem artemisiæ, aut sauinæ, aut pulegii, & vbi valentioribus erit vtendum, myrrha, bdellio, galbano, aristolochia, rubia tinctorum, abrotano: adiectis iisdẽ prius cõtusis, ac linteo serico, aut lineo tenui, ad formam digiti humani inuolutis, oleoque irino aut liliaceo prius infusis, mulieris pudẽdo immissis, adeo vt os vteri attingant, cruribus tamẽ alligatis, vt vbi opus sit promtius valeant auferri. Pastilli quoque ex seminis fœniculi, dauci, & seseli an. scrup. j. cinnamomi, cassiæ, cuiuslibet, scrup. ß. seminum melonum & cucumeris drac. ß. sacchari dissoluti in aqua melissophylli, aut capillorum veneris quantũ sufficit, formentur pastilli, & vtere temporib. dictis cum aqua mulsa, aut aqua capillorum veneris. Mirifice quoque conducunt pastilli ex myrrha, si drachmam vnam exhibeas cum aqua mulsa, aut aqua capillorum veneris. Sequitur pectus & pulmones: quæ quidem vbi intemperie calida à materia relicta laborabũt, depelletur iis elegmatibus, quibus diximus materiam pulmonibus conceptam exspui facilem reddi, & foris thoracem inungendo oleo violato, frigida vero intemperie iisdem elegmatibus, quibus diximus materiam exspui

Pessi mitiores.

Pessi valentiores.

Pastilli.

Pectoris & pulmonum intemperies calida.

Intemper. frigida.

facilem reddi : & foris inunctione cum oleo
amygdalarum dulcium per se,aut cum butyro
recenti,& croco pauco, vel etiã oleo & muc-
cagine seminis lini,fœnogræci,maluæ,althęę:
frigida vero intemperies organorum respira-
tionis,præsertim musculorũ thoracis , ad quã
tussis,sed non ita vehemens sequi solet,depel-
letur, pectus inungendo calidis vnguentis:vt
camomellino , anethino , amygdalarum dul-
cium,butyro,ac anseris, seu gallinæ pinguedi-
ne.vel hoc vnguento, Ex butyri recentis, pin-
guedinis anseris an.drac.ij. olei irini, & amyg-
dalarum dulcium an.vnc.ij.farinæ fœnugræci,
seminis lini,& althęæ an.dra. ß radicis althęæ,
helenii ,& glycyrrhizæ an drac. j. cum cera fiat
vnguentum. Per calfaciẽtia enim instrumen-
torum respirandi frigiditatem emendamus.
Quæ autem ex defluxu humoris contingit,se- 92
quenti libro curationi symptomatum dicato,
vbi de tussi agetur,manifesta fiet.Sequitur ca-
put, cuius quidem intemperies calida, ad quã
dolor sequi solet, depelletur somno, Apollo-
nii auctoritate.2.de comp.med.per loca.aquæ
potu, aut vino aquoso Gal. vbi aqua exhiberi
non poterit,& sumtione vnc.j.ß. syrupi de in-
fusione rosarum,aut ex nimphęa,vel violacei,
cũ duabus vel tribus vnciis aquæ borraginis,
vel cichorii.Extra vero caput erit inungẽdum
iuxta sinciput propter laxitatẽ coarticulatio-
nis iuxta coronalem commissuram,quod illic
ob ossium tum tenuitatem,tum raritatem,fa-
cilius

Tussis ex frigida intemperie organorũ respirationis.

Capitis in dolore ex intemp. calida.

Inunctiones.

cilius vis medicamentorũ intro recipi poſſit. Quo in loco roſaceo caput erit illiniendum, aut irrigandum, proximum a roſaceo erit camomillinum: mẽſura autem roſaceĩ & camomillini ab ardoris magnitudine, & paruitate, & habitu corporis, ætate, & aliis circũſtantiis erit circumſcribenda vt pueris, eunuchis, & qui molli carne præditi ſunt camomillino, in aliis roſaceo. A papaueris tamen & mandragoræ ſucco erit abſtinendum, quod nõ citra dãnum refrigerẽt, Gal. quare hoc modo erit refrigerandum caput: ℞ olei roſacei vnc.ij. aquę roſarum vnc.j. aceti vnc.ß. aut prædictis, ſucci ſemperuiui, portulacæ, ſeu lactucæ vnc.j. immiſcendo: aut tantũdem aliorum medicamẽtorum infrigidantium: vel cremorem addendo ſeminis cidoniorũ, maluarum, aut althęæ, ſeu pſilii drach.iij. vel iiij. & loco roſacei, violaceo, de cucurbita, & ex nimphæa oleo vtẽdo, & cum cera ac pauco aceto ad vnguẽti formã ſincipiti applicando. Poterit etiã alterari ſaccellis ex roſis, violis, hordeo, lentibus, ac nimphææ, foliis prius contuſis: vel vbi malueris alterare embrocha, hoc modo: ℞ foli. maluarum, violarum, & roſarũ an. pug. ß florum nimphææ drac.iij. pampinorum, ſeu capreolorum vitium, portulacæ ſeu ſemperuiui an. m.j. camomelli, meliloti, & fœnogræci an. dra. ij. coquantur ſecundum artem, & fiat embrocha, addendo aceti parum, præſertim ſi dolor intra cranium erit: qua ratione prædictis o-

Succus papaueris & mãdragoræ cum damno refrigerant.

Vnguentũ.

Sacculi.

Embrocha.

mnibus medicamẽtis erit immiſcendum. O-
dore etiam alterari poterit, ex aqua roſacea &
mirtillorũ cum exigua aceti portione. Ad eũ-
dem modum ſi ad intemperiem calidam ce-
Mania.
rebri ſequatur mania, irrigatione erit alteran-
da, ex roſarum, violarum, ſolani, foliorum la-
ctucæ an. pug. ß. corticũ papaueris albi drac. ij.
florum camomillæ drac. iiij. florum ſtœchadis
drac. j. Et cum prius bullierint in debita aquæ
quantitate, additoque pauco aceto iuxta co-
ronalem commiſſuram, loco prius abraſo ca-
In mania pharmacũ Aetii.
put irrigato. Confidit autẽ Aetius valde phar-
maco ex papaueris capitibus cum ptiſanæ ſuc-
co, aut aqua exhibito pondere vnius cochlea-
ris. Interdum non vna vice, ſed intermiſſa die
Catartrhus ex intemp. calida cerebri.
vna, rurſus exhibendo. Aſſerit enim hoc me-
dicamentum ab affectione liberare poſt venæ
ſectionem. Suffimẽto etiã alterari poterit, ve-
luti fit in calida intemperie cerebri, ad quam
ſequatur diſtillatio, velut ex mannæ, ſeu corti-
cis thuris, labdani, maſtices, an. ſcrup. ß. ſanda-
lorum rubeorum & luteorum, & corallorum
rubeorum an. drac. j. roſarum rubearũ ſiccarũ
incompletarum drac. iiij. fiat puluis, qui vbi v-
ſus exigat carbonibus ignitis inſpergatur. Ca-
lida vero intemperies aut ſola, aut cum mate-
In inſania irrigationes
ria, ſeu ſucco calido, ad quam ſequatur mania
ſeu furor, aut inſania, irrigatione capitis roſa-
ceo cum pauco aceto, aut poligoni ſucco, vel
oleo anethino imbuta petia lanea aut linea
ſincipiti impoſita, & frequenter remota, aut
huiuſ-

huiuſmodi irrigatione:Ex roſarum, violarum, ſolani foliorum lactucæ an. pug. ß. corticum papaueris albi drac. ij. florum camomillæ dra. iiij. florum ſtœchadis drac. j. bulliant in debita aquæ quantitate, & addito pauco aceto iuxta coronalem commiſſuram fiat irrigatio capite abraſo quæ non ſit frigida, ſed tepida. Calida vero capitis intemperies, ad quam ſequatur catarrhus ſeu diſtillatio, ſi erit cum materia acri & bilioſa, prius præparata & vacuata, caput erit alterandum: quod vt ait Gal. 6. de tuen. val. in quouis defluxu ex capite ad ſubiectas partes, capiti proſpiciẽdum ſit, ipſumq; ſanandũ, veluti mali fontem, ac firmandum, modo liceat, quod origo, & principium catarrhi e capite naſcatur. Alteranda igitur erit intẽperies calida capitis balneis aquæ dulcis, quo & calidos vapores, qui in capite ſunt euocemus, & totum capitis temperamentũ melius reddamus, 6. de tuen. val. Gal. caputq; roſaceo perũgendum erit, præſertim tẽpore æſtatis, potiſſimum omphacino. Et ſuffitus hoc modo fiendus: Ex mãnæ ſeu corticis thuris, laudani, maſtices, ſingulorum ſcrup. ß. ſandalorũ rubeorũ & luteorum, & corallorum rubeorũ an. drac. j. roſarum rubearum ſiccarum incompletarũ dra. iiij. fiat puluis, & vbi vſus exigat carbonibus ignitis inſpergatur. Vbi vero caput intemperie frigida erit affectum, ratione cuius itidem ſequatur catarrhus, ſi cum materia erit aſſociata, præparata prius & alterata, &

Catarrhus acris & bilioſus ex intemperie capitis calida.

Balnea.

Suffitus.

In catarrho frigido.

Sacculi. euacuata materia clysteribus, purgatione, caput ad oppositum erit alterandum, sacellis capiti ipsi admouendis, ex hyssopi, sampsuci, florum camomillæ, meliloti an. drach.j.ß flo. stœchadis, spicæ, singulorum scrup.j. mastices, ligni aloes, maceris cuiusque drac. ß rosarum aridarum drac.iij. terantur singula; & in sericũ, seu tenuẽ linteũ lineũ immittãtur, sacculusq; formetur, & coronali suturę imponatur. Quo *Sinapismus.* etiam loco sinapismus, aut igneum cauterium *Cauterium.* (vbi diuturnior fuerit affectio) vtiliter adhi- *Suffitus.* beri poterit: Et huiusmodi suffimento: ℞ maceris, ligni aloes, spicæ, mastices, corticum, seu mannæ thuris an. scrup.ß hyssopi, & sampsuci siccæ an. scrup.j. ladani drac. j. florum stœchadis, & caryophyllorũ, singulorum drac.ß rosarum rubearum siccarum drac.ij. vel iij. paretur puluis, & modo dicto in intemperie calida v- *In intemperie frigida cerebri materiæ pituitosæ vacuatio.* tere. Frigida vero cerebri intemperies, si cum materia erit associata pituitosa, euacuanda erit materia apoplegmatismis seu pastillis, Traliano, ℞ vuæ passæ drac.iij. hyssopi & sampsuci an. drac. ij. cum pauco melle & cera formẽtur pastilli, quorum vnus notabili quodã spatio commanducetur: aut ex piperis & sinapis *Pastillis.* an. drac.j. hyssopi, staphidis agriæ, origani, & pirethri scrup.j. vuæ passæ drac. iij. cum melle & cera iidem formentur. Errhinis etiam eua- *Errhinis.* cuabitur a capite pituita: Ex hyssopi, sampsuci & betonicæ decocti lib. iij. succi foliorum betæ, aut radicum eius vnc.iiij. vel lib.ß vel si for-

tioribu

tioribus indigeas, tantundem ſucci braſſicæ, aut ciclamini adiicias. Sternutatoriis etiã proritari poterit, vt puluere albi ellebori, caſtorii, piperis, aut nigellæ naribus indito, vel ex iis compoſito. Euacuata materia, alterabitur intemperies frigida cerebri tum odoramentis calidis ex ſampſuci corticum, & foliorũ citri, hyſſopi, & rutę an. ſcrup. ij. caſtorii, florum ſtœchadis ſingulorum ſcrup. j. ſtiracis calamitæ, labdani, ligni aloes an drac. ß. maſtices, corticũ thuris, ſpicæ, & caryophyllorum, maceris an. ſcrup. ß. ſandalorum rubeorum, & corallorũ rubeorum an. drac. j. cum ſucco betonicæ, ſeu ſampſuci, & cremore tragacanthi fiat orbiculus odoriferus, moſchi, ac ambræ gr. iij. vel iiij. addendo. Et affuſione ad ſinciput olei rutacei aut anethini, camomellini: frontem quoque, nares, & aurium meatus illiniendo, quod horum oleorum vſu ſolo 2. de comp. med. per loca, interdum liberetur cerebrum ab affectione, præſertim vbi intemperies recens ſit, & ab aere impreſſa. Sacculis etiã ex rutæ foliis, hyſſopi, & ſerpilli an. p. j. ſampſuci, betonicę ana drac. iiij. florum ſtœchadis, ſpicæ, ana drac. j. roſarum rubearum m. ß. Similiter & vnguento ex olei rutacei, camomellini, & nardini an. vn. j. hyſſopi, ſpicæ, florum ſtœchadis an. drac. ß. maſtices, thuris an. drac. j. ceræ parum. & vbi opus erit. caſtorii addendo ſcrup. j. Embrochis etiam calidis, ex decocto florum camomelli, fœnigræci, ſeminis lini, ſertulæ campanæ an.

Sternutatoriis.

Intemperiei frigidæ cerebri alteratio.

Orbiculis.

Affuſione oleorum ad ſinciput.

Sacculis.

Vnguentis.

Embrochis

m.ß spicæ, florum stœcadis an.drac.j. foliorum rutæ, hyssopi, & sampsuci an.drac.iij. Horum etiam vaporibus per nares susceptis. Amplius lauri foliis teneris cum irino vnguento tritis capiti adhibitis: & fomentis per spongias calidas imbutis, & expressis, maxime si in aqua lauri folia tenera fuerint incocta, aut sampsuci, vel ciperi. Præter hæc aliis quoque vti poterimus: cephalæum enim post repellentia, & discutiētia: Ex verbenaca oleo incocta si caput irrigetur, omnem capitis dolorem antiquum ex frigiditate, aut ex crassis humoribus ortum medetur, Gal.2.de comp.med.per loca. Et hemicraneæ ob frigidas causas 2.de comp. med. per loca in fine Gal. si dimidiam frontis partē vnam cum temporis musculo ex euphorbio, oleo, & cera parato vnguento illinias, cōmodissimum asserit esse medicamentū, quod fiet ex euphorbii vnc.j. olei lib. j. ceræ quadrante. Quod si validius videbitur medicamentum, poterit euphorbii vn.ß. assumi, prę sertim si euphorbium validū sit, corpusq; molle, ac exacto sensu. Iuuat etiam si in aurem instilletur hoc modo: Euphorbii scrup. j. olei dulcis vnc. ij. quibus commixtis gutta vna, vel duę in aurē instillentur. cauendum autē erit ab hoc pharmaco in iis, quibus a calidis vaporibus aut humoribus hemicranea gignetur. Ad eundem modum, & iisdem depelletur intemperies frigida cerebri, quæ vt plurimum a pituita (quā quam etiam a melancholia) oriri soleat, ad quā sequatur

Fomentis.

Ad capitis dolorem antiquum ex frigiditate.

Ad hemicraniam ex frigiditate.

In memoria deperdita ex intemp. frigida a pituita irrigationes.

ſequatur memoria deperdita, irrigationibus, quas græci embrochas appellant, ex alto cadẽtibus torrentis ritu, capiti prius abraſo intemperies tolletur, præſertim iuxta coronalẽ cõmiſſuram. Qua parte cum laxior ſit, atque os tenuius & rarius, promte non tantum qualitates, ſed & ſubſtantiæ medicamentorũ, præſertim ſi tenues fuerint, intro tranſmittuntur Galeno teſte, ac in ſeipſo experto 13. meth. & 2. de comp. med. per loca, in hunc modum paratis: Ex hyſſopi, ſerpilli, thymi ana pu. ß betonicæ, ſampſuci, florum camomillæ ana pug. j. florum ſtœchadis drac. iij. fiat decoctum: cui addatur caſtorei drac. j. aceti vnc. j. Necnõ vnctionibus ex oleo nardino, nucis muſcatæ, de caſtoreo, coſtino, vel de piperibus in eodẽ loco factis, quanquam etiam in poſteriori parte capitis, videlicet in occipitio, ac iuxta primã, & ſecundam vertebram: & huiuſmodi præterea ſaccellis: Ex hyſſopi, ſampſuci, florũ ſtœchadis an. dra. j. caſtorei, nucis muſcatæ, ſpicæ, macis ana ſcrup. j. corticum thuris, maſtices, & ligni aloes an. drac. j. ß. roſarum rubearũ ſiccarum æquali pondere omnibus, contundãtur, & formentur ſaccelli. Vbi vero ex melancholico ſucco pendebit, ab irrigationib. exſiccãtia erunt demenda, & addẽda humectantia: & vnctionibus addendũ erit oleum camomellinum, anethinum, & amygdalarũ dulciũ. Sed de alteratione intemperiei frigidæ, & ſiccæ cerebri diffuſius agetur, ſi prius percurramus

Vnctiones.

Sacculus.

In memoria deperdita a melancholia.

intemperiem frigidam, & humidam cerebri,
ad quam sequatur paralysis, seu corporis reso-
lutio, aut alicuius mẽbri particularis, vbi mẽ-
brum aliquod particulare huiusmodi intem-
perie laborabit; quæ quidem intemperies fri-
gida, & humida cerebri si erit cum materia vi-
scida, & impacta, post vniuersi corporis, & ca-
pitis purgationem, apophlegmatismis, ster-
nutatoriis, ac nasalibus medicamentis, quæ
caputpurgia dicuntur, vtpote iis, quæ a capite
pituitam dicunt, cerebrum erit alterandum,
quod cerebri in hoc affectu semper sit haben-
da ratio, aut sit primario, aut non primario af-
fectum. Alterandum igitur erit ex diambræ,
antidoti plirisarcoticon, & diamoschi dulcis,
singulorum scrup. j. pulueris hirundinis præ-
parati drac.ß seminum coriandrorum præpa-
ratorum drac. j. sacchari rosacei drac. m. j. sac-
chari rosacei dracm. iij. cum saccharo dissolu-
to in aqua rosacea fiant tabellæ, ex quib. æger
sæpius parum in ore teneat: vel assumat casto-
rium, aut opopanacem, aut sagapenum pon-
dere vnius drachmæ cũ aqua mulsa. Ad extra
vero capiti (vbi caput fuerit primario affectũ,
aut spinali medullæ, aut parti illi, quę primario
erit affecta) vnguentis ex oleo nardino, costi-
no, de nuce muscata, vulpino, de hiperico, ca-
storeo, aut e terrenis vermibus parato: & de-
mum laurino, seu de euphorbio: aut vbi com-
ponere malueris, hoc vnguento: Ex olei vul-
pini, nardini, de nuce muscata, omniũ vnc. i j.
lucci

Ex intemperie cerebri frigida & humida paralysis.

In paralysi tabella.

Vnguenta.

ſucci hyperici,ſaluiæ an. drac.ij. caſtorii, ſagapeni ana drac.j.ß.florum ſtœchadis drac. ß. cũ pauca cera,& exiguo vino albo odorifero fiat vnguentum:aut hoc ſacculo: Ex hyſſopi, ſampſuci,hyperici,ſaluię, rutæ, foliorum lauri an. drac.ij,ſpicæ,maſticis,caſtorii,florum ſtœchadis an.ſcrup.ij.caryophyllorum, maceris, nucis muſcatæ an.ſcrup. ß. roſarum rubearũ ſiccarum m.ß. omnia contundantur, & paretur ſacculus:aut huiuſmodi fomẽto: Ex ſaluia, roremarino,hyperico, herba paralyſi hodie vocata,hyſſopo,ſampſuco,betonica, pulegio,& calamintha, omnibus in vino albo decoctis, additisque caſtorii drac.ij.florum ſtœcadis, ac ſpicæ,an.drac.j.ß.quibus ſæpius reiteratis cum ſpongiis,ſeu linteo, aliquod ex prædictis vnguentis, ſeu ſacculis ſuper imponendum erit. Et vbi his malum non cedet, ſinapiſmis, aut per ignem cauteriis pars illa, Aetio,erit inurẽda. Similique ratione erit procedendum vbi particularis aliquis neruus fuerit affectus,eius origine prius inuenta; quemadmodum Pauſaniam ſophiſtam ex amiſſione duorum minimorum digitorum male a medicis curatorum,Galenus ſauauit,circa dorſi initiũ ea medicamenta apponens, quæ illi digitis applicarant.At frigida,& ſicca cerebri intemperies, a melancholico ſucco facta, ad quam melãcholia ſequi ſolet,ſumtis quidem tolletur, diabuglоſſato, diaborraginato, electuario de gemmis Meſuæ, electuario lætificãte Raſis:admo-

Sacculus.

Fomentum.

Sinapiſmi.
Cauteria.

In melancholia ex intemperie frigida & ſicca cerebri.

Epithema.

tis vero, veluti epithemate cordiali ex florum
borraginis,& buglossi ana drachmis duabus,
caryophyllorum drac.j. simul mixtis, balneo
totius,& capitis,ex malua,althæa,viola, & in-
testinis veruecum, & præsertim dulcis aquæ

Balneum.

balneis, quæ non solum totum corpus conté-
perat,sed etiam aliquid melãcholici succi dis-
cutit: quanquam eorum caput tepida potius
quam calida aqua sit superinfundendum, vel
vbi malueris caput torrentis ritu irrigare,hac

Irrigatio.

irrigatione erit vtendum:Ex foliorum malua-
rum,violarum,althææ,borraginis, lupulorũ,
ana pug.j.florum camomillæ manip.ß florum
stœchadis drac. iiij. fiat decoctum secũdum ar-
tem,& vtere,capite prius abraso; & post irri-

Vnctiones.

gationem vnctione capitis ex oleo amygdala-
rum dulciũ,violaceo,camomellino, seu ane-

Suffitus.

thino odoramento etiam:Ex aquæ rosaceæ,&
florum citrangulorum vnc. iiij. florum nim-
phææ,violarum, melissophylli, maluarum al-
thææ an.drac.ij.decoque in prædictis aquis,&
adde parũ aceti,& per nares vapores suscipito.

In melancholia hypochondriaca fomentũ.

In hypochondriaca autem, & flatuosa melan-
cholia, exterius fomento hypochondriis fa-
cto ex oleo,in quo decocta fuerint,ruta, ane-
thum,absinthium,pulegium,serpillũ,agni se-
men,baccæ lauri,aut folia eiusdẽ tenera;quod

In inflationibus stomachi sacculus.

hæc dolores mitigent, & flatus discutiant. Et
in stomachi inflationibus hoc sacculo: Ex fo-
liorum,& baccarum lauri,rutæ, absinthii,ser-
pilli,pulegii an.drac.ij.vel iij. florũ camomillæ

fœnugræci,

fœnigræci, anethi an. drac. iiij. cumini, anisi, seminis fœniculi an drac. j. rosarum rubearum m. j. contundãtur, & fiant saccelli, qui irrorati pauco aceto, vel vino calido approximentur, sæpius eos mutando supra ventriculũ: Et hoc cataplasmate: In oleo decoquendo anisum, cuminum, apiũ, absinthii, & artemisiæ folia, addendo ciperum, & rosmarinum lenissime trita, quod admoueatur, & permittatur, & ante, & post cibũ diutius permanere: Sicca vero cerebri intemperies, ad quam dolor capitis, sequi etiam solet, irrigationibus iuxta coronalem commissuram ex oleo amygdalino dulci, vel violaceo, & camomellino simul mixtis, interim miscendo p̃dictis oleis aliquã pinguedinẽ, vel anseris, aut gallinę aut vitulorũ, aut butyrũ recẽs: humidis quoq; errhinis ex prędictis oleis, & pinguedinibus, & gallinarũ iusculis, & saccharo albo. Sed hæc de arte curandi primum morborum genus, quod partes similares afficere solet. Sequitur vt percurramus artem curãdi secundũ genus morborum, quod circa partium compositionem versatur; præsertim speciem illam morbi in compositione, quæ circa ductus organorum versatur obstructio appellatur. (nam reliqua vitia circa compositionem partium, chirurgiam potius vt in pluribus postulant.) Quoniam vero occlusionis, seu obstructionis oppositum remedium est ipsa apertio, sequitur igitur vt prius explicemus quid sit apertio. APERTIO est dilatatio

Cataplasma.

In capitis dolore ex intemperie sicca irrigationes.

Errhina.

2. Morborum organicorũ curatio.

Apertio.

meatuũ in profundo facta a calore potius intenſo, quam remiſſo, vſque ad ſecũdum gradum, vel primam tertii gradus manſionem, in ſubſtantia craſſa fundato, vt id quod clauſum eſt aperiatur. Ideo autem dicitur: Apertionem eſſe dilatationem meatuum in profundo, ad differentiam rarefactionis: cum rarefacere ſit ſuperficiem cutis magis ſolutam reddere, vt vapores per ipſius meatus commode diſflari poſſint. Apertio autem eſt dilatatio meatuum attenuans in profundo obſtruẽtes humores, tum attenuando, tum abſtergendo, tum excutiendo. Atq; hoc eſt illud, cur additum fuerit: Apertionem fieri non quidem a modico calore, vt facere ſolent rarefacientia, ſed ab intẽſo. Etenim cũ apertio habeat ad profundum penetrare, & craſſos humores præparare, & excutere, valido calore indiguit. Quoniam: vero calor etſi validus eſſet, & in ſubſtãtia tenui, cito reſolueretur, ob id additũ fuit: Apertionem fieri a valido calore in ſubſtantia craſſa fundato: & hoc, vt diutius conſeruari poſſit, quoad actum proprium expleat, modo caliditas tanta non ſit, & tanta craſſitudo, vt potius apta ſint putrefacere, quam aperire: ſed tanta ſit craſſitudo, quanta valeat ad ſuſtinendum diutius calorem, & illum penetrationi magis habilem reddere. Quanquam ſi aliqualis aſtrictio etiam adeſſet, non tantum non impediret caloris tranſitum, quinimmo ipſum propellẽdo maxime adiuuaret; cuiuſmodi ſunt amara omnia

Apertionis & rarefactionis differentia.

Amara.

omnia, quæ in crassa substantia fundata sunt, magis & minus intensa post modum accipiẽtes pro varietate tum corporum, tum ægritudinis, vt sæpe ad vteri inflatus, & menses tetẽtos scyllam & huiusmodi adhibeamus. Sequitur vt ostẽdamus quomodo ij, qui praxim exercent in obstructionibus membrorũ, in hãc ideam quasi continue respicientes procedere soleãt: si tamẽ prius illud prænotatum fuerit, huiusmodi morbi genus, dum depellitur causa continens, plerunque tolli, vt pauca supersint a nobis dicenda, quod in curatione causæ continentis ingenia omnia sint a nobis satis superque discussa. Atque hoc est illud, cur in iecoris obstructione, facta prius materiæ euacuatione tum venæ sectione, internæ dextri cubiti venę, qua mediante propulsatur quod facturum est ex affluxu confluentium humorum, 11. meth. & præsertim exsistente obstructione ab humoribus calidis: & post purgationem corporis vniuersi per medicamentũ ducens ad intestina, vbi obstructio in simis corporis erit; per vrinas vero vbi in gibbis, lib. de constit. art. medicæ: quod ad detergendas obstructiones accedere nõ possimus, nisi prius vitiosi succi maiori parte emissa: alioqui periculum esset, si obstructionibus liberandis studeremus, priusquam vacuatio fieret, ne ipsas magis impingeremus, ex Gal. 8. meth. & 11. eiusdem. postea accedendum erit ad liberandas obstructiones attenuantibus, &

In inflatione vteri & mensibus retentis.

De obstructionibus.

Hepatis obstructio.

oppilationem dissoluentibus medicamentis;
iis sane, vbi a crassioribus, & glutinosioribus
humoribus obstructio orta fuerit, & præser-
tim in gibba: quod tunc validioribus opus sit,
veluti eupatorio ex oxymellite, stœchade tum
cocta, tum trita, aniso, fœniculi, ac dauci semi-
ne, & iure galli veteris, ac ciceris decocto, A-
lexandro, Aetio, & aliis laudato; & syrupo ex
absinthio, ex hyssopo, marrubio, de bizantiis,
radicũ duarum aut quinque, de eupatorio, o-
xymellite tum simplici, tum composito, cum
aquis fœniculi, cassuthæ, eupatorii, asparagi;
addentes etiam mel rosatum, vbi abstergere,
& oxymel, vbi & abstergere, & incidere volũt:
post coctionẽ vinum exhibentes albũ, tenue,
cappares, radices petroselini, cichorii, apii, fœ-
niculi. Vbi vero ad calidum vergent crassi hu-
mores obstruentes, veluti a bile crasso, aperiẽ-
tibus quibusdã vtentes, & attenuantibus, sed
frigidis, qualia sunt intubus hortensis, & agre-
stis, cichorium, & omne seridis, sonchi, hiera-
cii, cõdrillæ genus, aut syrupo ex succo cicho-
rii, aut endiuiæ, oxysaccharo, seu aceto simpli-
ci, syrupo cichorii a Nicolao scripto, cum rha-
barbaro, aqua foliorũ, & radicum plantaginis,
decocto quinq; seminũ communiũ frigido-
rũ: topicis etiam vtentes, quorum mentio ha-
bita fuit in eius intemperie. Lienis autem ob-
structio similib. genere medicamẽtis erit tol-
lenda, quod iisdẽ vtrumq; viscus leuari soleat:
quare vbi erit lienis obstructio, aut viarum ad
lienem

Hepatis a bile crassa obstructio.

Lienis obstructio.

lienem pertinentium, a qua icteritia nigra sæpius procedere solet, eadem victus ratione extenuante, atq; iisdẽ medicamentis, validiorib. tamẽ erit tollẽda, quod lien sine molestia medicamenta toleret validiora, 2. ad Glau. quæ ex astringentibus aliquid habeant, quod actionẽ vniuerso corpori ad humorum bonitatem, & ipsum conferat, 9. de comp. med. per loca, inter quæ sunt acetum, & acetũ mulsum, quod incidere, & attenuare crassos humores citra calfactionem possit, 9. de compo. medic. per loca, præsertim vbi idẽ viscus ne dum obstructione, sed etiam induratione laborabit, 9. de comp. med. per loca. & decocto corticum radicum capparorum, aut scolopendrii; quod quale medicamentum sit iocinori absinthiũ, tale sit lieni capparis cortex, & quale rursus iocinori eupatorium, tale sit lieni scolopendriũ 13. meth. quod similia genere medicamenta vtraque viscera postulent, sed tanto valentiora lien, quanto crassiori vtitur alimento, ex Galeno ibidem. Renum vero obstructione ab humore crasso, & lento facta, in renum aut cauitatibus, aut substantia imbibito, a qua calculus seu renũ lapis fieri solet, post totius corporis expurgationem, iis medicamentis erit vtendum, quæ laxare meatus, ac renum corpora mollire valeant, ad hunc enim modum quoquo modo videtur apertio fieri. Quare fomẽtis erit vtendum ex decocto foliorũ maluarũ, foliorum ac radicum althææ, florum camo-

Ictericia nigra.

Lienis induratio.

Iecur & lien eadem genere medicamenta postulant.

A renum obstructione calculus.

Fomenta.

momelli,fœnugræci,seminis lini in hydręleo,
& cum spongiis sæpe supra affectam partem,
seu renem adhibenda erunt. Ex iisdem fieri
Insessiones.
poterunt insessiones, & inter omnia Alexan-
dro probatissimum est balneum aquæ dulcis:
& hoc,quod nõ solum mitiget, sed etiam cu-
rare possit.Infestante vehemẽtius dolore, re-
num regio,ac lumborum inungenda erit hoc
Vnguentũ.
vnguento:Ex olei camomellini, vel anethini,
& amygdalarum dulcium an.vn.j.ß.adipis an-
seris,vel gallinacei,& butyri recentis an. drac.
iij.ceræ quod satis sit, fiat vnguentum:interim
adiiciendo oleum ex scorpionibus paratum,
aut ex eodem cum butyro recenti, & oleo a-
mygdalarum dulciũ, ac cera, fiat vnguentum:
Cataplasma.
postea hoc cataplasmate: Ex farina tritici, se-
minis lini,& fœnugræci an.m.j. olei anethini,
vel camomillini,&amygdalarum dulcium an.
vnc.j.ß.mellis vn.ij.resinæ terebinthinæ vnc.j.
radicis althææ contusæ drac. iiij. misceantur
arte, & fiat cataplasma, prius farinis in prædi-
cta decoctione decoctis. Neque erit absurdũ
eadem vnguenta pectini & vesicæ adhibere,
&ne quam primum frigescant,calfactorio ali-
Sacculi.
quo extra cõtegere, quod per saccellos fiet ex
milio,furfure,ac flo.camo.paratos,ac in latere
pauco vino insperso calfactos.Conducunt et-
Cucurbitulæ.
iam non parum cucurbitulæ absque incisione
adhibitæ, quæ sæpe lapidẽ adeo celeriter trãs-
ferunt,vt subitam eius mali leuationem com-
parare possint, lapide nimirum in locum am-

pliorem

pliorem translato, ſupra a renibus initium faciente, quanquam adhibendæ non ſunt inſtantibus doloribus, ſed ipſis aliquantulum lenitis. Veſicæ vero obſtructio occludens os veſicæ, ad quam iſchuria ſequi ſolet, iiſdem liberanda erit. Vteri vero in obſtructione, ad quam menſium ſuppreſſio ſequi ſolet, pro apertione vaſorum in vterum deſinentiũ, mercurialis herba tuſa, linteo inuoluta peſſi modo eſt immittenda, quod ora hæc mire aperiat, vel melanthii farina, quæ idem poteſt: & mithridatios antidoti ad drachmam vnam, cum maſtice ſcrup. j. Maſtix enim non ſolum repellit, ſed etiã valentius attrahit, quod apophlegmatiſmo probat. Et vbi hæc non ſufficiunt, opopanace, galbano, ſagapeno, ammoniaco, euphorbio pauco pectini admoto, aut peſſo immiſſis, mox prouocantur mẽſes, & fit apertio, quorum acrium vſu multo, ſi ardor quidã mordax ſuccedat, aqua roſarũ, albumine oui, oleo violato & roſato, lacte, & ſimilib. ex panno impoſitis collo vteri. Et præter hæc ciclaminis etiam radix ſuper ipſam tranſeunti mulieri mẽſes prouocare putatur. Sed præter hęc omnia illud eſt notandum, venæ ſectionem, etiam ſi obſtructio non a ſanguine ſolo ſit, ſed etiam ſola, omnem magnam obſtructionem tollendi vim habere, & aperiendi: nimirum dum ſanguinis miſſio materias exagitat, loco que moueri cogit. Etiam vteri obſtructio, vaſorum ſcilicet ad vterum pertinentiũ, ad quã

Iſchuria ex obſtructione veſica.

Menſium ſuppreſſio ex obſtructione vteri.

Maſtix.

Vena ſectio ad omnes magnas obſtructiones eſt vtilis.

sequatur retentio multorum mensium simul cum semine morboso, a quibus mola sequi solet, medicamentis erit tollenda, siue intus, siue extra adhibitis, quæ laxandi, molliē-di, & mitigandi vim habeant: veluti insessus &

In mola insessus.

decocta maluarum, althææ, camomelli, seminis lini, fœnugræci, sertulæ cam̄panæ, & anethi, faciendo decoctum in aqua, processu temporis addendo pulegium, thymum, hyssopum, saluiam, artemisiam, &c. ex eorundem decocto exiguo vino albo addito, fotus faciē-

Fotus.

do cum spongiis, post quos imus venter, pecten, & inguina hoc vnguento inungantur. Ex

Vnguentum

olei irini, liliorum alborum, anethini, camomellini an. drac. j. butyri recentis, adipis anseris an. drac. iiij. ladani vnc. ß. ceræ & vini odorati parum, fiat vnguentum: interim addi poterit cremor seminis lini, althææ, & fœnugræci, ammoniacique aut bdellii in vino dissoluti parum: & cataplasmata ex radicum & foliorū

Cataplasma.

althææ, & maluarum an. m. j. farinæ fœnugræci, seminis lini, & hordei an. m. j. ß, olei vtriusq; amygdalæ, & liliorum alborum an. vnc. j. misce & cum aqua mulsa, & pauco vino odorato fiat cataplasma: pessis etiam ex œsipo, butyro, adipe anserino, medulla, aut cerebro cerui, melle, caricis pinguibus, & vuis passis cum o-

Pessi.

leo irino, & amaracino, quibus interim rutæ, saluiæ, artemisiæ, aut maioranæ folia contusa miscebit. Obstructio vero, vbi contigerit organorum seu viarum spiritus, per quas aer in-

spiratur,

ſpiratur, ad quam ſequi ſolet vehemens tuſſis, quandoque vero ſpirandi difficultas, poſt factam purgationem tum vniuerſalem, tũ particularem ipſius pectoris, elegmatis, & aliis cap. de tuſſi & ſpirandi difficultate enarratis, quæ habeant vim incidendi, attenuandi, abſtergendi craſſitiem, & viſciditatem humoris obſtruentis, & humectandi, vt facile ſurſum ferãtur humores abſterſi, huiuſmodi cataplaſmate thoraci erit conſulendum: Ex ficubus & hordeacea farina, magis vero ex loliacea habente reſinam, mel, & ceram admixtam: infarciri etiam illi poterit iris & manna, aut ex hordei farina cum reſina, cera, iride, & manna, ac aqua mulſa. Poſt hæc his vnguentis calfacientib. thorax erit inungendus, irino, anethino, rutaceo: & hoc ex iis confecto: Ex ſeminis lini, fœnugræci, & althææ an. drac. ij. radicis iridis drac. j. ß. olei irini, camomellini, & rutacei. an. vnc. j. butyri recentis & adipis anſeris, ſeu gallinæ, vtriuſque drac. iij. ceræ quod ſatis ſit, fiat vnguentum. Prius tamen quam inungatur thorax, aſpero linteo fricandus erit, quo vis medicamentorum promtius ad profunda valeat penetrare. Cerebri vero obſtructio ſi fiet, videlicet ventriculorũ cerebri, aut medii, aut poſtremi, a craſſo pituitæ ſucco (quanquam etiam a melancholico) ad quam ſequi ſolet epilepſia, poſt acres clyſteres, glãdes, extremarũ partiũ fortes ligaturas, vomitũ ex ſtomacho humores trahentem, & ſenſum irri-

Ex viarum ſpiritus obſtructione tuſſis & ſpirandi difficultas.

Cataplaſma.

Vnguentum

In epilepſia ab obſtructione cerebri a pituita.

tantibus naribus admotis, & tandem ab acces-
sione post corporis vniuersi purgationem, ca-
piti prospiciendum erit sternutamentis: quod

Sternutamenta.

fiet ellebori, castorii, seu piperis puluere nari-
bus iniecto: aut liquidis errhinis ex aqua hor-

Errhina.

dei, in qua sampsucus, aut amaracus, serpillū,
calamintha, seu ruta fuerint decocta, adiecto,
betæ succo, iridis, aut ciclaminis & mansilibus
pastillis, qui per os pituitam educant, ex hysso-

Pastilli.

po, pulegio, pipere, castorio, chia mastice, pi-
rethro; vua passa, & cera confectis, vel simili-
bus, hunc in modum: ℞ pirethri, staphidis a-
griæ, piperis an. drac. j. castorii scrup. j. mastices
drach. j. ß. vuæ passæ drac. ij, ceræ albæ parum,
misce & fiant māsiles pastilli cum oxymellite;
aut rosaceo melle: vel in hunc modum mansi-
les pastillos facientes ad conuulsionem etiam

In conuulsione canina pastilli.

caninam fieri solitos: Ex radicis pirethri gingi-
beris, castorii, singulorum scrup. ij. piperis, sta-
phydis agriæ an. scrup. j. mastices drac. ij. semi-
nis sinapis drac. ß. hyssopi, origani an. scrup. iiij,
vuæ passæ drac. ij, excipiantur omnia trita, &
adhibita cera, ac pauco rosaceo melle, fiāt pa-
stilli mansiles, qui sane sunt apophlegmatis-

In epilepsia. inunctio.

mata valentiora: Et inunctione principii spinę
ex oleo costino, nardino, hyperici, de castoreo
aut de nuce muscata. Et puluere capiti insper-

Puluis.

gendo: Ex hyssopi, sampsuci siccæ gr. iiij. corti-
cum thuris, masticis an. gr. iij. spicæ, fiorū stœ-
chadis, macis an. gr. ij. caryophyllorum, nucis
muscatæ an. gr. j. rosarum rubearum siccarum
drac.

drac.iij.terantur omnia, & fiat puluis, qui capiti circa coronalem commissuram inspergatur. Temporum quoque inunctione, & iuxta nariū foramen ex antidoto mithridatico, succo rutæ, ac pauco aceto, rutaque sæpius odoranda, ac sub ceruical sternenda. Et suffumigatione ex ladani drac.j. corticū thuris, masticis an.scru.j.rosarum rubearum drac. iiij. fiat puluis, qui super prunas adhibitus leuiter suffumiget ægrum, ac domum in qua degit æger: Et cucurbitulæ cum scarificatione scapulis affigendæ, seu in occipitio: Et cataplasma ex pane cocto cum aqua mulsa cū amygdalis amaris contrito, aut serpillo, aut calamintha, aut mentha, seu ruta: postea rasum caput liniendū erit peucedani succo in aceto diluto, vel spondilio seu serpillo in aceto cocto, aut iride: & sinapismus capiti adhibendus, & ferro candenti occipitium & infra, quo loco summa vertebra cum capite comittitur, adurendū, ex Cornelio Celso, duobus in locis, vt per eos perniciosus humor euadat: aut si duobus in locis inustionem æger nō perferat: saltē in vno ferro candenti oportebit adurere, quo summa vertebra cum capite committitur. Ad eundem modum procedentes vbi ad obstructionem sequatur apoplexia. itidem si obstructio fiat ex flatuoso spiritu, ad quam vertigo, & tenebricosa vertigo sequi solet, prius euacuato aut purgato corpore vniuerso, mox a purgatione humor ille qui peccabit, a quo spiritus flatuo-

Suffumigatio.

Cucurbitulæ.

Cataplasma.

Sinapismus.

Cauterisatio.

In Apoplexia.

In vertigine tenebricosa.

sus eleuatur, euacuandus erit cucurbitulis cũ scarificatione ad occipitiũ affixis;& apophlegmatismis pituitam a capite per os detrahentibus iam enarratis: & nasariis, naribus infundendo aquam hordei cum corticibus, cum anagallidis succo,aut radicis betæ,vel ciclaminis: gargarismi quoque conferent ex origani & pulegii decocto cum aceto mulso:odorem insuper suscipiẽdo per nares,ex amaraci, sampsuci,& hyssopi, & florum stœchadis decocto,castoreo pauco addito,& moscho,ac aceto pauco. Ex pulegio item tuso, vel origano, aut sinapi cum aceto commixto sternutamẽta procuranda erunt. Sed hæc de secũdo morbi genere. Sequitur tertiũ morbi genus,quod vnitatis solutio dicitur. cuius quidem contrarium remedium quoniam solet esse vnio: sequitur igitur, vt prius percurramus,quid sit vnio. VNIO est coniunctio eorum, quæ dissoluta sunt,ad terminum vnum communẽ, recte & conuenienter facta, vt ea quæ ab inuicem fuerunt separata, pristinæ suæ vnitati restituantur. Ideo autem dicitur vnionem esse coniunctionem, quod cõiunctio sit commune quoddam genus eorum omnium quæ, ab inuicem separata sunt & dispersa: a qua in vnũ communem locum reducuntur. Quoniam vero coniuncta etiam esse dicuntur ea, quorũ extrema, seu termini,& limites simul sunt,& mutuo se tangunt, ob id vt vnio seiungeretur ab hoc vnionis modo,additum fuit,vnionem esse

Cucurbitulæ.
Apophlegmatismi.
Gargarismi.
Suffitus.
Sternutamenta.
III. Solutæ vnionis curatio
Vnio quid sit.
Vnionis & contiguitatis differentia,

esse cõiunctionem eorum, quę dissoluta sunt, ad terminum vnum communẽ: & hoc, quod necessarium sit ad hoc vt fiat vnio, non solum corporum dissolutorum extrema, & exitus simul coniungi, sed etiam simul coalescere & vniri, vt moles vna & cõtinua reddatur, e quorum contactu, coagmentatuque natura vna exeat, atque confundatur. Quoniam vero attigua continua euadere non possunt, nisi sint de natura coibili, nimirum quod tangat lapidem lignum, fieri tamen ligno continuatus quantáuis ferruminatione nunquam poterit, quod alia de causa non prouenit, nisi ratione similitudinis partium, quæ inter se habent coalescere. Atque hoc est illud cur practici sorditiem intercidentem prius tollant, ab eaq; caueant, vtpote quæ vnionem impediat ad vnum communem terminum fiendam. Et quod sequitur: vnionem esse coniunctionem eorum, quæ dissoluta sunt, ad terminum vnum communem, recte & conuenienter facta, vt ea quę ab inuicem separata sunt, pristinæ suæ vnitatį restituantur, notat finem ipsius vnionis, atque artem recte & conuenienter assequendi finẽ illum: recte autem & conuenienter fiet, si aliqua vnionem antecedentia, & aliqua in fienda ipsa vnione, semper fuerint animaduersa. Id autem, quod in antecedentibus vnionem primo est animaduertendum, illud est, vt prius perpẽdatur, nunquid causa, quæ solutionẽ cõtinui effecit, desierit, vel adhuc maneat. Nã vbi

Quæ requirantur ad vnionem.

Sordities vnionem impedit.

Ars curandi solutionẽ vnitatis, quando causa desiit.

desierit, primum sistendus erit sanguis, post vero vt ait Gal. 5. meth. dissolutum vas aut ruptione, aut reseratione, vniendum, illud conglutinando, vel obstruendo. Permanente vero adhuc efficiente causa, vtpote abundantia, ea primo erit vacuanda: quod ea manente, solutio vasis adhuc plus rumpatur, & magis continue reseretur: postea sanguis supprimendus, dein solutio vnienda. Secundo, vt motus omnis quam maxime fieri potest auferatur: vtpote qui vnitatem & coniunctionem extremarũ impediat. qua ratione vlcera in pulmone curationem nequaquam admittũt, aut saltem difficile admodum sanantur, 4. loc. aff. & 5. meth. vbi difficillima sanatu ait esse pulmonis vlcera, vt quæ nec citra tussim expurgari possint, & si tussim excites, laceres ac dissoluas, vt quasi per mutuas operas malum iis in orbẽ redeat: & præterea quod præter id, quod tussiendo lacerantur, respirando extra mouẽtur: vt hac ratione 5. meth. concludat, vbi perruptum in pulmone vas est (nisi protinus antequam phlegmon excitetur, glutinatum sit) id postea insanabile reddi: aut si aliquando curantur, relinquitur tamen in ipso res quædam callosa, quæ tractu temporis leui quacumque occasione expelli solet, 4. loc. aff. Quanquam præter hæc difficillima sint sanatu pulmonum vlcera, vtpote quod ea, quæ idonea vlceribus medicamenta sunt, contingere vlcus, sicuti in ventriculo, non possint, quæ per mediũ interuallum

Quãdo causa efficiens adhuc præsens est.

Motus vnitatem impedit.

Pulmonum vlcera difficilime sanantur.

uallum fere vim suam amittant. Quæ autem in ipsa vnione aduertenda sunt, huiusmodi sunt: primum vt partium dissolutarum substãtia conseruetur. conseruabitur autem iis, quæ modice exsiccant: secundo, vt caueamus, nequid labris vlceris intercidat, aut pilus, aut oleum, aut aliquid aliud, quod naturam illam simul coibilẽ impediat: tertio, quoniã omne contiuum attiguum etiam est, & partes quæ debent cõtinuari necesse est, vt prius inuicem se tangant, iubendum vt partes inuicem distãtes manu blande applicentur, & vt applicitæ simul conseruentur, quod facere solent vinculo, sutura, aut fibulis. Quod si vlcus non sit simplex, sed cauum, tunc non solum agglutinantibus, sed etiam gignentibus carnem erit opus. Quoniam vero in generatione carnis duplex gignitur excremẽtum, alterum tenue, a quo vlcus humidum redditur, & sanies appellatur; alterũ vero crassius, quod vlcus sordidum reddit, & sordes dicitur, 3. meth. cap. 3. ideo pro vlcerum curatione indigemus siccãtibus, & expurgantibus. Quod si sanguis vitiosus ad partem vlcere affectam fluat, ita vt carnis temperiem gignendæ nouæ carnis opificẽ corrumpat, sanguis ad contrarias partes erit reuellendus. Illud autem nõ est ignorandum, quod si continui solutio in osse continget, fractura appellatur, etsi indicetur esse fiendam vnionem: si tamen in prouectioribus (quod in puerulis vnio fieri possit) os erit solutum, cum

Obseruanda in vnione. 1 2. 3. *Vlcus cauũ.* 4. *In carnis generatione duplex excrementũ.* 5. *Fracturæ curatio.*

vnio sit impossibilis, vice vnionis alligatione partes solutas esse coniungendas, quod fit callo supernato, partes fractas circum alligante. Huiusmodi autem coniunctio ligaturis fiet, ex ligaturis a parte ægra ad sanã allicietur succus faciens pro calli generatione. Qui succus cum debeat esse glutinosus, vt callus, qui habet esse veluti glutinum quoddam, partes simul coniungere possit: cumq; succus ex sanguine fiat, sanguis autem ex cibo, ob id corpus in calli generatione nutriendum erit alimento optimi succi, & tenaci. Sed de fracturis plura forte quam locus iste postulet, de quibus vberius Gal. 6. meth. cap. 5. Nunc sequitur vt percurramus quomodo ij, qui praxim exercent, iis fere medicamentis innixi solutionem continui in quocunque membro curare soleant; veluti in dysenteria, quæ est vnitas soluta intestinorum, astringentibus vtuntur, & exsiccantibus, & quod fluxio alio sit transferenda, nec per affectũ locum sit ducenda, vrinã mouẽtibus: amplius, vbi opus erit, habentibus vim obtundendi humorum acrimoniã. Et quoniã, vt diximus, alterius naturæ materia intercidere non debet, si simul cõiungi volumus ea, quæ dissoluta sunt, ob id abstergentibus etiã vti solent, quæ interdum curandæ dysenteriæ sufficiunt. Sanari enim solent vlcera ex lotione bilis, vel mucci mordacis ab intestinis, ꝙ fieri solet per iniectiones ex aquæ hordei libra vna, vitellis duobus, & sacchari

In dysenteriæ curatione.
Astringentia.
Exsiccãtia
Diuretica.
Abstergentia.

rubri

rubri vn. vna. Sin autem vlcus est profundum pus multum reiiciens, tergetur clysteri ex decocto furfuris frumenti, vel ligni guaiaci, vel cicerum rubrorum, vel ex hydromellite, vel sero lactis caprini, vel lotio; vel si valẽtius vis, ex lixiuio, vel ex vino rubro subdulci tergẽte, & roborãte, addẽdo mellis rosati vnc.ij. Quoniam vero adeo materia fluit, vt morsu cõtinuo exulceret intestinorum superficiem, od id emplasticis etiã vti solent, quasi tectorio quodam & crusta armantibus intestina; velut accipiendo cum albumine ouorum, gummi arabici, adipis caprini, an. semunciam, olei rosati vncias duas, ne adeps cito concrescat, boli armeni, tragacanthi an. vnc.j. cum vnciis decem aquæ hordei, si lauandum, & tergendum, vel tantũdem iuris pinguis carnium. vbi vim emplasticam maiorem volunt, addito etiã butyro recẽti insulso, & plantaginis succo. Ne autem acres materiæ lentore istorũ retineantur, & intestinis affigantur, post iniectiones emplasticas, lauatorio vti solent, sicq; vicissim, vbi diligenter facta fuerit detersio, natura carne implere, glutinare, & cicatrice tegere per se poterit, vel erit adiuuanda, vt illud promtius fiat, tunc cum materia mordax constiterit, & fluere cessauerit, solusq; sanguis fluere perseuerabit, sarcoticis, & glutinantibus, & cicatricẽ ducẽtibus iniectionibus, q̃ fiet ex libra vna decocti rosarũ, balaustiorũ, malicorii, oxiacanthæ, vuarũ, gallarum, seminis coriãdri, ad-

In dysenteria quando vlcus est profundum.

Emplastica.

Detergẽtia.

Sarcotica.

dendo boli armeni,sanguinis draconis, terræ lemniæ,thuris an.dra.j.vel trocisc.e terra lemnia drac. ij. cum vitellis ouorum duorum. Vel hoc modo, clysteribus siccantibus, & abstergentibus, veluti decocto lentium, rosarum, balaustiorum, addendo bolum armenicam, terram lemniam; non omissis tamen interea tergentibus:illud semper aduertentes, quod vbi vlcera erũt in tenuibus intestinis, ab epotis medicamentis magis adiuuantur, 5. meth. & 6.loc.aff.& hoc,quod per sedem iniecta integris viribus non possint peruenire. Quæ vero in crassis exsistent, iis quæ per sedem iniiciuntur, quod magis propinqua sint. Vbi vero in iis,quæ medio situ posita sunt,ambo requirunt,& quæ superne,& quæ inferne.Quapropter vt manifestior fiat curandi ratio,exempla proponemus.Igitur si in superioribus, & gracilibus intestinis vlcus erit, syrupo vtendũ erit e mirto,& ribes, aut succo oxalidis, seu ex infusione rosarum,aut incompletarum, & interim quoque aridarũ parato,aut ex succo plantaginis, cum quibus adiici poterit scrup.j.huius pulueris, qui recipit seminum rosarum, oxalidis,plantaginis,portulacæ,an scrup.j. corallorum rubeorum,cornu cerui vsti,an drac. j.amili,dragacanthi an. drac. ß. poterit etiam exhiberi puluis iste cum vetusto sacchato rosaceo,& vbi hæc non sufficient scrup. j. ex pastillis de spodio,succino,seu terra lemnia cum aliquo prædictorum syruporum:& stercus ca-

Vlcera intestinorũ tenuium, crassorum ac mediorũ ab aliis atq; aliis magis curantur.

Vlceris in intestinis gracilibus curatio.

num

num ſola oſſa vorantium cum lacte calibeato dyſentericis maxime confert, Galen.10.ſimpl. ſemperque cauendum erit, quod omnium internarum partium eſt indicatio, vt ſeu cibi, ſeu medicamenta eligantur naturæ familiaria, fugiantur contraria, 4.meth. Vnde a medicamẽtis, quæ ex opio, mandragora, nigro papauere fiunt, cauendũ, niſi maxima neceſſitas vrgeat.

Stercus canum ſola oſſa vorantium.

In exulceratione autem craſſorum inteſtinorum iis magis, quæ per ſedem infunduntur: quanquam etiam ſi iiſdem vtaris, quibus in tenuibus inteſtinis vtendum eſſe diximus, nihil nocebis: eandem tamen facultatem habere debent, aſtringendi ſcilicet, obtundendi, & reſiccandi, & vbi vlcera fuerint ſordida, habẽtibus vim abſtergẽdi: initio ſane hunc in modũ: Ex aquæ hordei torrefacti cũ corticibus, & iuris gall. ſeu pullorum ſalis expertis an.lib. ß. vitellis ouorum numero duobus, olei roſacei vnc.j.ß. Et vbi pituitoſi dyſenterici fuerint, ſacchari rubei, aut mellis roſacei vn. ij. fiat clyſter. Vbi autem ſanguinis copia profluet, poligoni, aut arnogloſſæ ſucci vnc.ij. vel.iij. adiice, aut aſinini ſtercoris præſertim in montibus nutriti, & aſtringẽtibus herbis, præſertim vbi ſtercus ſucco plantaginis fuerit madefactum, & expreſſum, deinde infuſum. Vbi autem dolor vehementer vrgebit, caprillum ſeuum, vt quod inter alia ſit dyſentericis vtiliſſimum, ꝙ facilius concreſcat, & inteſtinis iniungatur, plurimoque tempore inhæreat, nec habeat

Stupefacientia in dyſenteria fugienda.

In inteſtinorum craſſorum exulceratione.

Abſtergentia.

Dyſenteria pituitoſa.

Dyſent. ſanguinea.

In vehemẽti dolore dyſenterico.

acrimoniam vt hircinum, Gal. 1.4. & 11. simp. aut id vbi haberi non poterit, hircinus, vel anserinus, seu gallinaceus adeps prædicto clysteri adiiciatur pondere vnc.j. aut ij. similiter augeatur oleum rosaceum omphacinum. Vitanda tamen hæc erunt, veluti & ouorum vitelli, quoad fieri poterit, vbi dolor non vrgebit, quod vlceris curationem impediant; aut saltem sit exigua eorum quantitas. quo tempore etiam cremoris orizæ, dragaganthi, aut gummi, aut amili vnc.j. aut vnc.ß. permiscere poteris. Vbi autem maiori egebis astrictione, & resiccatione, in dicta hordei aqua foliorum plantaginis, poligoni, ac portulacæ pug. ß. decoques, rosarum rubearum drac.iij. balaustiorum, hypocistidis ana dra. ij. cui per colum transfuso seui caprilli vnc. ß. olei rosacei vnc. j. sacchari rubei vnc.ij. aut sacchari rosacei vetusti tantūdem, succi plantaginis, aut portulacæ vnc. j. ß. misceto, & fiat clyster. Et vbi magis astringere volueris, luti armeni, & sanguinis draconis ana. drac.j. adiicies, vel tantundem pastillorum de spodio, seu terra lemnia, aut succino. Sin autem dolor magnopere vrgebit, stupefaciētibus medicamentis vti poteris, & ea permiscere, quod tutius per sedē quā per os exhibeātur, veluti philonii persici drac. ß. aut scrup.ij. aut catapotiorū de cinoglossa, seu eius, quod Requies Nicolao appellatur. Vbi autē vlcera intestina depascentur, inducentibus crustam erit vtendum, de quibus Gal. 9. de comp. med. per

Quæ vlceris curationem impediant.

Astringentia validiora.

Stupefacientia.

Vlcera depascentia intestina.

per loca, quamuis, vbi depaſcantur præſertim tenuia inteſtina, paruam ſpem Aetius habeat. Admouenda etiam erunt ad extra ea, quæ eaſdem habeant intentiones, quãquam cataplaſmata, fomenta, vnguenta, ſeu cerata haud magnopere probemus, potiſſimum vbi frigida, atq; aſtringẽtia fuerint: & hoc, quod quo magis cutim denſaueris, eo magis fluxiones augebis, 1. art. cur. ad Glau. Vbi autem vehementi vrgẽte dolore, eis cogeris vti, ſint nec facultate, nec actu admodum frigida, & addatur aliquid aceti, vt medicamentorum facultas altius ad inteſtina penetrare valeat; aut vini albi & tenuis modicum. Illud autem præter hæc omnia eſt aduertendum, lac quoq; præſertim in fluxionibus bilioſis, vt leniantur, & deſcendant, pręſertim bubulum, aut caprillum Alexandro, & Aetio valentiſſimum eſſe remediũ, tepidum ſane, recens mulctũ, ac potatum, aut ad ignem decoctum, & aſſidue agitatũ, donec ad tertias ſit redactum, vel per ſilices fluuiales ignitos, & candentes ferri laminas in ipſo extinctas coctũ, ſpumam dũ lac coquitur pinna, aut cochleari abiiciendo: quanquam etiam ſi cum bilioſa fluxione aſſociata ſit febris, quæ vrgeat, lac, cui quarta pars aquæ ſit admixta ſimul coctum, ad dimidiã totius conſumtionem nõ verentur exhibere Aetius, & Alexãder. Quod ſane intelligendũ erit poſt euacuationẽ, & vbi perſeuerabunt fluxiones bilioſæ, ita vt habitũ veluti colliquẽt, ac vires cõſumãt.

Lactis præſtantia in flux. bilioſis.

Lac in febre cum fluxione bilioſa quando exhibendum.

Renum soluta vnitas. Sequitur soluta vnitas ipsorum renum (nam hepar,& lien perraro id pati solent) ad quam mictio cruenta sequi solet, seu sanguinis profluuium e renibus:quę quidem seu per rupturam,seu per erosionem facta sit, remouenda est post diætam,quæ paucum sanguinis gignat & venæ sectionem in cubito in principio, sy-rupo mirtino, & de infusione rosarũ siccarũ, addendo drac.j. lapidis hæmatitis, aut boli armeni præparati, pauco aceto addito. Et vbi hęc non suffecerint, drac. j. ex pastillis de spodio,seu terræ lemniæ. Extrinsecus autem imponentes ea, quæ ad sanguinis reiectionẽ per sputum ascribentur, quæque vna cũ eo quod astringũt, & resiccãt, & robur addere possint, hunc in modum: Ex foliorum mirti, rubi,& quercus an.m.ß malicorii,& balaustiorum an. drac.iij. farinæ hordei pug. j. olei rosati vnc.ij. cum posca fiat cataplasma. aut hoc modo: Ex palmularum in vino astringenti, aut posca decoctarum vn.iij.foliorum plãtaginis m.j.gummi,tragacanthæ,& succi semperuiui vn. j. aluminis,acaciæ,hypocistidis an.drac.ij.olei mirtini,& rosacei an.vnc.j.ß.farinę hordei p.ß.fiat cataplasma.Loci vero circa renes spongiis posca imbutis,irrigandi erunt, aut linteis cũ rosaceo,& aceto.posthæc vnguentis,emplastris, & reliquis medicamẽtis, cap. de cruenta spuitione descriptis.Et hoc emplastro ex Aetio o-primo: Ex ceræ vnc.j.ß.vitellorum ouorum numero ij. palmarum numero x. croci drac.j. aceti,

Mictionis cruentæ curatio.

Cataplasmata.

In mictione cruenta emplastrum. Aetii.

aceti,& rosacei quantum sufficit,misce, & fiat emplastrum.Renum itidem in exulceratione post euacuationem humorum vitiosorũ vomitu præsertim factam, post acrium humorũ obtusionem, abstergentibus ad vlcera purgãda vti solent, veluti potu aquæ mulsæ,aut decocto fœnugræci cum melle, aut maluæ, aut melonum semine cũ hydromellite, lacte præterea cum melle recens mulcto, & calido potu exhibito,quod vlcera mire purgare potest. Amplius serum caprinum,decoctum hordei, vuarum passarum,& glycyrrhizæ: ab his , vbi purgata fuerint vlcera (quod cõiicitur ex pure excreto non fœculento, sed subalbo, leni, æquali,& pauco)ad resiccantia, astringentia, & glutinantia medicaméta est transeundum, veluti bolo armenia, gummi, tragacantha, amilo,terra lemnia,& huiusmodi aliis,in hunc modum: Terræ lemniæ, boli armeni,vtriusq; drac.j.ß.tragacanthi,spodii vsti ana drac.j.amili,nucum pinearum tostarum an.drac.ß.seminum lini,melonum an.drach. ij. seminis apii scrup.ij. conterantur singula, & in puluerem redacta dentur quotidie drachmæ duæ cũ lacte recens mulcto. Extrinsecus etiam admouentes ea, quæ habent vim exsiccandi, ac roborandi,emplastra,cerata, vnguenta ex oleis rosaceo,mirtino,farina hordei, thure, mastice,rosis purpureis, & similibus composita.Vt autem res clarius elucescat, formulis illustrabitur. Vbi igitur vlcus non fuerit ex succis vi-

In renum exulceratione.

Abstergentia.

Vlceris purgati signa.

Topica.

Vlcera ex vitiosis succis acribus & non acribus.

Lac asininũ & equinũ in vlcerib. & pure optimum.

tiosis acribus, aqua mulsa exhibenda erit in potu; vbi autem fuerit ex acribus humoribus, prius erunt purgandi, postea iis vtendum, quæ vlcera purgant, inter quæ magnopere conducit lac asininum potissimũ, aut equinum, pręsertim cum melle, quod calidũ sit, recẽs mulctum, animali in ægri domum adducto: quod non solum vlcerum renum, sed aliorum etiã internorum vlcerum est optimum pharmacum, & graui puri maxime amicum: & aquæ mulsæ aquosæ potio, & cremor ptisanæ cum modico melle, aut melonum semen cum eadem aqua mulsa, & graminis decocto: aut decoctum parantes ex hordeo cum corticibus torrefacto, adianto, ac glycyrrhiza. Cuius vnc. iiij. cum vnc. j. ß. seminis melonũ præbeas. Etenim iis medicamentis vrinam ducentia sunt semper adiungẽda a situ, & figura partis laborantis indicatione sumta in renum, & vesicæ vitiis Gal. 4. meth. Pastilli quoque ex melonũ, seu cucumeris semine, ac maluarum, & halicacabi, cum abrasa radice glycyrrhizæ, ac tragacantho, ac vua passa, & saccharo conficias, quorum vnum, vel duos vice qualibet cũ prædicto decocto, seu aquosa aqua mulsa dabis.

Vlceris mũdati signa.

Vbi postea vlcera fuerint mũda, quod erit tũc, vbi neque tectorium vlceri obductum cũ vrinis excretum apparebit, neque pus excretum erit fœculentum, sed subalbum, lene, & æquale, & paucum, tunc ad exsiccantia, astringentia, & cogentia, & vrinam ducentia tũ alimenta,

ta, tunc medicamenta erit transeundum. Quo in casu exhibet Paul. bolum armenũ, aut ferularum combustarũ cinerem quantum tribus digitis comprahendi potest, ex passo. cuiuslibet autem eorum exhiberi poterit drachma vna cum aqua mulsa, aut lacte: extrinsecus vero vtẽdum erit iis, quæ renes exsiccare, ac roborare possunt, veluti vnguentis, ceratis, cataplasmatis, seu emplastris, ex oleo mirtino, citoniorum, rosaceo, & masticino, poligoni, seu plantaginis succo, mastice, thuris cortice, bolo armena, sandalis, hordacea seu fabacea farina, ouorum albumine, cera & aceto, & huiusmodi confectis, de quibus in vesicæ vlcere mentionem faciemus. Sequitur vesicæ exulceratio, in cuius curatione (præter rationem viuendi, quæ eadem debet esse cum renum exulceratione) maximum remedium erit lactis potus, quod asperitates leniat, vlcerationes eluat, & malum extergat, medicamentis semper vrinæ acredinem obtundentes, & prohibentes ne gignatur acris, sorditiem vlceris eluentes medicamentis expurgandi & abstergendi facultatem obtinentibus, veluti mulsa dilutissima, vel lacte cum paululo mellis, acrimoniam & mordacitatem depellentes, lacte recens mulcto cum optimo amilo infuso, aut pompholige pluribus aquis elota & exsiccata, atq; subinde cum lacte diluta. Si vlcus pascẽdo serpat, per catheterẽ in vesicã sunt iniiciẽda quæ depastionem

In exulceratione vesica.

Vesica vlcus.

ſiſtere poſſunt, veluti acacia, hypociſtis, terra lemnia, bolus armenia, & huiuſmodi. Poſt-modum expurgatum vlcus ſimul vnire quæ-runt iis, quæ cicatricem inducunt, quod effi-ciunt tum per inſeſſus aſtringentes, tum per eiuſdem facultatis emplaſtra, fomenta, & irri-gationes. Illud autem aduertendum pro ex-ulcerationis veſicæ curatione, cum ſuperius laudauimus potũ lactis aſinini, præcipue, aut caprilli, eſſe laudatum, cum quo mellis roſacei paululum adiici poterit. In veſicam quoque mulſa dilutiſſima erit infundenda, vel ipſum-met lac cum paulo mellis, aut cum cucumeris ſemine, ſeu candido oui liquore, cũ pompho-lige, vel ſimilium medicaminum aliquo, vel decocto ex hordeo non decorticato, plantagi-nis foliis, ac radice glycyrrhizæ, admiſcendo parum mellis, aut mellis roſati: & vbi acrimo-nia conſequetur, optimum amilum erit addẽ-dum, aut ſeminis althææ, maluarum, cucume-ris, vel fœnugræci cremor: interim etiã ſemi-nis papaueris. Et vbi eadem vlcera ſordida fu-erint, magis quæ repurgandi vim habẽt phar-maca erunt infundenda, augendaque mellis erit, aut mellis roſati quantitas. Mordacitatis etiam tempore inſtante in inteſtina quoque per ſedem ptiſanæ ſuccus erit infundendus, & ſeminis lini ſuccus, & cucumeris ſemẽ decor-ticatum tritum cum lacte, roſaceo oleo ad ſin-gula inſtillato. Et vbi exulceratio paſcẽdo ſer-pet, ſubaſtringẽtibus medicamentis extra ad-hibitis

Lac aſininum & caprillum laudatum in exulceratione veſicæ.

In veſicæ vlceribus ſordidis.

In exulceratione depaſtionem ſiſtentia.

hibitis erit vtendum, atque iis quidem actu calidis, vt ob calorem partes circumdolitantes leniendo iuuentur: ob ipsorum autem facultatem vicinos locos exulcerationem depascere prohibeant, veluti vua passa, palmæ, gallæ, malicorium, alumẽ, acacia, hypocistis. Repurgatis autem vlceribus, tentandum erit vt cicatrix perducatur, idque per insessus astringentes, & eiusdem facultatis epithemata: in quem vsum emplastrum ex ouis, hordeo vsto, & cadmia tripla eorum parte, cũ cerato mirteo, aut rosaceo contemperata commode superponetur. Nec minus confert, si medicamentum ex amilo, sarcocolla, & cerussa, pauxillo oleo rosaceo & cera additis, & cum lacte dissolutum iniiciatur in vesicam: generosiusque euadet si plumbum vstum, ac thuris corticem adiicias. Sequitur vnitatis dissolutio in vtero. Vlcus igitur vteri & ipsum prius si cum inflãmatione aderit, venæ sectione facta, medicandum erit, si corpus vitiosis humoribus erit redundans, repressione defluxus humorum vtendum, veluti succo portulacæ, plantaginis, &c. sorditiem vlceris expurgando ptisanæ cremore cum melle, mulsa, cũ decocto radicis iridis, aristolochiæ, absinthii, aut agrimoniæ: in vlcere sane cõspicuo iis illiniẽdo, in profundo vero per mentrechitas infundẽdo, vlceribus probe expurgatis, cicatricem inducentibus, veluti est decoctio rosarum, malorum cotoneorum, rubi, mirti, rhois, acaciæ,

Cicatricem inducentia in vlcere vesica.

Vteri vlcus cum inflammatione.

Sordium purgatio.

hypociſtidis ex vino aſtringente, & aliis ſuperius enarratis, vt autem res ipſa clarior fiat, aduertendum erit quod ſi ſolutio continui talis erit, veluti eſt eroſio venarum vteri, a qua fluxio menſium prodire ſolet, prius purgato corpore a vitioſis humoribus, aut bilioſis, aut pituitoſis ſalſis, ne augeant eroſionem, per renutritionem eroſorum erit curãda. Quod fiet per cibos boni ſucci, & medicamenta ſarcotica dicta, hoc eſt, carnem gignẽtia, 7. de comp. med. per loca. Quare non ſolum plantaginis ſuccus ciathi menſura iniiciendus erit, ſed aliud etiam, paruo quidem exſiſtente vaſe, vnde profluit ſanguis, addendum erit vt aloe, manna, thuris cortex, pinus, terra lemnia, lapis hæmatites: magno vero & ampliori exſiſtente, balauſtio, acacia, hypociſtide, gallis, malicorio, & ſimilibus res agenda erit, & tandẽ quæ mediocriter, & ſine morſu detergunt, atq; exſiccant, cõmoda ſunt, vt quæ carnem gignant, 3. meth. & 2. de comp. med. per genera. In vteri autẽ exulceratione perpendendũ erit an pura ſit, an impura: & ſi impura an ſit aſſociata cũ alio morbo, veluti cũ inflãmatione, aut cũ ſorde. Purum igitur vlcus aut erit ſuperficiariũ, id eſt, conſpicuum, aut profundum. Vtrumque leniter aſtringentibus atque exſiccãtibus medicamentis erit tollendum, ſed conſpicuum illinitione, profundum vero infuſione per inſtrumentum, roſacei, aut tetrapharmaci cum butyro recenti, ac roſaceo: elotione locorum

Menſium fluxus ab eroſione venarum vteri.

Sarcotica in eroſo vaſe paruo & ampliore.

Vteri vlcus ſuperficiariũ & profundum.

cum decocto rosarum aut lentiũ, aut ptisanæ, seu plantaginis succo. Si associatum erit cum inflammatione,tollenda erit prius inflammatio.Sin autem vlcus erit sordidum , detergentibus medicamentis erit vtendum , veluti ptisanæ cremore cum melle vel mulsa,in qua fœnugręcũ sit decoctũ , aut malua, aut furfures: & vbi valentiori abstergentia requiret , marrubio, vel melli adiuncta erui farina , vel iris, quæ etiam extrinsecus ex mulsa macerata illiniuntur.Vbi vero vlcus depascetur , valentioribus astringentibus erit vtendũ,veluti baccarum mirti,palmularum,lentium, & malicorii decocti infusione,& fomentis, & insessionib. ex aqua mulsa, in qua absinthium , marrubiũ, eruum,aut lentes sint decoctæ: & loci eluãtur ptisanę succo addito melle,& rosaceo.Vbi autem vlcus non solum depascens , sed efferatũ quodammodo erit,eluendũ erit equino , aut asinino lacte recens mulcto , & in vtriusq; penuria,quodcunq; haberi poterit, erit accipiẽdum recens coctum , duabus lactis heminis, mellis heminam dimidiam addendo , & drac. iiij.iridis inspergẽdo , & tale infusum calidum sæpe infundẽdo.& vbi,quod fuit infusum,erit excretũ , loci protinus maluæ decocto eluantur,dein pessus subdatur ex farinæ erui, & iridis an.dra.ij.cum melle subactis,aut etiã farinã lentium cũ melle subdes.Cohibita depascẽtia ac efferitate,his postea vtendũ erit, quæ ad vlcera repurgata diximus esse adhibenda,tandẽ-

Vteri vlcus cum inflammatione.

In vlcere sordido detergentia.

Vlcus depascens.

Vlcus efferatum.

Vnguentum cicatricem inducens.

que ad ea, quæ ad cicatricem perducunt, erit accedendum: primum mitioribus, dein efficacioribus etiam deforis adhibitis: abdomini videlicet & coxis, quod emplastrorum, & cataplasmatum facultas per latentes meatus traducatur, vt ait Paulus. Quare hoc vnguento erit vtẽdum: Ex tutiæ ablutæ partibus duabus, litargyrii, cerussæ, & sarcocollæ ana parte vna, cum oleo rosaceo, & cera fiat vnguẽtum. Poterit etiam addi croci parum, quandoq; vero plumbum vstum, & pro rosaceo melinũ, aut mirteum admiscendum. Sequitur pectus, cuius quidem pectoris venæ vbi fuerint apertæ, aut fractæ, & disruptæ, aut corrosæ, ad quas dissolutiones sputũ sanguinis sequi solet, vbi vena erit aperta, huiusmodi electuario erit curanda (cauentes semper ab iis quæ exasperẽt, ne tussim excitent) velut ex sacchari rosacei antiqui vnc.ij. corallorum rubeorum, hypocistidis an. dra. j. cum syrupo rosato fiat electuarium, saccharo quidem rosaceo vtentes tanquam materia ad scopum & ipsa faciente. Infrigidando.n. & leniter astringendo foraminũ apertionem reliqua medicamenta emendat. Sin autem vena fuerit fracta, tunc erit vtendũ non solum astringentibus partes solutas vt simul tangantur, sed etiam iis, quæ habeant vim inuiscandi & conglutinandi: veluti prædictis ad apertam venam enarratis, addentes radicis consolidæ maioris coctæ sub cineribus, & dimissæ per cribrum vnc.j. ad agglutinandum, & inuis-

Soluta vnitas in pectore.

In sputo sanguinis a vena aperta electuariũ.

A vena fracta.

10

inuiſcandum partes ſolutas. Vbi autem vena erit corroſa, præter aſtringentia partes in vnũ diuulſas, præter agglutinantia partes addentes etiam ea, quæ habent vim aggenerandi carnẽ, veluti ſuperius enarrato electuario addentes ireos, thuris an. drac. j. iubentes vt huiuſmodi electuarium in ore teneant, vt paulatim per foramina tracheæ arteriæ pertranſeat vel ad pulmones, vel ad pectus. Extrinſecus eodem modo thoracem ex vino aſtringente, oleisque roſaceo, cotoneorum, aut mirtino inungentes, vel vnguentum efficientes, adiectione in prædictis oleis boli armeni, terræ lemniæ, corallorum rubeorum: vel cataplaſma adhibentes ex palmulis, acacia, cortice mali granati, & lentium farina: vel ceratum, illud ſemper aduertentes, ne huiuſmodi aſtringentia admoueantur, niſi facta alio prius auerſione, & hoc, ne ſanguinem intro compellerent. Amplius in huiuſmodi ſolutione venarum pectoris illud aduertentes, vt mox facta vaſorum ruptura ſimul concreſcat, priuſquam inflammatio illam prehendat: & hoc, quod vbi inflammatio prœuenit, parum amplius ſit ſperandum de vulneris conglutinatione, quippe quod inflãmatio in multos dies extendatur, ac poſt ſolutam inflammationem eluere oporteat tũ pus, tum ſeorſum ſanguinẽ ipſius viſceris. Sed de his vberius agemus in curatione ſymptomatũ excrementorum immutatorum, videlicet in ſanguinis reiectione, ſeu ſputo cruenta. At vl-

A vena corroſa.

Sarcotica.

Vnguentum

Cataplaſma.

Ceratum.

In ruptura venarum duæ obſeruationes.

Pulmonis vlcus.
Tabes ex ulcere pulmonis difficilime sanatur.

cus pulmonis, ad quod tabes sequi solet, etsi
Galeno difficillimũ sit sanatu, præsertim post
excitatam phlegmonem, ex 5.meth.tribus ra-
tionibus,tum quod pulmones respirãdo sem-
per moueantur,tum quod citra tussim expur-
gari non possint, tum ratione viæ, quæ cum
longinquior sit, medicaméta vim suam amit-
tere cogantur: vbi tamen tentabitur curatio,
iis potissimum erit vtendum: lacte primum,
eoque muliebri, quod præ cæteris magis lau-
datur tanquam naturæ nostræ magis simile,ex
vberibus more infantium sumto,ex 7.metho.
aut saltem mulcto calente: aut si nõ muliebri,
saltim asinino: & post hoc bubulo aut capril-
lo. Lac enim inter omnia optimũ esse cense-
tur, quod non solum rationem medicamenti
optimi, sed etiam optimi nutrimenti secũ ge-
rat.Optimum enim est medicamentum,3. ali-
mentorum,ratione qua detergit,& vlcera re-
purgat serosa sua substantia, caseosa vero con-
solidat,optimum etiam est alimentum,5. & 7.
meth. eo quod omniũ quæ mandimus sit op-
timi succi,ac multi alimenti, 3. de alimentis,
promteque cõcoquitur, ac distribuitur, qui-
bus alimẽti rationibus omnibus indigemus,
etiam quod ad vlcus pulmonis sequi soleat ta-
bes,&vniuersi corporis arefactio,quod etiam
laudatum fuerat ante per secula multa abHip-
pocrate 5.aph. 64. Quare lacte erit vtendum
vnc.iij.vel.iiij.pro vice.& vbi timebimus ne in
ventriculo cogatur, mellis tepidi parum, aut
sacchari,

Lac est optimum medicamentũ & alimentum.

Lactis emẽdatio.

ſacchari, aut mellis roſacei miſcebimus, præſertim in lacte caprillo periculoſo ſine melle ſumto, lib. de cib. boni & mali ſucci. Vno in caſu ſolũ cauendũ erit a lactis vſu, vbi ſcilicet valida febri agitabuntur, ex Hip. 5. aph. 64. Tũc enim ptiſana, aut eius cremore erit vtendum. mulſa etiam vtitur Aetius, quæ, quia dubia eſt, omitti poteſt. Medicari vero pulmonis vlceribus oportet eo apparatu, vt facile ſurſum efferantur humores, adhibendo curam ne alii cõgregentur, in quem vſum eſt aqua mulſa per ſe, & cum amilo, aut iride, & radice dulci in ea decoctis, vel hyſſopo, ſeu marrubio, & ſyrupo de glycyrrhiza, aut hyſſopo, aut marrubio, quibus ſyrupis mellis roſacei parũ admiſcebimus: illud aduertentes, huiuſmodi medicamenta humida, facta pro vlceris curatione ægro ſupino cubanti eſſe exhibenda, eaq; ore contineri debere, paulatimq; permittendũ vt in aſperã arteriã, & per eã ad pulmonẽ illabatur, & pectus. Vbi autẽ febris obſtiterit, neque vti poſſumus huiuſmodi medicamentis, aqua hordei erit vtendũ, vel hoc elegmate hoc modo formato: Ex elegmatis e pulmone vulpis, & e pino ana drac. j. ſyrupi mirtini, de hyſſopo, mellis roſacei, ſyrupi e glycyrrhiza an. vnc. j. ß. boli armeni, terræ lemniæ, & lapidis hæmatitis an. ſcr. j. radicis ſimphyti dr. ij. driatragacãthi dra. iij. miſce & fiat elegma, quod paulatim delingatur. Nec minus confert ſaccharũ roſaceum ſæpius exhibitũ per ſe, aut cũ ptiſanę cremore.

Lac in febre valida fugiendum.

Pulmonum vlceris curatio.

Obſeruandum.

In vlcere pulmonis cum febre elegma.

Vlceris exsiccatio cum theriaca vel mithrid.

Et pro vlceris exsiccatione, valida nõ exsistente febre, proderit per interualla exhibere mithridatum aut theriacam, 4.loc. aff. His enim vtentes medicamẽtis, saltim illud acquirimus, quod vlcus non vltra progreditur, nec maius fit, sed siccatum, ac ceu callo duratum longiori vita facit vt ægri vti possint. Extrinsecus vero in principio, vbi conquieuerit malum, cata-

Cataplasma.

plasmate vtendum erit ex althææ foliis tritis, semine lini, & tenuissimo polline, quæ cum decoctione fœnugræci & althææ, vel maluæ, oleo ac melle admisceantur, processu tempo-

Cerata.

ris ad cerata pertranseuntes ex butyro, oleo laurino, ac cera apparata. Tempore autem re-

Epithemata.

purgationis epithemate ex terebinthina, oleo irino, aut laurino, butyro, aut medulla ceruina, adipe taurino, iridisque farina, & œsipo æqualibus omnibus partibus simul commixtis, & tempore quo cicatrix obducetur thoracem inungendo oleo mirtino, aut rosaceo, adiectis alumine, acacia, malicorio, hypocistide, galla, & rhoe obsoniorum; semper tussi prospicientes: vbi grauiter affliget thymo trito, & hyssopo cum succo radicis dulcis ac melle cocto ex-

Solutio continui partiũ capitis.

ceptis, quæ sub lingua contineantur. Sequitur cõtinui dissolutio in capite, seu earum partiũ,

Vlceris narium difficilis est curatio.

quæ circa caput reperiuntur: veluti est vlcus narium, & vlcus oculorum. Narium quidem vlcera sunt curatu difficilia, putredinosa, grauiterque olentia, quę ozenæ græcis dicũtur. Igitur post repressionem defluxus vitiatorum humorum

humorum acrium ad nares fluentium (quæ capitis ſiccatione, & corroboratione fiet Gal. 3.de comp.med. per loca tonſo capiti, aſſidueque perfricato, medicamentis ſincipiti impoſitis vim habentibus ſiccandi & firmandi, oleo ſcilicet mirtino, roſarum, puluere corallorũ, ſandalorum, roſarum rubearum ſiccarum, de quibus in intemperie capitis) ad naſi curationem erit accedendum: quod fiet & medicamentis habentibus vim exſiccandi, repellẽdi, & diſcutiendi, veluti melle cum exiguo reſinę terebinthinæ, ſpecillo lana inuoluto, aut ſpiritu ſuccus erit per nares attrahendus. In puro autem vlcere, licio ex vino diluto, aut mẽthę, ſeu marrubii ſucco cum melle, inuoluendo lana ſpecillum, illudque in medicamento intingendo. Galenus vero Archigenis auctoritate, calaminthæ ſuccum naribus infundit; aut ipſammet aridam calamintham per fiſtulam inſufflandam. Exſiſtente autem veteri vlcere hoc medicamento ex Oribaſio erit vtendum: Ex ſpumæ argenti, & ceruſſæ drac. 6. myrrhæ, aloes, ſingulorũ drachmis ij. gallarũ drachma vna; vino, & mirteo oleo dilutis vtere non ſolum ad nariũ vlcera, ſed & ad ſedis vlcera, & rimas. At vlcus oculorum, eadem ſecũdum genus curatione erit reſtituendũ, vt ait Galenus 4.de comp.med.per loca, quanquam ob partis naturam quam tenuiſſima medicamenta ſint adhibenda. Quare facta auerſione, & purgatione, conſiderandum erit vtrum vlcus ſit

In narium vlcere puro.

In veteri medicamẽtum Oribaſii.

Ad ſedis vlcera.

Oculorum vlcus cum inflammatione.

purum, an impurum: & si impurum, aut cum sorde, aut cum inflammatione associatum. Igitur si cum inflammatione erit associatum, medicamentis erit vtendum, quæ inflammationem concoquere, & lenire possint, non neglecta vlceris curatione. Vtrique autem satisfaciet collirium albũ muliebri lacte dissolutum, quod instilletur cum oui albumine, aut cataplasmate, ex Aetio; ex ouo simul cum eius vitello, cum rosaceo, & vino leuiter tepefacto, & lana excepto leuiter imponendo. Vlcus autẽ impurũ ratione sorditiei mulsa mediocriter diluta, & fœnugræci decocto erit tollenda: multa vero exsistente sorde, ad fœnugræci succum parum mellis erit addendũ: semper aduertentes vt fœnugręcum exactissime purgetur, sæpe abluendo pura aqua dulci. Vlcere facto puro, a fœnugræci succo erit abstinendum, & collirio ex thure, quod vim obtinet glutinandi, ac incarnandi, erit vtendum, quod accipit ammoniaci, sarcocollæ ana. drac. ß. thuris drac. decem, croci drach. ij. omnia leuigata, ac fœnugræci succo excepta, in colliria digerantur. Vlceribus incarnatis, & ad planitiem quasi redactis, transeundum ad ea colliria, quæ cicatricem ducunt, veluti pompholigis elotæ drach. iij. plumbi vsti drach. ij. croci drac. vna, squammæ æris drac. ij. gummi drac. iij. omnia leuigata, & aqua pluuiali excepta digerantur in colliria. Sequitur quartum morbi genus, quod inflammatio, seu morbus com-

Vlcus impurum & sordidum.

Collirium ex thure.

Cicatricem ducentia.

positu

positus (eo quod ex miſcella aliorum morborum ortum trahat) appellatur. Quæ quidem inflammatio vbi in ſtomacho erit, recte, & conuenienter depelletur, ſi non ſolum morbi, ſed etiam loci affecti habebitur ratio: & hoc, quod ratione loci affecti, cum in numero ſit earum partium, quarum munus toti corpori ex vſu eſt, hac ratione non ſolum in principio inflammationis, ſed & in fine, ſeu declinatione aſtringentibus erit opus, Gal. 13. meth. Quare in principio ex 13. metho. aſtringentibus aut ſolis, aut laxantia ſuperantibus erit vtendum; veluti oleo omphacino, roſaceo, citoniorum, vel etiam de abſinthio, præſertim vbi valida non fuerit inflammatio, aut feruor ingens: vel ex roſis, & abſinthii parte vna florum camomillæ, radicum, ac foliorum althææ parte media, in aqua pluuiali facto decocto, & pauco aceto, & vino albo aquoſo addito, factis epithematibus: aut ex olei roſacei, omphacini, maſticini, & de abſinthio ana vnc. j. camomellini, & amygdalarum dulcium ana vnc. j. puluere ſandalorum, corallorum rubeorum, & roſarum rubearum ana drach. ij. ceræ quantum ſufficit, modicoque vino albo, aut aceto addito facto vnguento: aut vbi affectus maiora aſtringentia poſtulabit, œnanthe, hypociſtide, balauſtio, rhu obſoniorum, floribus roſarum, ac reliquis ventriculo tum refrigerando, tum roborando idoneis. In augmento autem, aut ſummo vigore

IIII. Morborum generis curatio. In inflammatione ventriculi.

Aſtringentia.

Epithemata.

Vnguentum

In inflammationis ventriculi augmento.

inflammationis, prædictis astringentibus laxantia miscenda, vel augenda: veluti camomellum, altheam, semen lini, melilotum, fœnumgræcum, adipem anserinum, gallinaceũ, oleũ camomellinum, anethinum, liliaceum, amygdalinum. Ex quorum commixtione varia pro varietate expostulantis vsus, varia tum epithemata, tum cataplasmata, tum etiam vnguenta fieri poterunt. In declinatione autem inflam-

Declinatione.

mationis purgatio præberi poterit; cum etiam in iocinoris inflammatione, vbi cauum eius afficitur, purgantia medicamenta, modo valentiora non sint, exhibẽda esse concedat Galenus: Quinimmo etiam medicaméta valentiora, cum ptisana permixta approbat; veluti filiculam, & corticem nigri veratri, ex 13. met. (nam in principio, vbi phlegmon ventriculũ, aut intestina occupare incipit, a medicamento per aluum deiiciente est cauendum, quod longissime a tentata fluxione parte, quod redundat reuellere, nequaquam autem ad eam conueniat trahere, ex Gal. 13. meth.) Illud autem est sciendum, quod vbi moderata inflammatio fuerit, etiam Galeni ceratum sufficiens erit, cuius descriptio habetur 8. meth. Et vbi stomachus magis corroborari postulabit, aloẽ augere conueniet, admiscereque cum eo aut succum absinthii, aut œnanten, aut succũ capreolorum vitis. Tandem vbi aliquid scirrhosi ab inflammatione relictum fuerit, ita vt emollientia requirat, corroborantia etiam, ac astringentia,

In iecoris inflammatione ad mittuntur purgantia.

Scirrhosa inflammatio ventriculi.

aſtringentia, Tralliano, erunt commiſcenda. Sequitur inflammatio iecoris, in qua, remota prius cauſa, quæ phlegmonem excitabit, aut ſit calor ipſi⁹ iecoris, aut eius dolor, ex 13. met. & facta euacuatione ſimul & reuulſione fluẽtis, & augentis inflammationem ſanguinis ex interna dextri cubiti, quod e directo ſit, & ampla via cum vena, quæ caua dicitur, ſocietatem habeat, etiam hac non apparente, media: & vbi neque hæc apparuerit, humerali ex Gal. 13. meth. ad alterantia erit accedendum topica; quæ non adhibebimus priuſquam corpus vniuerſum ab excrementis fuerit liberũ, quod eſt commune omnium inflammationum: in quorum adhibitione hæc duo perpetuo erũt obſeruanda: primum ne frigida adhibeantur, etiam ſi inter initia ſimus, alias plus noxæ quã vtilitatis eſſent: ſecundo, vt ſemper aſtringentia ſecum habeant admixta. & ſi amplius inflãmatio non eſſet in principio, nec repulſione eius, quod influit, indigeremus; & hoc, quod cum ſit principium nutricis facultatis, eius robur ſit ſeruandum, 13. metho. Quare illinietur extrinſecus in hepatis regione, oleo roſaceo, aut melino, aut abſinthite, & procedẽte tempore oleo roſaceo, ſeu cidoniorum, cum maſticino, camomellino cum pauco aceto, aut vino albo, ſumta a ſitu viſceris indicatione: vel huiuſmodi epithematibus: Ex roſarũ rubearum, foliorum plãtaginis, & cichorii, ſeu hortulanæ endiuiæ ana pug. j. florum camomelli,

In inflammatione iecoris vena ſectio.

Alterantia topica.

Obſeruatio.

Epithemata.

meliloti,absinthii, & anethi ana pug. ß. bulliant in aqua pluuiali, demum adde succi cichorii,& endiuiæ ana lib.j. aceti vnc. ij. misce, & fiant epithemata. Ex quibus etiam cerata, & emplastra fieri poterunt. Dein illud perpetuo obseruantes, vt in tantum relaxantia, seu digerentia vires præsidiorum astringentium vincant, quantum inflammatio ab eius principio recedet. Tempore autē procedēte, 10

In inflammatione gibbæ partis iecoris.

vbi inflāmatio coquetur,quæ in gibba visceris consistet,modice vrinas mouentibus erit vtēdū,assaro, nardo celtica, petroselino, meo,ex Galeno:insuper &oxymellite,& syrupo de bizantiis,de trib.radicibus,ac de eupatorio. Vbi

In caua partis inflammatione.

vero in cauo exsistet, & tempus processerit, per ventrem erunt vacuandi 13. meth.clysteri. & vbi per clysterē curari non poterit, purgante medicamento cibis admixto,ex Gal.13.met. Vbi autem inflammatio ad suppurationē vertatur,adiuuanda erit natura, vt quam celerrime puris generatio fiat,& facta suppuratione,

Inflammationis suppuratio.

abscessus ruptura erit adiuuanda : & post eius rupturam, per eandem viam pus erit ducendum,per quam videbimus a natura transmitti,aut per sedem, aut os,aut vrinam: Quod si

Scirrhus ex inflammatione iecoris

in scirrhi naturā vertetur, hoc modo erit tollendus.In potu quidem seu intra ea erunt exhibenda, quæ diximus exhiberi debere ad liberandas iecoris obstructiones : atque ea omnia,quæ in renibus contentos lapides comminuere possunt,admiscendo illis ea,quæ vri-

nam

nam ducere possunt, 2. ad Glauc. Illud semper aduertentes, quod vbi multo sanguine corpus abundarit, secetur interna dexteri cubiti, aut si melãcholico, aut pituitoso, prius purgetur, postmodum his topicis erit vtendũ, quæ possint abstergere humorem, qui in viscere continetur, aperire, quæque habeant admixtam vim eorum, quæ habent facultatem incidendi, 2. ad Glau. & 14. meth. Veluti in hunc modũ: Ex absinthii pug. ß. foliorum, & radicũ altheæ an. manip. j. bulliant in oleo communi, quo super hepar per spõgias sæpe admoueatur fomentum. dein recipe olei de absinthio, & mastici ana vnc. j. nardini, & citoniorum ana vnc. ß. spicæ nardi indicæ, vel celticæ an. drac. ß croci scrup. ß. adipis anseris, seu gallinæ, & medullæ ceruinæ, seu vitulinæ ana vnc. j. ceræ quantum sufficit, aceti parum, fiat vnguentũ, quod mane, & vesperi applicetur, præcedentibus semper fomentis. Procedente vero tempore, addere poteris prædicto vnguento vnc. ß. vel vnc. j. ammoniaci, aut bdellii humentioris existentis, siue stiracis similiter humentioris, prius aceto dissoluti, & si mauis in cataplasmatis formam redigas, excipiendo folia simul, & radices maluarum, ac althææ, ana m. j. & cum modice prius fuerint decocta, confundantur, & adiice adipis anseris, seu gallinæ vnc. ij. lenti cremoris fœnugræci, seminis lini, & althææ an. dra. iij. olei mastichini, lẽtiscini, & de absinthio ana vnc. j. ammoniaci, seu bdellii in aceto

Topicæ abstergentia.

Vnguentum

Cataplasma.

dissoluti vnc.iij.misce, & fiat cataplasma cum oxymellite, quod item præcedente semper fomento adhibeatur: interim addendo nardi spicam, indicam, aut celticam ana dra.j.& croci scrup. ß. semper aduertendo ne admodum fortibus vtamur medicamentis, cum ea viscus hoc non perferat, ex Galeno, quæque semper aliquid astringentis habeant. Sequitur inflammatio lienis, quæ quidem post venæ sectionē sinistri cubiti, ex Galen. 13. meth. omnibus visceribus inflammatis præsentissimo remedio, & post purgationem per aluum factam, quod euacuationi per renes factæ nulla via pateat ad hoc viscus, præsertim si deiectorium medicamentum superne exhibeatur, a situ, & societate sumta indicatione, Galen. 13. metho. quamuis venter etiam elui debeat, ex Aetio: topicis postmodum erit vtendum, quæ & ipsa ratione visceris, astringentis quidquā habeāt: in principio quidem repellentibus, 13. metho. astringentia medicaméta magis, & minus robusta facientes, pro impetu fluoris maiori, & minori. Vnde moderata exsistente lienis inflāmatione, ex vino veteri, ac austero, tenuiumque partium oleo dulci permixto, fotus erit fiendus lana succida excepto, vel linteis lineis. & vbi maior erit caliditas, oleo rosaceo, aut omphacino, vel ex olei anethini, aut camomellini vn.j.& rosacei, seu citoniorum, & mirtini an.vn.j.ß. pauco vino, ac cera vnguentum paretur: & vbi forti impetu fluxus feretur, acetum

Iecur non fert admodum fortia.

Lienis inflammatio.

In moderata lienis inflammatione fotus.

In fluxus impetu vnguentum.

B

cetum pro vino accipiatur, & sinistrum hypocundrium fomentis iis foueatur: post fomenta hoc vtendum erit cataplasmate, Ex farinæ fœnugræci, seminis lini, & hordeaceæ ana vn. j. ß. caricarum aceto acerrimo maceratarum, vnc. j. adipis anseris, & butyri recentis ana dra. iiij. olei anethini, camomellini, & rosacei ana vnc. j. omnibus tusis, & simul commistis cum pauco oximellite fiat cataplasma. Vbi vero ad scirrhum transierit, post venæ sectionem vbi opus fuerit, internæ scilicet in sinistro cubito, & post purgationem cum antecedente sua præparatione potui exhibenda erit post cibum aqua a ferrario fabro, in qua cādens ferrum exstinctum sit; quod hæc præcipue lienem coherceat. Quod animaduersum fuit in iis animalibus, quæ apud hos fabros educata, exiguos lienes habēt, vt ait Celsus: febricitantibus quidem sola, non febricitantibus vero cum vino, Archigenis auctoritate, 9. de comp. med. per loca, datur autem aqua per se cyathis tribus, febri vero carētibus cum vini, vel aceti cyatho vno: aut vulpis hepar siccum cum aceto mulso similiter bibendum exhibitū commmendat Gal. 9. de comp. med. per loca, ex Archigene, postea localibus erit vtendum eadem methodo factis, qua in iocinoris scirrho fieri debere diximus, emollientibus scilicet, discutientibus, & aliquam astringendi vim habentibus, in hoc variātibus, quod tutior erit vsus aceti in lienis scirrho et-

Cataplasma.

Lienis scirrhus ex inflammatione.

Vulpis epar.

Localia.

iam a principio, cum naturaliter ſit rarus, nec timor ſit vt neruus eius vi lædatur, ſicut in tẽdonibus, ac neruoſis muſculi partibus, 14. metho. Quare capparis cortex ex aceto cõtritus, illituſque optimus erit: & fotus hoc modo parati: Ex centauri minoris, & ſcolopendrii ana m.j. corticum radicum capparorum vnc.ß. radicum & foliorum althææ ana manip. ß bulliant in aceti, & olei partibus æqualibus, & cũ ſpongiis fiãt fotus. quibus ſæpius admotis, inſraſcripto vteris vnguento: Ex olei amygdalarum amararum, liliacei, irini, & de capparibus ana. vn.j. ſucci ſcolopendrii, & centauri minoris ana drac. iiij. corticum radicum capparorum & miricæ ana drac. ij. adipis anſerini, ſeu gallinacei drac. iij. medullæ ceruinæ, ſeu vitulinæ drac. ij. ß. ammoniaci in aceto diſſoluti vnc. ß. aceti, & ceræ quantum ſatis ſit, fiat vnguentum: & ammoniacum cum aceto ad luti craſſitudinem redactum non pauci imponentes quidem lieni eius ſcirrhum curarũt, illudque ſolum ei curando ſæpe ſatis fuit, Gal. 14. meth. medẽdi. Sequitur inflammatio renum, quæ quidem poſt venæ ſectionem (licet dubium ſit quæ vena ſit ſecanda, & poſt purgationem) extrinſecus inter initia feruẽte adhuc inflammatione, per refrigerantia erit remouenda, quanquam quæ impendio refrigerant ſint vitanda, ne renes inflammati indurentur, potiſſimum cum ſcirrhis ſuapte natura ſint ſubiecti, tum propter eorum ſubſtantiæ qualitatem

Fotus.

Vnguentum

In renum inflammatione vehementer refrigerantia ſunt fugienda.

litatem, tum propter excrementorum naturam, quæ per ipsos dilabuntur, 13. meth. Veluti per oleum rosaceũ, omphacinum, seu melinũ, pauco aceto addito, & succo poligoni, aut portulacę: aut hoc cerato. Ex oleo rosaceo, vel melino, luteis ouorum, poligoni succo, aceto pauco, & cera, fiat ceratum, & supra renes accommodetur. In augmento aliquid miscendum erit digerendi, ac discutiendi vim habens, veluti camomellini, & eius oleum, fœnugræcum, semen lini, althæa, & recentes etiam adipes, vt anserinum, gallinaceum. In declinatione autem admiscenda erunt ea, quæ adhuc magis discutiant, veluti est chamæpitis, abrotanum: & fotibus per spongias erit vtendum, ex decocto camomelli, semine lini, anethi, ac althææ foliis & radicibus, pauculo calamo aromatico, & flore iunci odorati addito, ac pauco etiam aceto. postea cataplasmatibus erit vtendum, quæ ex farina fœnugræci, & seminis lini fiant, hordeacea, & fabacea, radicibus & foliis althææ in iure camomelli decoctis, addito oleo camomellino, seu anethino cum aqua mulsa, seu sapa, vbi crassior videbitur esse materia derelicta. Concocta inflammatione, & quieto dolore, per vrinam ducentia erit purgandum, petroselino, & huiusmodi, ex aqua illud coquendo, & cum vino & melle bibendo. in cibis fœniculum exhibendo, apium, daucum, & pastinacas probe percoctas. Vbi inflammatio

Ceratum.

103

In augmento inflammationis renum.

In declinatione fotus.

Cataplasmata.

Diuretica.

Suppurãtia. ad puris permutationem vertetur, adiuuanda erit ſuppuratio tum puris eruptio: adiuuabitur autem ſpongiis fotus gratia admotis, aſſidue imbutis aqua & oleo, aut decocto foliorum & radicum althææ, camomelli, fœnugræci, & ſeminis lini, quæ calidæ admoueantur. *Puris eductio.* Eundem vſum præbebunt cataplaſmata ex farina hordeacea, cum ficuũ & althææ ex aqua mulſa decocto. Genito pure ipſius eruptio erit procuranda: quod fiet vrinam ducentibus in potu exhibitis, veluti cucumeris ſemen decorticatum ex aqua mulſa, palmulis in ipſa incoctis. poſt abſceſſus rupturã, quibus pro puris purgatione ſit vtendum in renum exulceratione iam diximus. *In veſica inflammatione.* Sequitur inflammatio veſicæ, quæ quidem poſt venæ ſectionem venæ illius in arte phlebotomandi narratam, auferenda eſt, iubendo inſidere ægrum in decocto ſeminis lini, fœnugræci, in hydræleo, pauco addito aniſo, aut dauci ſemine, in quo æger mingat: aut veſicæ locus irrigãdus ex oleo camomellino, anethino, ſeminis lini, aut eo, in quo althæa fuerit incocta: & fomentis per aquam & oleum in veſicis ſemiplenis admotis, aut ſpongiis. Et vbi hæc nõ ſuffecerint, cucurbitula circa pectinem aut pubem vna cũ ſcarificatione affigenda, & vbi medicamentis his malum non cedet, papaueris calix ſimul cum oleo incoquendus erit, & adeps anſerinus & gallinaceus in ipſo oleo eliquatus ſimul infũdendus: & vehementioribus exſiſtẽtibus doloribus,

loribus, Ruffi auctoritate opiatis medicamẽtis erit vtendum, ex opio, modica myrrha, & croco composito medicamento, lanæque illito, & in podicem indito. Vbi autem ad suppurationem deueniet, iuuanda iis erit, de quibus in aliarum partium inflammationibus ad suppurationem vergentibus dictũ fuit. Et post maturationem, vbi disrumpetur abscessus, eidem quoque erit opitulandum pro eius disruptione: & post disruptionem vlcus erit curandum iis, quibus diximus exulcerationem curari debere. Sequitur vteri inflammatio, quæ quidẽ post venæ sectionẽ (quamuis quæ vena sit secanda maxime dubium sit) & post etiam purgationem semper cauendo a mensium prouocatione delenda erit, imo vẽtri, pubi, & lumbis fotus, irrigationes, seu epithemata adhibendo ex vino & oleo, aut vino & oleo rosato seu aceto, & rosaceo cũ linteis lineis tepidis, similiter palmulas, aut mala cotonea in vino aut in posca coquendo, admiscendo oleum rosatum, aut citoniorum, & cataplasmata admouendo ex farina hordei, seminum lini, & fœnugræci, vitellis ouorum assatis cum rosaceo, & decocto capitum papaueris, & meliloti, ac exiguo vino, seu aceto cõposita, aut etiam ex palmulis vino diluto decoctis cum farina hordei, & oleo rosaceo, seu cidoniorum. Et vbi erysipelatis naturam participabit (quod ex igneo calore percipietur) poligorum, portulacam, plantaginem ac vitis

Opiata.

In inflammatione vteri cauẽdum est a prouocatione mensiũ.

Epithemata.

Cataplasmata.

Vteri inflãmatio accedens ad naturam erysipelatis:

pampinos cataplasmati apponere oportebit. Et vbi cataplasmatum onus locus non tolerabit, aqua rosacea admixta erit assumenda, & aliquis prædictarum herbarum succus, pessis etiam ex prędictarum herbarum foliis contusis, aut succis, rosaceo, melino, & exiguo croco, & anseris pinguedine mire sedabuntur dolores inflammationis, & vbi dolor multus excruciabit, lacrymæ papaueris exiguſt cum lacte muliebri, & succo fœnugræci exhibe. per totum etiam morbi decursum insessum etiam ex decocto fœnugræci, seminum lini, maluarum, artemisiæ, & olei præcipue post principium adhibe. Declinante inflammatione, ad laxantia & discutientia erit accedendum: veluti in fœnugræci, althęæ, seminum lini, interdũ etiã pulegii, marrubii, saluiæ, & artemisiæ decocto ægrum insidere præcipiendo, & ad imũ ventrem ac pubem, farinam hordeaceam cũ fœnugræco, & lini semine in aqua mulsa coctam imponendo, aut caricarum decoctũ adhibendo. pessis etiã vtendũ erit ex œsipo, butyro, medulla ceruina, adipe anserino, & oleo anethino, camomellino, seu irino & cera cõpositis. Et vbi inflãmatio discuti nõ poterit, sed ad supputationẽ verget, adiuuãda erit suppuratio, imo vẽtri & lumbis cataplasmata imponendo ex lini semine, fœnugræco, farina hordei, caricis decoctis, althææ radice: & sinus per spongiam fouendi, & vaporibus per arundinẽ operculo ollæ perforato insertã intra pudendum

Pessi.

In inflammatione declinante.

Suppurationem adiuuantia.

dũm receptis,insessione in decocto eorũ,quę habent vim attrahendi, veluti est pulegiũ, saluiam,artemisiam,dictamnum: & pessis ex terebinthina,myrrha,œsipo, & butyro compositis: & aliquando cataplasmate ex columbino stercore cum oleo & melle.Rupto autem abscessu accedendũ erit ad medicamẽta in solutione continui, seu exulceratione vteri superius posita.Sequitur lateris inflammatio, quæ quidẽ post venæ sectionẽ eiusdẽ lateris,&post purgationem etiam,Tralliano,vbi corpus nitrosis succis redundans erit, aut si ob viriũ imbecillitatẽ purgatio fieri non possit,post acres clysteres, Paulo, quanquam etiam exsistente virtute valida purgatio nũquam validioribus medicamentis sit facienda, nisi aut cassia, aut syrupo ex pluribus infusionibus violarum,demum iis medicamentis erit vtendum, quæ ad facilem excreationem, ac thoracis expurgationem conducunt:diuersis tamen pro diuersitate peccantis humoris inflammationem facientis,in sanguine sane aut bile peccante, syrupo violaceo,vel ex adianto,in pituita vero& crassioribus humoribus syrupo e glycyrrhiza, seu hyssopo,aut etiam e marrubio, cum aquis borraginis,aut hordei aut adianti, vel aqua,in qua glycyrrhizæ radix fuerit decocta: & etiam elegmatibus, cap. de tussi & catharro enarratis.Fotus postea erunt fiendi, qui sane Hippocrati a principio fieri solent, vt dolorẽ lateris calidis fotib.dissoluãt.Qui sane etsi plures Hip

In lateris inflammatione.

Humorum expurgatio.

Fotus humidi debent siccos præcedere.

crati numerentur, & ſicci, & humidi, ab humidis tamen ſemper auſpicādum eſſe opinor: quod humida tametſi nihil aduerſus affectum aliquando faciant, non tamen inſigne afferre poſſint detrimentū, veluti ii, qui ex aceto vel orobo, aut ſale fiunt, qui niſi humorem forte fortuna ſibi contrarium nacti ſint, maximum ægris incommodum afferre poſſunt. Quare fomento calido erit vtendū & humido, quod fiet ex aqua calida in vtre vel veſica, aut alio vaſculo poſita, aut ſpongiam magnam & mollem ex aqua calida expreſſam applicando: aut loco prædicti fotus, hoc aliud parādo. In aqua radicem & folia althææ, flores camomelli, fœnugræcum, ſertulam campanam, & ſemen lini decoquendo, & aliquo dictorum modorū fotus applicando: & poſt fotus vnguenta eiuſdē rationis admoueri poterunt, ex olei amygdalarum dulcium vnc. j. butyri recentis vnc. ß. vel loco olei amygdalarum dulciū, camomellino, aut anethino. Poſt ſeptimum diem ſi eodem modo dolor perſiſtet, cucurbitula lateri erit affigenda, & cutis ſcarificāda, dummodo, vt ait Alexander, parua copia ſit vacuanda. Et vbi inflammatio membranæ diſcuti non poterit, ita quod ad ſuppurationem vertatur (cognoſcit' autē ex eo vt ait Hippocrates 2. progn. quod quicunque dolor in his affliget ſedibus, thorace ſcilicet, & pulmone, non deſinēs neque ſcreationis purgatione, neq; ventris ſubductione, neq; venę ſectione, ac medicamēto, ac

Vnguenta.

Inflammationis membranæ thoracis ſuppuratio.

ac victus ratione, in suppurationem verti obseruatur) tunc iis erit vtendũ, nunc in inflammatione pulmonis, quæ ad suppurationẽ vertatur, enarrandis. Sequitur inflammatio pulmonis, quę pulmonia, seu peripneumonia appellatur, quæ iisdem sane quasi, quibus pleuritis, curanda erit: veluti sorbitione ptisanæ, aut etiam ptisana ipsa cum melle: & vbi a frigidioribus succis inflammatio pendebit, in ptisana decoquẽdum erit parum hyssopi, aut origani; & aqua hordei pro potu erit exhibẽda, in qua glycyrrhizæ radix fuerit decocta, vel ficuũ decoctum cum pauco hyssopo. & post venæ sectionem in cubito internam vtriusq; brachii, a it siquid venæ sectionem prohibebit, cucurbitulas thoraci admotas, & lateribus affixas, quibus cum tantũ sanguinis extrahatur, quantum vires ferant: & post purgationem, ab extra huiusmodi topicis erit vtendum, aduersus dolores calidis fomentis valentibus digerẽdo ac discutiendo, de quibus in lateris inflammatione dictum fuit: thoracisque partes erunt illiniendæ oleo amygdalarum dulcium, & amararum, aut anethino seu camomellino, irino aut rutaceo, vel cerato ex butyri recentis, & adipis anseris an. drac. j. olei rutacei, ac vtriusq; amygdalæ an. vnc. ß. pulueris iridis & hyssopi siccæ an. scru. ij. æsipi liquidæ drac. iij. ceræ quãtum sufficit, fiat ceratum: vel hoc cataplasmate: Ex radicum & foliorum althææ, & maluarum an. m. ß. contundantur, & adde cremoris

Pulmonis inflammatio.

Peripneumoniæ & pleuritidis curatio.

Topica.

Ceratum.

Cataplasma.

ſeminis lini, althææ, & fœnugræci an. drac. ij iridis & hyſſopi, quæ tenuiſſime trita ſint, an drac. j. butyri & œſipi liquidæ an. drac. j. ß. olei camomellini & rutacei an. vn. j. cũ aqua mulſa aut reſina terebinthina conficiatur cataplaſma, quo tum pectus, tum latera contegantur. optimum etiam erit eidẽ cataplaſmati inſpergere ſeminis lini, ac fœnugræci tenuiſſimum pollinem. Vbi autem in ſuppurationẽ terminabit, quæ ſuppuratio empyema appellatur, ptiſanæ cremore cocto aut in iure galli, aut vino dulci tenuis ſubſtãtiæ, 7. de comp. med. per loca. Et cũ ſuppuratio fieri incipiet, puris confectio, ſeu concoctio erit adiuuãda. quod quidẽ fiet, 5. ſimp. modice humectantibus, & excalfacientibus, talibus tandem, quæ neq; excedant, neque deficiant a temperatura corporis, ſed ſimilima ſint, quæq; emplaſticam vim habeant, ibidem: quare fomentis per ſpongias ex aqua temperate calida, cui additũ ſit oleũ, quod hydrelæon vocant, quod inter omnia, quę puris generationi conferunt, aptiſſima ſit perfuſio aquæ temperate calidæ, 5. ſimp. & adeps aut ſuillus, aut vitulinus, aut gallinaceus ſeu anſerum, cũ maluæ ſeu althææ radice permixtus: vel cataplaſmate, præſertim tardante ſuppuratione, ex caricis decoctis, hordeacea farina, althææ radice, columbino ſtercore, & modica reſina terebinthina: & cerato ex butyro, ruta, iride, baccis lauri, radice maluæ, althææ, farina hordeacea aut triticea, oleo communi,

In empyemate.

Puris con coctio per fomenta.

Cataplaſmata.

B

muni amygdalarum dulcium, aut camomelli, & cera ſimul. Genito pure rumpẽdus erit abſceſſus: quod fiet mulſæ ſorbitione, aut ptiſanę cremore cum melle, & decocto hyſſopi aut thymi cum melle: extra vero cataplaſmate ex ſtercore caprino. Rupto abſceſſu adiuuanda erit puris excretio per eum locum, per quem repere oſtendet: ſi per aluum, magis emolliẽtibus: ſi per renes, vrinã ducentibus: ſi per tuſſim, ptiſana optimo melle permixta, & radicis dulcis ſucco commãducato, & melle roſaceo, ſyrupo e glycyrrhiza, de hyſſopo, & e marrubio. Poſtea vbi diuturnior affectus erit, febris remiſſior, & vires imbecillæ, lacte erit vtendum, veluti diximus fieri debere in pulmonis exulceratione, ad quam tabes ſequi ſolet. Sequitur inflammatio cerebri, & partium quæ circa caput continẽtur, veluti ſunt phrenitis, lethargus, oculorum, quæ lippitudo dicitur, glandularum iuxta linguam, gurgulionis, & angina. Phrenitis ſane poſt venæ ſectionem initio factam, & poſt corporis vniuerſi purgationem, oxirhodino caput madefieri poſtulabit, roſaceo cum modico aceto, ex Galen. 13. meth. in principio ſane. ſed poſt corporis vniuerſi euacuationem benedictis medicamentis fiendam, repellendus humor erit a capite, atque alterandus, ne immodica caliditate liberalius humor attrahatur, & caput repleatur: atq; eodem tempore odoriferũ erit faciẽdum, ex aquæ roſarum & mirtillorũ an. vn. iij.

Puris eductio.

Inflammatio partium circa caput.

Phrenitidis curatio.

ſandalorum rubeorum, citrinorum, & corallorum rubeorum an.drac.j.aceti roſacei vnc.j. & ß.miſceantur ſimul: interim etiam vtentes ſyrupis, veluti roſaceo, violaceo, ex nimphæa, ex cichorio ſeu endiuia, ac de papauere: odor naribus obiiciendus, ac nares ipſæ intus, vel frons ſimilibus medicamentis illiniendæ, etiã cum in ſummo incremẽto phrenitici fuerint, Gal.13. meth. quod vt ait ſopire & ſtupefacere principem facultatem opus ſit, cerebrum ſcilicet, quod ſupra modum incaluit, refrigerando: ex quibus etiam facies aſſidue proluatur, Aetio. Et quam diu huiuſmodi affectus morã contraxerit, diſcutientibus erit vtendum, veluti ſi ſerpillum, thymum, melilotũ, & althæa oleo incoquantur roſaceo, vel camomellino, quo caput irrigetur iuxta capitis commiſſurã coronalem, atque vapor per nares ſuſcipiendus: aduertendo ſemper ne calidis huiuſmodi medicamentis, velut etiam catellis, aut gallis vtamur alio tempore quam in declinatione: quod in principio aut augmento inflammationem, & febrem maxime irritare poſſent. Quoniã vero phreniticis vigiliæ fere ſemper ſolent eſſe aſſociatæ, quapropter ſomnus maxime erit procurãdus: quapropter pro oxyrhodino caput recte irrigabitur oleo de nimphæa violaceo, ſeu ex papauere, pauco aceto addito, aut ex decocto foliorum lactucæ, violarũ, tum etiam florum, hyoſcyamo, roſis, ſolano, capitis papaueris albi, & nigri, & mandragoræ pomis,

Somni conciliatio:

105

pomis, ſemper aliquid aceti addendo, caput irrigando huiuſmodi decocto, atq; etiam olfaciendo: naribus, ac fronti, & temporibus populeon vnguentum cum modico aceti applicando, tandemq; iis omnibus vtendo, de quibus ſermo fiendus erit pro curatione vigiliarum. Lethargus vero ſi fiet, poſt venæ ſectionem, & purgationem, oxyrhodino in principio a capite humor erit repellendus, 13. meth. procedēte tempore in oxyrhodino etiam incoquentes quæ ſimul extenuare poſſint, veluti caſtoreum, pulegium, thymum: & naribus etiam applicetur huiuſmodi decoctum, quod calfacere, ac deſiccare, & attenuare humoris craſſitudinem, ac lentorē poſſit: ſternutamentis etiam vtentes ex caſtoreo, pipere, ſeu elleboro. palatus etiam erit vngendus, Galeno, valentibus & acribus medicamentis, velut mithridato, theriaca, aut ſinapi cum melle: his enim cedet affectus & diſcutietur. caput inſuper radendum erit, & ex alto torrētis ritu huiuſmodi medicamentum erit ſincipitis loco fundendum: veluti ſerpillum, hyſſopū, ac thymum cū pauco caſtoreo in aceto & oleo coquentes, vel caput fouentes aqua, in qua laurus & ruta fuerint decocta, vel caſtoreum aſſumendo vna hora ante acceſſionem cū oxymellite: veluti drac. j. cum oxymellitis vn. j. cuius ſolius aſſumtione fatetur Trallianus multos ſe curaſſe: & balneo, coctione morbi apparente, & excrementorum copia amplius non

Lethargi curatio.

Ophthalmia curatio. exſiſtente. Oculorum vero inflammatio, quæ lippitudo, ſeu ophthalmia dicitur vbi accidet, poſt venæ ſectionem exteriorem cubiti e directo oculi laborantis, ex cuius ſectione intra ſpatium vnius horæ grauiſſimi dolores compeſci ſolent, Gal. lib. de cur. ratione per venæ ſectionem, & poſt purgationem eius humoris, qui peccãs erit, & poſt auerſionem ad partes infernas, aut vinculis, aut frictione, aut alui deiectione fiendam, Gale. 13. metho. fomenta poſtmodum ex aqua dulci modice calida laboranti particulæ erunt applicanda 13. metho.

Repellentia in initio. Quapropter in principio pharmacis etiã repulſoriis vti poſſumus, ſed quæ non ſint nacta vehementem aſtrictionem, aliter ampliorem dolorem infligerent exaſperando, vnde lenitiuorum liquorũ admixtione moderata fieri ſolent, veluti albo oui liquore, fœnugræci decocto, e lacte iuuenculæ in cotem, in qua collirium teritur, ex vberibus expreſſo.

Oui liquor albus. Solent enim veteres albo oui liquore vti, tum quod minime mordeat, tum quod glutinoſus ſit, vnde lenire aſperitates acris humoris poteſt, & ratione glutinoſitatis in loco permanere, & ſi modice incaleat, cum abſq; roſione ſit, dolorem maxime lenire, 13. metho.

Anodyna magnopere fugienda ſunt. Ab his vero anodynis, quæ ſenſum auferendo dolorem ſedant, ſummopere cauendum; cum nec vehementes fluxiones reprimant, ſed potius excerni prohibeant. & vbi humores acres cõtingit eſſe, corneam erodant, aut ſi multi ſint, dolor

dolor maximus excitetur, & simul necessarium sit vim visoriam offendi. Quod si eis vrgente maxima necessitate fueris vsus, postmodum sanitatis tempore oculi erunt calfaciendi, velut & reliquæ partes omnes, quibus huiusmodi stupefacientia applicita forēt, Galenus 12. metho. Frons illinienda erit ex plantaginis, solani, seu semperuiui succo, oui candido, rosaceo oleo, vel aqua, bolo armena, & pauco aceto. Et vbi cataplasmate erit vtendum, hoc modo erit fiendum: Ex papauerum capitibus in aqua coctis, ac fœnugræci, vel hordei, vel lini seminis farina aquæ immixta, ex Galeno 12. metho. Vbi autem concocta fuerit phlegmon, & corpus vacuum, lauationibus in balneo erit vtendum 13. metho. Et vbi nec in toto corpore amplius adsit humorum copia, nec a capite ad oculos feratur fluxio, & sanguis crassior oculorum venas intendat, ac tumidas reddat, præter balneum temperatum, quod meatus excalfacere, & laxare valeat, vinum meracius erit exhibendum, quod non solum excalfacere, & meatus aperire, sed etiam sanguinem diffundere, ac vacuare potest, & sui motus vehementia obstructiones aperire, 31. 6. lib. Apho. Cuius curationem vniuersam breuissimo quodam oraculo Hippocrates 6. Aphoris. 31. expressit, dum ait: Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicamentũ epotũ soluit. Sequi-

Tonsillarũ inflammatio. tur inflammatio glandularum iuxta linguam, quæ quidem post venę sectionem humeri externam, & etiam purgationem medicamento leniente factam, circa initia gargarismis erit tollenda astringentibus, & repellentibus, veluti rosarum decocto, & palmarum, mixarum, aut lenticularũ, aut furfuris: cauentes in principio a melle in gargarismis, ne per acrimoniã malum irritetur, vt ait Aetius: aduertendo vt repulsoria actu tepida fiant, quod inflammata non tolerent frigus, sicut neque plurimũ calorem, Aetio: deinde gargarissent ægri ptisanæ succum, in quo decoctæ sint vuæ passæ: remittente autẽ inflammatione in gargarismos mel admiscere conueniet, aut sapam tepefactam, vel decoctum radicis dulcis, aut ficuũ, & hyssopi decoctum. Extrinsecus vero leniter fouẽdũ erit spongiis expressis, ac madidis in aqua, in qua flores camomelli, althææ, & maluarũ folia, fœnugræcum, seu sertula campana fuerint decocta: & cataplasma imponendum erit ex farina hordei, seminis lini, aut fœnugræci. Et vbi ex vsu acriorum collutionum, seu gargarismorum exasperabitur inflammatio, lenioribus gargarismis, Aetio, vtendum erit, qualis est succus ptisanæ tepidus, aut lac etiam tepidum. Vbi autem in pus inflammatio vertetur, quod tunc erit, vbi vehemẽtius exacerbabit, coadiuuanda erit suppuratio calidioribus gargarismis, veluti aqua mulsa calida, & caricarũ decocto, ac hyssopi cum radice dulci: ad

Mel gargarismis non conuenit in principio.

Topica.

Suppurationem adiuuantia.

ad extra vero cataplasmate ex hordeacea farina, & fœnugræco, cum decocto caricarum & althææ, ac melle: aut intra vapore aquæ calidę. confecto pure (quod est vbi dolores minuuntur) acrioribus collutionibus erit vtendum, vt rumpatur abscessus: veluti pulegio, thymo, hyssopo in sapa, aut aqua mulsa decoctis, & gargarizatis. Vbi pure substãte noluerit rumpi abscessus, incidendus erit, deinde vtendum erit mulso calido per se, aut etiam lenticulæ, vel rosarum decocto admixto, donec penitus ad cicatricem ducatur. Sequitur inflammatio gurgulionis, quæ quidem post venæ sectionẽ, diuersionem, & purgationem, topicis habentibus vim repellendi fluxionem erit deměda, veluti collutionibus ex palmulis decoctis, vel rosarum decocto, pampinorum, rubi, & malorum austerorum, ac pirorum, & sorborum. & vbi maior fuerit influxus, mirti, & baccarũ decocto, & ex acerbis malis cotoneis, aut mespilorum, aut cornorum. Horum itaq; decocta in aqua erunt gargarizanda Gal. 6. de cõp. med. per loca. Et vbi processerit inflammatio aliquid ex discussoriis erit admiscẽdum. & vbi etiam dolor affuerit, aliquid etiam ex mitigatoriis: ex discussoriis quidem, veluti floribus camomelli, fœnugræci, sertulę campanæ, anethi, althææ, mellis: & vbi mitigatoriis etiã erit vtendum, medicamento gargarizandum erit, ex contusa radice dulci, melle, & dulci aqua, pari mensura simul coctis. procedente tem-

Gurgulionis inflammatio.

pore discussoria erunt augenda, veluti addendo hyssopum, aut glycyrrhizæ radicem. Vbi autem inflammatio ad suppuratioñe verget, concoquẽtibus erit vtendum; veluti decocto cy caricis per se solum, aut sapa, aut aqua mulsa permixto. Supputara inflãmatione, & erupto pure, ad extergentia, & exsiccantia erit transeundum, veluti aqua hordei cum melle rosaceo mixta, aut aqua mulsa. Vbi vero gurgulio laxior euaserit (quanquam etiam citra inflammationem laxetur sæpe) ita vt linguæ radici, ac faucibus propensus incumbat, aridis medicamentis vtendum erit, ex gallę omphacitidis, aluminis scissi, ac salis ammoniaci partibus, æqualibus, quibus contritis, ac simul mixtis expleto cochleari vua cõtangatur, Gal. 6. de comp. med. per loca. Et vbi his medicamentis affectus non cedet, ita vt vigilias, tussim, & etiam strangulatum afferat, ad eius excisionem accedendum erit, iisdem obseruatis quæ Galenus narrat 14. metho. med. Sequitur angina; quæ quidem post venæ sectionem iliaco factam humeralis e directo, & post vniuersi corporis purgationem, tum medicamento vacuante, tum clysteribus erit oppugnanda, quod vt ait Galenus 4. de ratione vict. acut. conferat duabus ex causis corpus totum excrementis vacuare, tum quod ex vacuatione sequitur reuulsio, tum quod corpore vacuato a loco affecto, si volumus repellere, corpus repulsioni facilime consentit; aut si calido aliquo

Gurgulionis laxitas.

Angina curatio.

Vacuatio dupliciter confert angina.

quo partem affectam vaporare velis, nullus timor adsit, vt a corpore ipso ad partē humor transmittatur. Inflammationem vero curabimus in principio quidem leniter astringentibus, veluti rosarum, lentium, mixarum, palmarumque decocto, aut flore rosarum ex hydromellite. His igitur per initia erit gargarizandum, aut fiat gargarismus ex eo medicamento simplici, quod ex moris est, cum rhus decocto, vel eo, quod ex nucibus: quod medicamentum fatetur Galenus ex succo nucum viridium se præparasse, cum ex Alexandria in patriam rediret, propter quendam hortulanum, quod gargarizare iussit, ipsumque præcoxit cum melle, quod succus tenuior esset. Quod medicamentum testatur cętera stomatica superare 6. de comp. med. per loca, veluti illud quod ex moris constat, & id quod ex succo rubi mororum præparatur: & tertium quod ex musto: & quartum quod ex punicorum succo: & quintum quod per astringentia mala componitur. Possunt etiam componi gargarismata ex iam dictis in hunc modum: Ex vnc. ij. medicamenti ex moris, & tantundem medicamenti ex succo nucum, cum aquæ hordei libra vna, aquæ rosarum vnciis quatuor, aceti albi vncia vna misce, & gargariza: vel in hunc modum: Aquæ hordei lib. ij. in qua rhus drach. quatuor decoquantur, aquæ mirtinæ lib. ß medicamenti ex moris rubi, aut ex moris vncias tres medicamenti ex

Medicamentum ex nucibus.

Medicam. stomaticum optimum.

Gargarismata.

nucibus, aut ex malis punicis vnc. quatuor, aceti albi vnc.ij. Poterit etiam parari medicamẽtum in rotulis, quod aſſidue in ore teneatur, ac ſenſim deglutiatur: Ex diacodii drac.ij. pulueris hirundinis præparatæ ſcrup. I. ſeminum coriandrorum pręparatorum drac.j. ſacchari diſſoluti in aqua roſarum quantum ſufficit. Quo etiam tempore ſyrupo roſaceo, violaceo, iuiubino vti poſſumus. Morbo vero increſcente, atq; etiã conſiſtente, medicamẽtis erit vtendum poſſidentibus vim diſcutiendi, veluti caricarum, aut furfurum, ſeu glycyrrhizę in aqua mulſa decocto, aut hyſſopo, thymo, pulegio: vel hunc in modum: Ex hordei m.ß. vuarum paſſarum vnc.j. palmularum, & caricarum, ac mixarũ, ana numero v. glycyrrhizæ drac.iiij. hyſſopi drac.iij. coquantur ſecundum artem in lib.ij. aquæ fontanæ donec medietas abſumatur. cui decocto percolato adde mellis roſacei vnc.ij. medicamenti ex moris vnc.j. aceti albi parũ, miſce, & fiat gargariſmus. Quo tempore etiam medicamentis ad extra trahẽtibus erit vtendum, veluti ſpongiis in calido oleo demiſſis, aut vnctione ex oleo camomellino, liliaceo, anethino: & cataplaſmate ex lino, hordeacea farina, ſemine lini, palmulis ex aqua coctis, croco, & mica panis ſimul incoctis, adiiciẽdo etiam ficus ſiccas. Vbi in abſceſſum angina verget, iuuanda erit natura iis iam ſupra enarratis: & facto pure iis, quæ ruptionem proritant, ruptoque abſceſſu, iis vtendum erit quæ

Rotulæ.

Diſcutiẽtia.

Trahentia ad extra.

Angina in abſceſſum vergens.

B

quæ vim detergendi habent, iam ſupra enarratis. Sed hæc de curatione morborũ, in quibus illud erit aduertendum, morbos genere diuerſos maxime in curatione, & remediis cõuenire; veluti curationem obſtructionis cum intemperie frigida, & inflammationem cum calida, & vnitatem ſolutam cum vaſorũ apertione.

Morborum diuerſorum eadem remedia.

IO. PAVLI PERNVMIA PATAVINI.

De Curatione Symptomatum.

LIBER SEPTIMVS.

MORBIS cognatione tanta ſymptomata cohærent, tamque immutabili continuatione iungũtur, vt ſymptomatũ curatio ex curatione morborum capi debeat: quemadmodum pariter neceſſe fuit morborum curationem ex curatione cauſarum haberi. Etenim cum ſanarum, atque integrarum actionum vitæ ſtabilis & conſtans cauſa ſit & recta & ſana corporis conſtitutio: qua vitiata aut abolita, ſimul actio vitiatur & perit: ſequitur etiam quod ex curatione, & depulſione vitiorum corporis, vitia etiam ipſarum actionum tollã-

Cauſa actionum integrarum eſt ſana corporis conſtitutio.

tur, neque alia sit symptomatum quam ipsorum morborum, & causarum curandi ratio. Quoniam tamen, etsi symptomata fere semper tollantur ex causarum remotione, quandoquidem ita vehementia sunt, vt cæteris penitus neglectis, ob eorum malitiam necesse sit illis attendere: cuiusmodi solet esse dolor, syncope, & nimia excrementorum fluxio, & suppressio, aut si non sunt vehementia, aut ita maligna, vt trahant ad se curam, proprii tamẽ, & peculiaris aliquid postulant pro eorum curatione. Quapropter sequitur vt agamus de curatione huiusmodi symptomatum, tum eorum, quorum natura ita maligna est, vt non sinat causas tolli, tum etiam eorum, quorum vehementia, & maligna natura talis esse solet, vt nisi quamprimum illis occurramus, virtutem statim prosternere possint. Primum autẽ artem curandi vitia actionum percurremus, deinde excrementorum. Atque in curandis actionum vitiis naturæ primum, deinde animæ, postremo curationem vitiatarũ functionum vitalium attingemus. Primum attractiuę virtutis vitium in ipso ventriculo, appetitus imminutus & abolitus, quod cibi fastidium dicitur, esse solet. Quæ quidem actio læsa, seu appetẽtiæ amissio, si ex aliqua intemperie vẽtriculi prodibit aut calida, aut frigida, aut cum materia biliosa, quæ sui redundantia cibi fastidium proritet, aut frigida viscida, vacuatione materiæ, vomitu, aut deiectione: vomitu sane bilis,

Symptomata quandoque curationem ad se trahunt.

Ordo dicendorum.

I. *Curatio vitiorũ actionis attractiuæ.*

Inappetentiæ curatio In cibi fastidio.

Vomitus.

B

bilis, præſertim vbi æger vomitui facilis erit, ex copioſa aqua tepida aut ſola, aut pauco aceto, aut ſyrupo acetoſo aſſociata: deiectione vero (& ante deiectionẽ humoris calidi præparatione aut ſyrupo violato, aut ex infuſione roſarũ) fiẽda vn.iiij. ſyrupi ex plurib. infuſionibus roſarũ rubearũ, cũ decocto tamarindorũ; deinde alteratione intemperiei calidæ ventriculi, & corroboratione: veluti citonio ſaccharo condito, vel eorundem citoniorum ſucco, cum aceto & melle permixto, modo quo docet Gal. 6. de valet. tuend. frigida vero & tenax materia extenuanda, incidenda, & abſtergenda iis, quæ ex oxymellite aut muria componũtur, veluti capparibus ex oxymellite paratis, & oliuis, quæ ex muria, aut oxymellite condiuntur, aut melle roſaceo, aut oxymellite, aut picra ipſa, vbi illa non ſufficient, quæ acrimonia & calore eorum, quæ in ſe habet, craſſos ac lẽtos ſuccos diſſecat ac detergit, 6. de val. tuen. quanquam non aſſidue illa ſit vtendum, ſed ſingulis ſeptem, aut decem diebus, pondere drac. ij. Et poſt frigidorũ euacuationem iis erit vtendum, quæ frigidã ventriculi intemperiẽ alterare poſſunt, de quibus in curatione morborum. Nam cauſis euacuatis, & alteratis intemperiebus, actio ex morbi immutatione & curatione, per viam ſequelæ priſtinæ ſuæ dignitati reſtituitur: quanquam ſymptomatis etiã aliqua habebitur ratio, ſi omni ingenio quæremus cibũ excitare, quod fiet cibis pluribus &

Deiectio.

Frigida & tenax materia in appetitu abolito.

variis, ac optimo apparatu, & præsertim si talia fuerint, vt facile deuorari possint: & hoc, quod multa commanducatio iniucunditatem quãdam afferat, & appetitum auertat: veluti sunt oua sorbilia, volucres macræ & montanæ, & huiusmodi alia. Sequuntur symptomata attractionis deprauatæ, veluti est sitis immoderata, canina appetentia, pica, bulimus. Sitis sane, si morbus fuerit nimia caliditas, aut ob edulia calida, aut ob vinum meracius contracta, frigidæ potu depelletur, 6. morbo. vulg. Sin autẽ caliditas & humiditas sitim causabit, optimũ eius remedium erit acetum 1. simpl. med. seu limonii succus cum aqua frigida. Sin autem causa fuerit caliditas & siccitas, aceto curatur, Gal. ibidẽ: vt quod strenue refrigeret, & quouis expedite permeet: & aqua, quæ supra quã quod refrigerat, omnium est humidissima, quod nihil sit aqua humidius, Galeno, quæ simul erunt miscenda secundum ęgri iucunditatem. Ad extra etiam frigida erunt apponenda. Vbi vero sitis erit cum febre associata, veluti contingit in febricitantibus, cum in principiis, ac exacerbationum augmentis potus prohibeatur, excogitata fuerunt ingenia, quibus sitis mitigetur: quod fiet per irrigationem capitis ex oleo frigidissimo, vel rosaceo, Aetio & Paulo, & cucumeris vel peponis semine in ore retento, & gargarismis, & oris collutionibus, aut vino albo aquoso multa aqua permixto. In declinatione vero exacerbationum, & eorum

Symptomata deprauatæ attractionis.

Sitis a causa calida.

Sitis a causa calida & humida a causa cal. & sicca.

Sitis cum febre.

& eorum remiſſione, potum aquæ frigidæ dare conueniet, ſeu pauco aceto adiecto, vt diximus, ex Galeno, vel vnc. iij. ſyrupi acetoſi ſimplicis, cum frigida permixti: & vt tutius remedium exſiſtat, nõ aquæ frigidæ, ſed aquæ hordei fiat permixtio. Sequitur canina appetẽtia, cuius ſane Gal. ſecũdo lib. 21. aph. vini potum, non cibi multitudinem, remedium eſſe affirmat: & addit multos ſe ſanaſſe, qui indeſinenter fameſcebant, vinum ipſis abundanter exhibens, ex eorum genere, quæ multum calfaciunt, colorem habens flauum vel rubeũ abſque aſtrictione. Qua ratione Aetius quoque multum, ac aceruatim ait eſſe bibendum, calidum ſane, aut ſaltem tepidum. Vbi vero præter intemperiem frigidam aderit quoque humor pituitoſus, & acidus in ipſo ventris ore impactus, ac veluti aqua in ſpongiam imbibitus, eos ex hyera purgabimus, quæ non tantũ calfacere, ſed diſſecare & repurgare, & ex profundo extrahere imbibitum humorem, & inferne per aluũ euacuare poteſt, in hũc modũ: Hyeræ dr. ij. ex vino cũ aqua calida diluto, hoc modo ſane curabitur canina appetentia ab intemperie frigida aut ſine materia aut cũ materia. Vbi autẽ ſymptoma hoc pẽdebit ex immodica corporis diſſolutione, vini vice aqua erit exhibenda, & cutis erit condenſanda oleo aliquo aſtringenti, vt roſaceo, omphacino, mirteo: & illinienda erit huiuſmodi illinitio: Ex ſucci plantaginis & ſemperuiui an. vnc. ß ſan-

Caninam appetentiã curat vini potus.

Appetentia canina ex intemp. frigida cum humore pituitoſo & acido.

Ex immodica diſſolutione corporis.

dalorum rubeorũ,ſanguinis draconis, & boli armeni ana drac.iij. olei mirtini, citoniorum, roſacei,omphacini an.vnc.j. farinæ hordei dr. iiij.albuminis ouorum vnc. ß aceti addendo parum,ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentũ.

Pica cum materia.

Pica vero,ſi fuerit cum materia,ſecundũ conditiones materiæ erit præparanda,poſtea euacuanda picra Galeni. Atque euacuato humore vitioſo, alterandus erit ventriculus ad contrariam qualitatem, veluti mali punici dulcis ſucco mentha ſicca inſperſo, & ſecundum intemperiem eligendo & intra & extra medicamenta in morbis partium corporis iam enarrata.

Bulimi curatio.

Sequitur bulimus,de quo Gal.8.de cõp. med.per loca,ait, eos qui ingenti fame animo linquuntur,ſeu bulimo,reuocandos eſſe odoramentis aceti,aut pulegii,aut malis,aut pyris, aut ſimilibus, quod vt ait Gal. per huiuſmodi odores tales vt plurimum reuocentur, ipſosque ab exſolutione & animi deliquio reuocatos,pane in vino diluto,aut aliquo,quod ipſos aceruatim reficere poſſit, veluti ſunt oua ſorbilia,nutrit.

Bulimus in febribus.

Quinimo vbi in febribus huiuſmodi ſymptoma continget,ſi in principio,aut vigore eueniat, vbi per prædicta odoramenta nihil factum fuerit, audendum erit, non obſtante febris tempore hoc vetante, ipſis auxiliari cibatione vna atque altera,in vino madefacta panis buccella,vt refocillatus æger ad remiſſionis tempus peruenire poſſit: cũ & ipſe Gal.in principio,augmento, ac ſummo vigore ex-

re exacerbationum febrilium, potiſſimum calidis & ſiccis corporibus, & quib. ſtomachus fuerit imbecillus, cibum offerat, præſertim panem vino dilutum, non vni duntaxat aut alteri, ſed pluribus, 10. meth. Sin autem ſymptoma pendebit a materia aliqua in ore ventriculi exſiſtente, prius erit præparãda, deinde purganda. Sequuntur ſymptomata retẽtionis debilis & abolitæ: cuiuſmodi ſunt cæliaca affectio, & lienteria, quæ quidem lienteria vbi ex calida intemperie ortum habet cum materia, vomitu ſane erit curanda, dummodo difficulter non vomat, ſed pronus ſit æger ad vomendum, & quod humores in ventre collecti percipiantur. Nam vbi in inteſtinis continentur, non poſſunt per vomitum euacuari, ex Gal. 4. aph. 22. Amplius vrinam cientibus, quæ deriuationem moliuntur, fluxionemque ſæpe transferunt, veluti eſt apium, fœniculum, aniſum: poſtmodum aſtringentibus potibus, veluti plantaginis ſemine trito, ſicco, & potato: & ſyrupo de ribes, aut qui ex incõpletis & aridis roſis conficitur: vel corticis quercinæ glãdis decocto: vel drac. j. trochiſcorũ de ſpodio, vel e terra lemnia. Vbi vero liẽteria erit ex intemperie calida duntaxat citra acres humores iiſdem alterantibus, & aſtringentibus erit vtẽdum intus & extra, modo omittantur & vrinã ducentia, & vomitus. Sequitur ſingultus, qui ſymptoma eſt quoquo modo retentionis deprauatæ: Qui quidem ſi erit ex inanitione,

Cibatio in vigore exacerbat. febrilium.

Symptomata debilis & abolitæ retentionis.

Lienteriæ ex intemperie calida cum materia curatio.

Lienteria ex intemp. calida citra humores acres.

B

Singultus ex inanitione.

curandus erit per cibaria, quæ defectum expleant, & prospiciendum erit aut ad immodicum sanguinis fluorem, aut alui profluuium, & aliud quodcunque symptomatis erit causa.

Ex intemperie frigida cũ materia.

Sin autem erit ex intemperie aut frigida aut calida, aut cum materia, aut sine materia: si erit ex intemperie frigida cum materia, huiusmodi singultum ex plenitudine ortũ curabit sternutatio, Hippo. & Gal. 6. aph. 13. quod violento opus sit motu, vt veluti conclusæ ipsum efficientes humiditates difflentur, atque euacuentur. Addit Paulus, spiritus retentionem potens esse remedium. Et vomitus, 8. de comp. medic. per loca, qui etiam iuuari poterit ex potu aquæ tepidæ cum oxymellite scyllitico: postea intemperies frigida calfacientibus tum cibis, tum medicamentis erit tollẽda, veluti ruta cum vino. Ad extra inunctione ex oleo, in quo ruta, cuminum, absinthiũ sint decocta, & sacculis ex vtraq; mentha. Sin autem fuerit singultus ob caliditatem, & mordacem humorum acrimoniam, vomitus itidem est sufficiens medela, Gal. Post vomitum obtundenda erit acrimonia stimulans syrupo violaceo, aut de infusione rosarum, aut lacte recens mulcto, Aetio. Et vbi mordacitas his non obtundetur, discutiẽdus erit iis, quæ sensus stupefactionem inducunt: in quem vsum exhibet Galenus drac. j. medicamenti philonii romani, aut persici: quanquam præter hæc ponat Galenus pharmacum quoddam mixtã

Ex intemp. calida cum humoribus mordacibus

quandam

quandam facultatem habens alterandi, discutiendi, attenuandi, & resiccandi, & sensum obtundendi 8. de comp. med. per loca, Asclepiadis auctoritate. quod etiam examinat per expositionẽ cuiuslibet simplicis medicamenti in ipsum ingredientis. Sequuntur symptomata concoctionis, & primum concoctionis imminutæ, cuiusmodi est flatus, seu ventriculi inflatio, & tarda concoctio etiam, quæ bradypepsia dicitur. De flatu sane Galenus 14. meth. ait indicationem curationis omniũ inflationum communem esse, vt quod præter naturam est euacuetur: propriam vero esse, vt tenuissimis & potestate calidis medicamentis illud fiat. Quare somnus solito longior conciliandus, vtpote qui mirifice concoctionem iuuet, 12. metho. vomitus præcipiendus, & post vomitum, oleo foue, quod tenuium sit partiũ, quodq; rutam habeat incoctam, aut aliquod calidorum seminum, cuiusmodi sunt cumini, apij, & petroselini, Gal. 14. meth. Si perseueret, irrigationibus erit vtendum: si magis adhuc, fomentis calidis & siccis. amplius cucurbitula cum multa flamma admota vmbilicum vndique complectente, toto symptomate liberat, Gal. 14. meth. ita vt videatur, inquit Galenus, præsidiũ hoc in huiusmodi affectibus flatuosis incantamenti cuiusdam simile quid efficere, siue in intestinis, seu in quauis corporis parte dolor fuerit. Ilico enim cucurbitula admota a dolore liberat. Amplius glande, clyste-

Concoctionis immi-nutæ symptomata.

Flatus.

ri, potione. Vbi autem flatus erit ex pituitosis humoribus in halitum dissolutis, euacuandi prius erunt, antequam prædicta applicentur. Euacuabitur autem aut vomitu, aut clysteri, sed acri: quoniam ex acrium iniectione leuari solent, Galeno. postea cucurbitula applicanda, & fomenta, & cataplasmata, 12. metho. Eadem fere faciet ad tardam coctionem. Sequitur cócoctionis abolitę symptoma, quod cruditas appellatur: quę quidem si ex ciborũ multitudine, aut eorum vitiosa qualitate pédebit, vomitu materia erit eiicienda, modo æger facile vomat (quod cogere eum, qui vomere nõ possit, absurdum sit, Gal. 1. loc. aff.) potu aquæ tepidæ cum pauco aceto. At, aut quia vomere non possit, aut quia materia ad vétris inferiora descenderit, vt citius descendat, eam adiuuat Gal. glande, aut leui clysteri, 8. meth. Vbi autem quod diminute est cõcoctum, seu crudum in superiori ventriculi parte consistet, modico diatrionpipereon est adiuuandum, modo quo docet Gal. 4. de tuen. val. Ab extra laudat Gal. 5. simpl. med. & 7. meth. corpus humanum, aut paruos catellos. Obseruandũ tamẽ erit ne puellus humecta sit cute, quod qui sudore profunditur refrigeret potius, quam quod calfaciat, ait Gal. Aliis etiam medicamẽtis moderate calidis concoctio iuuabitur extra adhibitis, quorum sylua ponitur a Gal. 8. meth. Notandum tamen est, quibus ob calidã intemperiem, vel ob bilem vétriculi cruditas accidet,

Bradypepsia

Cruditas ex ciborum multitudine aut qualitate vitiosa.

Cibi corruptio.

accidet, quæ potius concoctio deprauata, seu cibi corruptio appellari potest, cõcoctu difficilia esse exhibenda: & hoc quod non ita facile alterentur, ac corrumpantur, ex Galeni decreto 1. de fac. alim. Sequũtur symptomata expulsionis: & primum expulsionis abolitæ; veluti est passio illa quæ ileos appellatur: quanquam hinc etiam desumi poterunt remedia expulsionis diminutæ, quæ tarda alui deiectio dicitur. Igitur sciendum quod medicamenta, quæ per os præbentur, magis cõpetunt in hac passione, quę ileos appellatur, quã in coli dolore, sumta a positu, indicatione, a quacunq; causa ortum trahat ileos. Igitur si pendebit ex siccorum stercorum multitudine, tolletur iuribus pinguibus, clysteri leniẽte, quod obstructioni, quæ fit a stercore duro, remedio sit duritiei humidus, & pinguis clyster, Gal. lib. art. medi. & cum acribus euacuatio. quorum vtrunque, emollitionem scilicet, & euacuationẽ ius galli habet, a Mesue descriptũ. Ad extra irrigationibus, fomentis, cataplasmatis habẽtibus vim emolliendi, descensu in oleum calidum, aut in aqua, & oleo refertum vtendum, in qua aqua malua, & althæa prius fuerint incocta. acetum etiam in aqua & oleo decoctum, ac bibitum, deinde frustra panis ex aqua feruenti præbeãtur, ex Oribasio: & camomelli decoctũ, quod vt siquid aliud, visceribus gratum est, condensata corpora rarefaciens, indurata emolliens, ac tensa relaxans, doloresque sedans, ac

Symptomata expulsionis abolita.

Ileos.

Tarda alui deiectio.

Ileos ex stercorum siccorum multitudine.

Decoctum camomelli.

mitigans,3.de simp.med.& lini semen, quamuis minus camomello sit visceribus gratum, vt ait Galenus. Iisdem decoctis relaxantibus fouendus erit podex cum spongiis, vt musculus relaxetur, & ne ab ipso incipiat cōstrictionis motus. Eodem modo si a venenoso pharmaco voluulus contingat, vomitum prouocabimus aqua tepida, oleo,& iuribus pinguibus. Sequuntur vitia expulsionis deprauatæ, veluti est singultus,nausea, & vomitio. sed de singultu iam actum fuit in retentione deprauata, cuius symptoma quoquo modo videtur esse. Nauseæ igitur, ac vomitionis causa erit, aut humiditas sola absque materia, aut cum vitiatis humoribus, sui humiditate totum vētrē exsolutum, ac laxum reddens,& tunc vtilissimus ei erit astringentium eduliorum, potuum,ac pharmacorum vsus, octauo de cōp. med.per loca,quemadmodum,vbi fuerint redundantes circa stomachum & ventrem humores, in maximum proueniunt detrimentum ægri ex vsu astringētium. Vbi igitur pendebūt a tenuibus, ac serosis humoribus (nam bilis in ventriculo oriri non potest, nisi ad ipsum transmittatur) confestim vomitu erunt eiiciendi. quod fiet mulsa secundum Galenū, sed aquæ mulsæ sumēdum plus erit, quam vel nutrimenti,vel etiam deiectionis causa sumeretur,7.meth.aut mulsa, in qua incoctum sit absinthium, ibidem Gale.quæ tenues succos deorsum pellere potest. aut si vitiosi succi in ven-

Voluulus a venenoso pharmaco.

Expulsionis deprauatæ symptomata.

Nausea & vomitio.

ventriculi tunicis imbibiti deorſum pelli non poterunt, pharmacis pellendi erunt vim purgandi eos obtinẽtibus, modo eorum vis ventriculi, & inteſtinorum loca non aſcendat. In quem vſum præſtantiſſima ſunt medicamenta, quæ ex aloe componuntur, aut aloe ipſa, ſi compoſita ad manum non ſint 7. meth. quod nihil vtilius ſit ad humiditatem vitiatam perrigantem tunicas ventriculi picra ex aloe, 8. de comp. med. per loca. Quare drachma vna aloes elotæ exhibebitur, quod lota, licet minus purget, magis tamen roboret. odoratis etiam naribus admotis ſiſtetur, quod odoratorum oppoſita graueolentia nauſeam excitent. Vbi autem affectio diutius permanebit, & cibi nõ retinebuntur, cucurbitula ad os ventris erit affigenda cum plurima flamma, donec locus rubefiat, atque ipſa adhuc affixa præbeatur cibus, ex Aetio. Sequuntur ſymptomata nutritionis; & primum nutritionis diminutæ, veluti eſt hepatica affectio, & hydrops. Ad hepaticam affectionem Galenus 8. de comp. med. per loca, nihil adeo inquit epaticis opitulari, vt vuam paſſam, ob hoc, quod cum familiaris nobis ſit, in tantum aſtringens eſt, quantum opus habet viſcus affectum, habet autẽ & vim concoctoriam crudorum humorum, & vim cohercendi maligna; eſtque ipſa haud facile putredini obnoxia, & præter hæc ſecundum totam ſubſtantiam viſceri ipſi eſt familiaris & propria. Amplius, ſi hepatica affectio fiat ex

Purgantia ventriculi & inteſtinorum loca non aſcendentia.

Nutritionis diminutæ ſymptomata.

In hepatica affectione vua paſſa eſt præſtantiſſimum remedium.

Hepatica affectio ex intemp. calida.

calida intemperie, Asclepiades medicamentum hoc Antonii musæ exhibebat, 8. de cõp. med. per loca. Succi cichorii cyathum vnum cũ aquæ calidæ cyathis tribus, mellis attici cochleario addito; est namque cichorii, & seridis etiam facultas subfrigida, & subamara, & moderate astringens, & propter has qualitates optima pharmaca in temperiebus hepatis calidis, commissuras venarum osculorum in sima visceris parte ad eas quæ in gibba sunt, extergunt, & robur visceri addunt per astrictoriam facultatem. Vtilis autem est non solum succus ipsorum tum recẽs, tum exsiccatus, sed & ipsa olera exsiccata, tusaq; ac trita potui inspersa, & eorum decoctum in potu acceptum, similiter & radices ipsorum. Audet præterea Galenus Philonis antidotũ, semel tamen exhibere, aitque omnem aliquãdo se calidam intemperiẽ mirabiliter sanasse, 8. de comp. med. per loca. Notanter autem dixi semel, quod vt ait Galen. nullum hepaticum pharmacum vehementer refrigerare debet. morsulis etiam, epithematibus, vnguentis, cataplasmatibus alterari poterit. At vbi ex frigida intemperie symptoma pendebit, potũ vini, præsertim tenuis, & odoriferi extollit Gal. de cõp. med. per loca, quod conuenientissimũ sit, quia nutrit, concoquit, roborat, & putrefactioni resistit, & antidotũ Ciphoiden ex Andromachi auctoritate magnopere extollit: cuius descriptionem ponit, & omnia quæ eius compositionem ingrediuntur

In hepatica affectione Galenus vsus est Philonis antidoto.

Hepatica affectio ex intemp. frigida.

untur accurate examinat. Poterit conducere etiam compoſitum Galeni medicamentũ ex malorum cotoneorum ſucco, 6. de tuen.val. Notandum autem illud eſt, vbi intemperies frigida humori pituitoſo in viſcere exſiſtenti erit aſſociata, materiam eſſe euacuandam medicamento, quod non ſolum habeat facultatẽ educendi pituitam, ſed etiam viſcus ipſum roborandi, cuiuſmodi eſt agaricus, Paulo, & Aui. quidquid alii dicant. Ad extra illinitionibus erit vtendũ, vnguentis, ceratis, epithematibus calidis in ſuperiori libro enarratis. Vnũ aliud præter hæc ponit Galenus, quod indifferẽter cuilibet hepatis imbecillitati a quacunq; cauſa ortæ auxiliatur 8. de comp. medic. per loca. Lupini iecoris triti dra. j. cum vino aliquo dulci, non febriẽtibus: febrientibus vero ex aqua calida, aut cichorii ſucco, Galeno. Verum eſt, quod 11. ſimpl. med. fac. ait: Iecur lupinum ſæpenumero in medicamen indidi hepaticum, quod ex eupatorio conficitur, nec tamẽ quod mentione dignum ſit præſtare comperi, comparans ad illud, quod ſine ipſo componitur, forte, quoniam per ſe ſolum exhiberi debet, veluti 8. & 6. de comp. med. per loca. Hydrops vero, & primum anaſarca, ſeu aqua intercutẽ, indiget vrinã cientibus, ad extra fluuiatilibus, & marinis arenis, quod exſiccent tumentem ab aqua intercutem carnem, ægroto in eis calfactis decumbente, 9. ſimp. medic. aut aqua marina, aut aluminoſa, aut ſulphurea

Iecur lupinũ cuilibet hepatis imbecillitati auxiliatur.

In anaſarca balnea.

Cochlea. lauandus æger,& 10. simpl. Cochleæ inquit, quæ vstionem expertæ nõ sunt, tritæ vna cum testis imponantur,& toti ventri aqua intercutem laborantium, & in arthriticis articulorũ tumoribus ægre quidem diuelluntur; cæterũ impense desiccant, & sane inhærere sinere oportet quoad sponte decidant. Cataplasmatibus etiam erit vtendum, & vbi iis nõ cesserit, chirurgia erit vtendum. Ascites & ipsa iisdemmet, in qua tamen cauendum erit ab vniuersa aquæ euacuatione, tanquam periculosa, Gal. & Hipp. 6. aph. 27. Tympanites vero saccellis flatus dissoluentibus, cucurbitulis toti ventri applicitis,& cataplasmatibus. Illud autem erit aduertendum, quod si cum aqua intercutem febris erit complicata, admodum calidis auxiliis vtendum non erit, sed eius quod magis vrgebit cura erit habenda, altero non neglecto, vel omnibus pari studio auxiliandum, ex Gal. 1. aph. 16. Sequitur nutritionis abolitæ symptoma, quod atrophia, & tabes appellatur, Gal. li. de marasmo, lib. de cibis boni, & mali succi, & 5. & 7. metho. quod sumsit ab Hippocrate 5. aph. 64. lacte nihil præstantius esse affirmant, eo quod optimi sit succi, multique alimenti, 3. fac. alim. promteque concoquitur, ac distribuitur. Amplius quod vlceri etiã in pulmone maxime auxilietur, cũ detergat, vlcera repurget serosa eius substantia & caseosa cõsolidet. Genus autem lactis muliebre cæteris anteponendum. Modus autem illud assumendi optimus

In Arthriticis tumoribus cochlea.

Ascites.

Tympanites

Aqua intercutem cum febri.

Nutritionis abolita symptoma.

In tabe nihil lacte præstantius.

mus eſt ex vberibus more infantium , aut vbi hoc non placebit ægro, calens ex mamillis extractum eſt bibendum, 7. meth. proximum a muliebri eſt aſininum, ab iis bubulum, ac caprillum. Quantitas vnc. iij. aut iiij. & poſt eius aſſumtionem alium cibum non ſumant, nec bibant, ne corrumpatur. Cauẽdus tamen erit lactis vſus, vbi valida febre tabidi laborabunt, cum iis duntaxat exhiberi debeat, qui nõ valde febricitant, 5. aph. 54. Hipp. Quando autem non ſolum curãdum eſt, vt a pulmone ſurſum efferantur humores; ſed etiam eſt adhibenda cura ne alii congregentur, excogitata proinde a medicis ſunt, vbi expurgandum ex pectore, aut pulmone pus erit, fortiſſima, vt ait Gal. 5. metho. quæque maxime diſſecent pharmaca. In quẽ vſum conducit aqua mulſa per ſe, quod mel, non ſolum quia detergendi vim habeat, vlceri non noceat, verum digeſtionis aliorum medicamentorum in corpus ſit inſtrumentũ, ac celeris tranſitus vehiculum. quam ob rem omnibus medicamentis, quæ thoracis, ac pulmonis vlceribus ſunt deſtinata, ipſum admiſceri præcipit Gal. 4. meth. Aqua igitur mulſa conferet vel per ſe, vel cum amilo, & iride, & dulci radice in ea decoctis , vel hyſſopo, ſeu marrubio, & elegmatibus, & morſulis. Pro vlceris autem exſiccatione tabidis per interualla mithridato, theriaca pro forti pulmonis exſiccatione vſus eſt Gal. 4. loc. aff. quibus tabidi hoc acquirunt , quod vlcus non vltra pro-

Lac quando cauendum.

Mel.

Aqua mulſa in tabe.

Vlceris pulmonum exſiccatio.

Tussis in tabe. greditur, sed siccatum, ac ceu callo obductum longiori vita eos frui sinit. Vbi tussis molesta affliget, thymus tritus, & hyssopus cum succo radicis dulcis, ac melle cocto excepta, formataque sub lingua tenenda dentur: illud aduertentes, quod omne medicamentum ægro supino est exhibendum, & ore continendum, paulatimque permittendum in asperam arteriam defluere, ex Gal. 4. & 5. metho. Ad extra cataplasmatibus, & ceratis vtendum. Cauteriũ autem in capite non erit faciendum, nisi malũ affluxu acrium humorum procedat. Sequitur symptoma nutritionis deprauatæ, quæ cachexia dicitur, in qua curanda, perpetuo ex quacunq; causa ortum duxerit, hepati succurrendum erit, & erit roborandum, cum sit sanguinis officina, cauentes semper ne cruditas sequatur, quæ in venas & habitũ corporis vtilioris vice aliméti rapta, partibus corporis apponatur. Qua ratione cibis erit vtendum simplicibus, & qui facile coqui possint, ac optimum sanguinem gignere, vitando crassa, & viscosa, & quæ difficile coquuntur. Sequuntur symptomata generationis: & primum ignauia partium genitalium, seu impotentia rei venereæ, quæ sane cibis calfacientibus, & optimũ succũ gignentibus erit restituenda; veluti carnibus gallinarum, caponum, perdicũ, phasianorum, auicularum montanarum, iuuenum columborum, testiculis gallorum, & præter succi bonitatem, cibaria flatui debent esse associata,

In tabe quãdo sit instituendum cauterium.

Nutritionis deprauatæ symptoma. Cachexia.

Generationis symptomata. Venereæ rei impotentia.

ſociata, veluti cicere, faba, nucib. pineis, amygdalis dulcibus, & vt ait Gal.5.ſimp.iis ſit vtendũ, quæcunq; ſemẽ aut ꝓcreare aut prouocare poſſunt, quæ ſane bene nutrire debẽt, & eſſe flatuoſa; veluti lini ſemẽ, & eruca, Gal.5.ſim. & teſtes vulpis ſicci triti, cochleari mẽſura potati, membri enim tentiginẽ faciunt: & huiuſmodi morſulis erit vtendum: Ex ſeminis erucæ, vrticę, aniſi, ac fœniculi, & paſtinacæ an.dr. ß.nucis pineæ, amygdalarũ dulcium an. drac. ij.piperis, cinnamomi an.vnc.ß.ramenti genitalis ceruini, ac ſatyrii an. vnc.j. diambræ, ſeu diamuſchi, vel diaſatirii drach.j.ß. ſacchari diſſoluti in aqua meliſſophili, & roſarum quantum ſatis ſit, fiant morſuli ponderis vnc. j. & cum odorato vino fuluo, ſeu ſubrubro præbeantur ante cœnam, vel etiã mane ante prãdium. Sequitur ſterilitas, quæ ſane cum pluribus ex cauſis fieri poſſit, quandoq; ex nimia apertione, quandoque ex nimia oris vteri anguſtia, aliquãdo ex intemperie humida, ſicca, calida, frigida: ex cauſarũ remotione ſymptoma etiam remoueri ſolet. Si in compoſitione error ſit, veluti ex nimia oris anguſtia, tolletur fomentis, inſeſſionibus, perfuſionibus, ac peſſis odoratis, & mollientibus, veluti ex decocto maluarum, ſeminis lini, altheæ, fœnugræci in oleo & hoc decocto vtendũ erit non ſolũ pro inſeſſionibus, ſed etiã pro iniectionibus; peſſis etiam hoc modo factis: Ex radicum, & foliorũ maluarum & althææ contuſarum an. drac. iij.

Teſtes vulpis.

Morſuli.

Sterilitas.

In ſterilitate ab uteri oris anguſtia.

Peſſi.

farinæ ſeminis lini, & fœnugræci ana vnc. j. adipis anſeris drac. iiij. croci parum, & moſchi parum, miſceantur, & in ſerico linteo vbi fuerint inuoluta peſſi fiant, qui in oleo irino, aut liliaceo intincti ſubdantur: procedente tempore addendo artemiſiam, amaracum, pulegium. Sin autem cauſa fuerit nimia oris vteri apertio, & hiatus, fomentis, & aliis medicamentis ſiccioribus erit vtendum, quæ habeãt vim aſtringendi, veluti eſt gallarum decoctũ, citini, lẽtiſcus, rubi radix, mirtus, & huiuſmodi. Vbi intemperies cauſa fuerit, eaque ſicca, balneis tolletur, inunctionibus, cataplaſmatis, ac inſeſſionibus humectandi vim habentibus. Vbi intemperies humida fuerit, reſiccãtibus, ac aſtringentibus erit tollenda poſt vniuerſi corporis euacuationem, quod ante eius purgationẽ cohibita materia ad principales partes decurrere ſoleat, huiuſmodi decocto: Ex lẽtiſco, mirto, roſis, rubi teneris virgultis, rhu coriario, mali punici floribus, & gallis, & pilulis cupreſſi, ex quibus inſeſſus, irrigationes, fotus, cataplaſmata, iniectiones, & peſſi erunt formãdi: Et potionibus huiuſmodi: mirti baccas, aut malicorium punici dulcis cum vino terito, & exhibeto, aut auellanas nuces vſtas cum vino tritas propinato. Vbi cauſa fuerit intemperies calida, potui exhibenda erunt ea, quæ habent vim infrigidandi, ſeu ſyrupi, ſeu decocta fuerint, & aquarum dulcium balnea, & applicatio medicamentorum infrigidantiũ lumbis,

In ſterilitate ab vteri oris nimia apertione.

Ab intemperie ſicca.

Ab intemp. humida.

Ab in temp. calida.

lumbis, pubi, & imo ventri, veluti ſolani, aut vmbilici veneris ſuccus, ſemperuiui, aut lactucæ roſaceo admixto, aut foliorum atriplicis, portulacæ, ſeu lactucæ excipe pugillos duos, olei roſacei, violacei, & citrinorum an. vn. j. farinæ hordei pug. j. cum ſucco ſolani aut vmbilici veneris, & pauca aqua roſacea fiat cataplaſma, & prædictis locis applicetur. amplius in pudendum ſubdendo ſolani, aut vmbilici veneris ſuccum roſaceo admixtum, qui inuolutus linteo lineo ad digiti formã excipiatur. Vbi vero cauſa fuerit intemperies frigida, potui poſt purgationem erunt exhibenda hæc, caſtoreum, cuminum, aniſum, pulegium, piper, & huiuſmodi, abſorbenda cum vino odorato albo, aut aqua mulſa: & potus mercurialis cum caſtoreo, aut abſinthio trib. aut quatuor diebus, conſueto menſium tempore. Vtero vero ſuffitus erit fiendus, & per arundinem ollæ operculo perforato inſertam erit excipiendus, muliere pannis circuntecta, ex calidis odoratis fiẽdus, caſſia, cinnamomo, coſto, amomo, thure, myrrha, ſtirace. Vapor etiam fieri poterit ex aqua calida, in qua prius fuerint decocta artemiſia, ſaluia, ruta, cuminũ, pulegiũ, idemque decoctum per pudendum iniici poterit, peſſi etiam erunt ſubdendi ex myrrha, ruta, galbano, caſtoreo, chia maſtice, ex cipero parati. Hactenus de ſymptomatibus animæ vegetatiuæ. ſequũtur ſymptomata animæ ſenſitiuæ. Et primum viſionis debilis, cuiuſmodi

Ab intemp. frigida.

Senſitiuæ animæ ſymptomata.

Nyctalopia curatio. est nyctalope. Pro cuius curatione laudat Gal. 4. de comp. med. per loca, iecoris hircini saniē colligere, quæ dum assatur effluit, hacq; oculos oblinire, iecurque ipsum, maxime hircinū assatum cum sale: sin minus caprillum comedendum exhibere. Solent etiam oculi illiniri melle despumato: quo iniecto, vt cōtineatur, oculi sunt claudendi. *Offuscatio.* Ad hebetudinem vero, & obscuritatem, seu offuscationem, illinantur oculi eodem modo melle, sed ante illinitionem per spongiam in aqua calida marina tinctam, fomentum adhibendum erit, aliquādo etiam tota facies in marinam tepidam immittenda. *Suffusio incipiens.* incipientem autem offuscationem, aut suffusionem 4. de comp. med. per loca, in fine, persanat omni felle cum marrubii succo, ac melle attico. *Auditio grauis. Surditas.* Ad auditionem autem grauē, & surditatem, capite præsertim graui ac repleto prius exsiccato ac corroborato, 3. de comp. med. per loca, in ipsam aurem immittit pharmaca, quæ crassos ac viscidos humores findant, secēt, attenuentque. Ex quorum numero est absinthium cum aqua decoctum, ac per arundinem pro fomento adhibitum: ita vt altera arundinis pars cauitati auris adaptetur, altera vero foramini operculi ollæ inseratur, quo vapor, qui exhalat, in auditorium meatum illabatur, Apollonii auctoritate. Fomentis quoque vtendū, quæ per spongias fiunt, ex aliquo decocto, & castoreum cū baccis lauri, & aceto permixtū instillandū. Sustinet enim vt ait

ait Gal. 6. meth. med. in fine, auditorius meatus validissima medicamenta, quamuis nõ solum vsq; ad cerebri duram membranã pertingat, sed etiam neruum contingat, qui in ipsum a cerebro descendit. Sonitus autem aurium, si in febribus fiant, non sunt interturbãdi, quod vt plurimum statim sedentur, ex Galeno. Si igitur causa erit spiritus flatuosus, crassus, lentusque humor, desiccantibus, attenuatoriis, & discussoriis pharmacis erit vtendum, veluti oleo amygdalarum amararum, ex Archigente 3. de comp. med. per loca, castoreum facit, & spica nardi, æquis portionibus cum aceto & rosaceo, si instilletur. & ex Apollonio, porri succus cum lacte muliebri, aut rosaceo infundendus. Quod si fiat sonitus ob sensus subtilitatem audiendi, prædictis pharmacis ex stupefacientibus quidpiam admiscet Gal. veluti mandragoræ, aut papaueris succum, aut rosaceum cum pauco aceto, ac paucissimo opio. Læsionem vero olfactus, & narium vitia Gal. lib. de instrumento odoratus curauit, cuidam adolescenti, qui a diuturna tum grauedine, tum distillatione, odorandi sensum læsum habebat, aquam in ore continendam exhibẽdo: qui vbi per triduũ hoc auxilio vsus fuisset, magnopere ab eo adiutus fuit. Sequitur stupor, & paralysis imperfecta. Qui stupor cũ sit tactio diminuta, & veluti paralysis quædã imperfecta, differatq; solum secundum magis & minus, 1. de causis symptomatũ, qua ppter ea-

Auditorius meatus fert medicamẽta validissima.

Aurium sonitus in febribus.

Sonitus aurium a spiritu crasso & flatuoso.

A subtilitate sensus audiendi.

Olfactus læsus.

Stupor seu paralysis imperfecta.

dem etiam remedia, quæ paralysi, stupori etiã auxiliabuntur, differentia solum secundum magis & minus. Et quoniam paralysis imperfecta, quæ tactum solum deperdit, eandem curationem requirit, quam paralysis perfecta, quapropter adhunc locum confugiendũ erit, & erit vtendũ remediis paralysis perfectæ. Sequitur dolor, & primum dolor capitis. Qui sane si pendebit ex siccitate, tolletur irrigationibus iuxta coronalem commissuram ex oleo amygdalino dulci, aut violaceo, & camomellino simul commixtis, & errhinis ex gallinarũ iusculis, & saccharo albo, & potu aquoso. Vbi vero ortum trahet ab intemperie calida, somni habenda erit maxima ratio, Apollonii auctoritate, 2. de comp. med. per loca aquæ potatione, aut vbi aquam bibere nõ poterit, aquoso vino, Galeno: rosaceo etiã caput erit ungẽdũ iuxta sinciput propter laxitatẽ coarticulationis, iuxta coronalẽ commissurã. Etenim ob ossiũ tenuitatẽ, & raritatẽ facile qualitas medicamentorum penetrare potest. proximum a rosaceo est camomellinum, eligendo mensuram rosacei & camomellini, pro ardoris magnitudine, & habitu corporis. vtendum erit localibus in intemperie calida cerebri, superius enarratis. Vbi enim intemperies pendebit ab intemperie calida cum materia biliosa flaua, iisdem localibus erit vtendum, sed adhuc frigidioribus & humidioribus. Vbi vero dolor capitis ortum trahet ab intemperie frigida cũ materia

Capitis dolor ex siccitate,

Ab intemp. calida.

Ab intemp. calida cum materia biliosa flaua.

materia pituitosa, prius purgata materia & euacuato capite, apophlegmatismis vtendum erit calidis, errhinis, sternutatoriis, odoratis orbiculis in morbis capitis dictis. Intemperies postea frigida, potissimum si erit orta ex frigiditate ambientis, si recens erit, Galeno 2. de comp. med. per loca, auctore facile depelletur vt interdum sufficiat rutaceum oleum calidũ sincipiti affusum, & frons erit illinienda, & aurium ac narium meatus: imo quidam pedum vestigia, ac sedem illinunt, vt ibidem testatur Galenus. Et sacculis erit vtendum, vnguentis, & embrochis pro depellenda intemperie frigida capitis iam enarratis. Vbi vero dolor non ex bile, aut pituita, sed ex sanguine, seu plethora ortum trahet, curata prius plethora, localibus postmodum erit vtendum, iis primum, quæ a capite vim habent repellendi, dein iis, quæ dissoluunt & euacuant, postremo corroborantibus. Repellit autem, Galenus ibi oleo omphacino, dein addit aliquid ex discussoriis, vt camomellinum & anethinum, aut in oleo serpillum, aut hyssopum fac decoquas. Et vbi opus erit, irrigationibus erit vtendum, quæ vim habeant discutiendi. Si dolor erit ex flatu, & simul cum flatu calor in capite prædominetur, rosaceum erit adhibendum, quod videlicet repulsorium, concoctorium, mitigatoriũ, ad hæc discussorium etiam sit, Gal. 2. de comp. med. per loca. Vbi autem flatus erit cum frigore, loco rosacei vtendum erit camomellino

Ab intem. frigida cum materia pituitosa.

Capitis dolor ex intemp. frigida ab ambiente causata.

In capitis dolore a plethora.

A flatu cum calore.

A flatu cum frigore.

cum aceto, quod attenuatoriam, & discussoriam habet facultaté. Et vbi augescet affectio, Archigenis auctoritate, facienda erit irrigatio ex ruta viridi cum aceto & oleo trita, & sacculis, & odoramentis ad intemperiem frigidam capitis facientibus: & pro flatu discutiendo, diacumini, aut dianisi drach. j. mane erit assumenda.

Cephalæa.

Cephalæa iisdem repellentibus discutientibus repelletur, ex verbenaca oleo incocta, si enim cum ea caput irrigetur, omné capitis doloré antiquum ex frigiditate, aut crassis humoribus ortum medetur, Gal. 2. de cốp. med. per loca.

Hemicrania.

Hemicraneæ vero Gal. in fine 2. de comp. medic. per loca, ob frigidas causas, dimidiam frontis partem vna cum temporis musculo, ex euphorbio, oleo, & cera parato vnguento illinit, commodissimú enim asserit esse medicamentum. Euphorbii sumens vnc. j. olei lib. j. ceræ quadrantem. quod si validius videbitur medicamentum, poterit euphorbii vnc. ß. assumi, præsertim si euphorbium validum sit, corpusque molle, ac exactiori sensu. Iuuat etiam si in aurem instilletur hoc modo, euphorbii scrupu. j. olei dulcis vnc. ij. quibus commixtis, gutta vna, vel duæ in aurem instillentur. Cauendum autem ab hoc pharmaco in iis, quibus a calidis vaporibus, aut humoribus hæmicrania gignetur.

Ars sedandi dolores.

Quoniam vero dolor est vnum ex iis symptomatibus, quæ trahere solent ad se curationem vniuersam, quapropter sequitur vt diligenter agamus de arte

sedandi

ſedandi dolorem. Igitur ſciẽdum ſedationem doloris eſſe alterationem factam vel a calido moderato, vel excedente frigido, vt vis tactiua a nocuo liberetur. Ideo autẽ dicitur: ſedationem doloris eſſe alterationem, ad differentiã auerſionis, & euacuationis. Et quod additur: fieri vel a calido moderato, vel ab excedente frigido, notat cauſam efficientem ſedandi dolorem duplicem eſſe: altera eſt, qua mediante humores in loco impacti partes diſtrahentes, & ſolutionem continui molientes, per halitum diſcutiuntur aperiendo meatus. Apertio autem, ſeu rarefactio a calore moderato fieri debet, vt tenſio tollatur. Tenſio autem tollitur cauſam auferendo. Cauſa aufertur euacuando materiam, & diſcutiendo. diſcuſſio autẽ fit efficiendo cutim raram. Rarum autem aliquid fit a calido, non tamen aſſante, quod tenuis ſubſtantiæ ſit: & hoc, quod calor aſſans cõſtipationem potius quam raritatẽ efficiat. tenuis etiam ſubſtãtiæ eſſe debet huiuſmodi cauſa effectiua, vt facile penetret, & craſſitudine non conſtipet: veluti ſunt lilium, camomellũ, ſemen lini, fœnugræcum, ſampſucum, pulegium, calamenthum, origanum. Notandum autem quod vbi timebimus attractionẽ, calidis vtemur in primo gradu tantum, in ſecundo vero & in tertio, vbi ſine timore attractionis validam diſcuſſionem optamus. Vbi autẽ huiuſmodi efficiente dolor ſedari non poteſt, tunc tranſimus ad alterũ genus efficientis, vtẽ-

Quid ſedatio doloris.

Dolores ſedandi duplex cauſa effic.

1. Apertione tollitur tenſio.

2.

tes frigiditate intenſa, qua mediante ſenſum ſtupefacimus, vt membrum propriam iniuriã non percipiat, quod fieri ſolet exceſſiue frigidis. Atque hoc eſt illud, cur practici in dolore capitis, qui criticus non ſit (quod dolor capitis criticus 3. progn. & criſium, preſertim criſi per vomitum, aut hemorrhagiam impendente, remediis non egeat, niſi iis forte, quæ vomitũ, aut ſanguinis fluorem e naribus celerent, & promoueant) quique dolor non ſit ex capitis cõſenſu cum toto corpore in febribus, quod febris exſiſtens ſymptoma his perſanatis ceſſet, nec remedia poſtulet. vbi tamen dolor ob vehementiã remedia poſtulat, vti ſolent frontalibus ex oxyrhodino, populeo vnguento, & frigida quędam ore contineri iubent, non autem ſincipiti repellentia applicant, vt in cautionibus repellentium diximus. Et vbi dolorẽ capitis, bilioſum eſſe cognoſcunt, atque doloris vehementia vinci non poteſt, ad narcotica accedere ſolent, id eſt, ſtupefacientia ſenſum tactus, & ob id modo quodam dolorem ſedãtia. Notanter autem dictum fuit, in dolore capitis a bile, quod in affectibus calidis tutiora narcotica ſint: Galeno tamen ſemper formidata, vt aph. 31. lib. 6. & 12. meth. vnde in capitis dolore ab intemperie calida pendente, etſi refrigerandum ſit, a papaueris tamen & mandragoræ ſucco abſtinendum eſſe iubet, quod non citra damnum refrigerent. Quare caute ſaltim erunt applicanda, nec ita valentia, nec diu

Capitis dolor criticus.

Capitis dolor bilioſus.

Narcotica in affectib. calidis ſunt tutiora.

diu hærere sunt permittenda, præsertim parti capiti principi, & natura frigidæ, quia multos ita sopiuerunt, etiam partibus aliis indita, vt postea nunquam sint experrecti. Qua ratione narcoticorum optimam compositionem facere volentes, vt ait Gal. 9. de comp. med. per loca, ad tria præcipue respexerunt: primum vt sensus tactus obtundatur: secundo vt nihil noxæ ex illa stupefactione in particula relinquatur: postremo, quod est maximum, vt dispositioni auxilietur. Quæ tria Philo in sua antidoto seruauit. Nam hyosciamus, & omnium valentissime opium facultatis sensoriæ stuporē, & somnum torpidum frigiditate summa molitur. Vt autem horum vehementia obtundatur, nec adeo noceant, sed imminēs ab eis noxa potius inhibeatur, vtque citius distribuantur obstupefacientia (nam per se admodum tarde permeant) & penetrent interiorum affectarum partium substantiam, calfacientia adiecit, costum, pyrethrum, euphorbium, piper, quæ etiam noxios, & dolorificos humores coquere, crassos tenuare, lentos incidere, & tergere, & flatulentos item spiritus tēuare, & vtrosque per halitum digerere, & vacuare possunt. Ob hæc Philonium, & quæ humida sunt, doloribus implacabilibus salubria esse solent. Sequitur vt discurramus artem placādi dolores, qui per alias corporis sedes inueniū-tur. Ad eundem modum in conuulsione seu spasmo, qui dolorem adeo intolerabilem in-

Galeno tamen semper formidata.

Narcoticorum optima compositio in tribus consistit.

Philonis antidotus.

Dolorem sedatio in spasmo.

uehere solet,vt luctuosum sit clamantes audi-re miseris modis sese intorquentes, balneo v-tendum erit ex oleo communi temperate ca-lido tum per se,tum ei incoquẽdo semen lini, fœnugræci,folia maluæ,violæ, vel lumbricos, & hos iam coctos probe tritos parti imponẽ-do,cataplasmatis modo.In diuitibus balneum ex oleo vulpino, cui vetusto vulpes aliquot æ-tate florentes viuę fuerint incoctæ: aduerten-do quod in huiusmodi balneis mora longior vires resoluit. Vnde mox dolore sedato, in le-cto reclinãdus est æger, & cum repetit dolor, balneo est reddendus. Anodinum quoq; de-coctum capitis lanati; & intestinorum verue-cis,& aliorũ omasorũ. In pũcto neruo, vbi ad-est dolor vehementissimus,sedare eum solent terebinthina oleo rosato mixta,quæ cæterarũ partium neruosarum dolorem a casu, vel cau-sa alia mire compensat:vel fotu partis ex oleo, cui terræ lumbrici fuerint incocti, ac ex iisdẽ tritis cataplasma est efficacissimũ. panis quoq; calidus calido lacte infusus, & cataplasmatis modo impositus valde est anodinus. Vbi au-tẽ dolor nullis huiusce generis remediis vin-citur,stupefacientibus tactum vti solẽt, vt pa-nem adhibẽtes cum decocto papaueris albi, & si opus est,cum opio ipso. Atq; vbi nec his remediis cõuulsionis dolor compesci potest, neruum transuersum secare pręstat,quam ho-minem certæ morti succumbere.Ad eundem modum in oculi dolore ab inflammatione,

In puncto neruo.

oculo

oculo ipsi aquam rosarum albo oui permixtā immittunt, vel lac ex mamma emulgent, collirium quoque vel siccum, vel liquidū in cote medica ex aqua rosarum, vel simili pertritū ex corallio rubro, gummi arabico, tragacantho, pompholige, cerussā lotis, ne oculum morsu suo lædant. Vbi dolor non vincitur, opii vel opiati aliquid ad sensum tactus oculi stupefaciendum addunt: vt quod repellendi simul & stupefaciendi facultate polleat, vt aquam rosarum, cui incoctum sit semen papaueris albi, etiam addito oui albo, immissa oculo per se, vel ex mica panis eo decocto imbuta. Vbi ab his dolor non lenitur, trochiscis albis Rasis ex aqua rosarum solutis vtuntur: & hoc, si dolor est vehementissimus nullis cedens remediis, aliter illis non est vtendum; quod cum valenter stupefaciant, spiritus crassos reddant, & facultatem visoriam infirmant. Ob id narcoticorum vsus semper Galeno fuit suspectus, aphoris. 31. lib. 6. & alibi passim, præcipue in oculo, & partibus capiti vicinis frigidis natura, & etiam morbo. Vt autem ars sedandi dolorem in oculo ab inflammatione inflictū manifestior fiat, aduertendum erit, vt post factam venæ sectionem humeralis, vsque ad animi deliquium, vbi vehemens fuerit dolor, & inflammatio, lib. de cur. ratione per venæ sectionem, & post factam reuulsionem partiū infernarum frictione, & ligatura, & alui deiectione, Galen. 13. meth. mox fomenta oculo ex

In dolore oculi ab inflammatione.

Trochisci albi Rhasis.

Methodus curandi dolores oculorum ab inflamatione.

Repulsoria debent moderatam astrictionem habere.

aqua dulci modice calida adhibeantur, Gal. 13. meth. Et admouenda sunt pharmaca repulsoria, præsertim circa initia, sed quæ non vehementem sortita sint astrictionem, quod tunicas exasperando ampliorem dolorem infligãt, sed mediocris astrictionis prædita esse debẽt, quarto de comp. med. per loca: & præter hæc, quod ꝓpria substãtia mediocriter sint astringentia, moderatiora adhuc sunt fienda lenitiui liquoris admixtione, tum vt vehementiæ doloris habeatur ratio, aut magnitudinis inflammationis, aut acredinis influentium humorũ.

Repulsoriis Galenus admiscet lenientia.

Qua ratione lenitiuorum liquorũ repulsoriis admiscendorum mentionẽ fecit Galenus 13. meth. veluti albi oui liquoris, fœnugræci decocti, & ipsius lactis, quod iuuenculæ, simulq; boni succi fœminæ exsistat, vberibus ipsius in cotem, in qua collirium teritur, expressis, quo calidum adhuc oculis infundatur. Sed certe

Anodyna magnopere fugienda.

ab eis anodynis, quæ sensum auferendo dolorem sedant, summopere cauet Galenus, tum quod ipsa nec vehemẽtes fluxiones reprimãt, sed potius excerni prohibeant, atque ob id, si humores fluentes acres esse cõtingat, corneã erodi faciant: si vero multi, magis irritari, ac vehementer extendi, ac si rumperetur, vt necesse sit dolores impatibiles excitari, 6. aph. 31. (nisi medicamentum summopere sit stupefaciens.) Sed tunc postmodum vbi vehementer stupefaciens sit, tametsi oculus inflammationem, & dolorem non sentiat, sequitur tamen

necessario

necessario potestatis visoriæ offensio : adeo quod cessante inflammatione, vel debiliter, vel nihil omnino vident, simulque quandam præduram dispositioné inducunt in oculi tunicis difficulter sanabilem; vt non ab re huiusmodi medicamenta vehementer stupefaciétia Galeno semper fuerint suspecta. Quibus tamen siquis aliqua vrgente necessitate fuerit vsus, oculos postmodu sanitatis tempore calfacere habet, 12.meth. quo in loco cataplasma etiam confici iubet ex papauerum capitibus in aqua decoctis, ac fœnugræci, vel hordei, vel lini seminis farina aqua immixta. Quo etiam in vehementi aurium dolore vti possumus. Illud autem non est ignorandum, in applicatione medicamentorum doloré oculi sedátium, maxime inter cæteros præstare oui liquorem, cum minime mordens sit, & glutinosus, atq; hac ratione potens lenire asperitates omnes, quascunque acris fluxio excitare potest. amplius, quod cum crassus, ac lentus sit humor ille, constantius quam tenuis, & aquósus in loco permaneat: & cum absq; rosione sit, si modice incaleat, dolorem maxime lenit, 13. met. vt hac ratione tenuis oui humor rosarum albarum stillatitio liquore, aut aqua permixtus, commodissimum sit medicamentum: Vbi vehementer dolor vrgeat bis, ter, & quater tenuibus lineis linteis in eo madefactis. Ad hæc corpore iam vacuo, & concocta iã phlegmone, solo balneo dulcis aquæ, & temperato do-

Anodynis adhibitis quomodo oculis prospiciendum

In Aurium dolore cataplasma.

Oui liquor maxime sedat oculorũ dolores.

Balneum aquæ dulcis curat oculorum dolores concocta phlegmone.

lor ſedatur, Gal.13.meth.& hoc dum balneum maxima ex parte humoris fluxionem, qui ad oculos fertur, ſiſtat, maximam eius partem inter lauandum per corpus vniuerſum excernẽdo, reliquum vero diluendo, & contemperãdo; vt hoc ſolius balnei vſu, vbi in toto corpore adeſt humorũ acrimonia, qualitate potius quam quantitate peccantium, quendam liberauerit dolore affectum ex acrium humorum influxu Gal.6. apho. 31. Vbi autem dolor oculorum ex craſſorum, frigidorumq; humorum redundantia pẽdebit, vacuato prius corpore vniuerſo, & auerſo humorum impetu deorſum, & capite etiam purgato, ex 13. met. mox localibus erit vtendum, non tamen iis, quæ repercutiant, ac reprimãt, quinimmo iis potius quæ euocant, atque digerunt, 13. meth. Quod fiet, fouendo oculos ex fœnugræci decocto, eo prius curioſe lauato, ne quid illi vel pulueris, vel ſabuli adhærens clã lateat, quod vt ait Gale. medicamentum hoc ſit omnium, quæ oculis applicantur, ſine offenſa digerens, ſimile exſiſtens, quoad viſcoſitatem attinet, albo ouorum liquori, diſcuſſoriam tamen habet facultatem, & moderate calfactoriam, ob idque multos dolores mitigare conſueuit, 4. de comp.med.per loca: quod fomentum oculis ipſis adhibendum erit per ſpongiam ſemel, aut bis, ter, & quater, vel ſæpius in die, prout vehementior dolor vrgebit: quanquam fomentum itidem fieri poterit non ſolũ per fœnigræci,

In oculorum dolore ex humoribus craſſis & frigidis localia.

Fœnugræcum.

nigræci, ſed meliloti etiam decoctum. Vbi itidẽ dolor ex flatuoſo ſpiritu fiet, vaporationibus ex milio, aut milio, & furfure ſaccellis paratis depelli poterit, aliisque digerentibus, euocantibus, ac diſiicientibus medicamentis, vitando aſtringentia, ac reprimentia medicamenta, Gal.13.meth. Ad eundem modum aurium dolor, ſi fuerit a frigiditate, calfacientib. curabitur, oleo rutaceo, laurino, nardino, & ſimilibus; oleo etiam in quo allium decoctum ſit, vel cæpa. Gal.13.de comp.med.per loca, euphorbii per quam exiguam portiunculã plurimo oleo veteri commixtam mirifice commendat, quod dolores ex frigore contractos ipſarum auriũ ſtrenue adiuuet. Amplius, mitigat lac muliebre. Sin autem a calida intemperie dolor fuerit, oleo roſaceo in aurem inſtillato, albo oui, lacte muliebri, ſolani ſucco, & huiuſmodi demulcebitur: Vrgente autem dolore, qui vt Hipp.3. progn. 15. cum vehemens, grauisque fuerit, periculum minatur, quod & mentem turbet, & hominem rapiat, ad leniter ſtupefacientia erit accedendum: & hoc, quod periculum ſit, ne cerebrum neruo, per quem facultas audiendi diſtribuitur, vicinum per conſenſum afficiatur. Quo caſu pauculum opii lacti muliebri, & oui candido miſcendũ, 3.de comp.med.per loca. Amplius, caſtoreo opiũ tẽperatur, vel æquali põdere, Galeno auctore, vel duplicato caſtoreo, ad vehemẽtiſſimos quidẽ dolores æquali, ad minores duplicato

Oculorum dolor ex flatuoſo ſpiritu.

Aurium dolor a frigiditate.

A calida intemp.

Stupefacientia.

veluti excipiendo opii partem vnam, castorii partes duas, & cum lacte mulieris, seu oui albumine, aut vino dulci tepido instilletur. Vbi vehementior dolor exstiterit æquali portione castorium opio miscet Galenus, & sapa prius trita diluit, quod sapa multo magis quam dulcia vina dolorem sedet. Quo autem pacto auribus vehementer dolentibus medicamenta sint iniicienda, 3. de comp. med. per loca, cap. 1. docet Galenus. quod medicamentum ex castoreo, & papaueris succo confectum non solum aurium sedat dolorem, sed etiam oculorum, & dentium, si auribus instilletur, Gal. 12. meth. Sed his vtendum erit tunc solum, cum maxime necessitas vrgebit, cum nonnihil, vt ait Galenus, partes lædat, ac eas imbecilliores reddat ex refrigeratione, veluti reliqua anodyna, & post tempore sanitatis partes ipsæ sint excalfaciendæ. Sequitur dentium dolor, qui quidem, vbi ab intemperie frigida ortum trahet, os colluendum erit aceto, in quo decoctũ fuerit origanum, hyssopus, pulegiũ. A totius essentiæ proprietate senecta serpentis confert in vino, aut aceto cocta, 11. simpl. Eadem quoque exusta, ac trita, & cum oleo ad mellis spissitudinem redacta, dolentique imposita denti succurrit, Gal. 5. de comp. med. per loca Archigenis auctoritate. A stupefacientibus medicamentis cauendum, quod nonnisi in calidorũ humorum defluxu eis sit vtendum, summa vrgente necessitate. Vbi igitur dolor dentium ab

Sapa.

Auribus instillantur medicamẽta cũ dolor vrget.

Dentium dolor ab intemp frigida.

Serpentis exuuia.

Stupefac. vitanda.

ab intemperie calida ortũ trahet, depelletur aceto, in quo fuerit decocta portulaca, semperuiuum minus. Vbi vero intolerabilis erit dolor, aceto in quo decocta sint semina lactucæ, & papaueris. Vbi aliquo modo etiã reprimere voluerimus, vnice conducet acri aceto calido cum immatura galla colluere. Vrgente autem necessitate, & calore maximo, præsertim in calidorum humorum defluxu, stupefacientibus erit vtendum, veluti decocto seminis, aut foliorum hyosciami cum aceto, vel philonii drachma vna in aqua, aut vino diluta, & hyosciami foliis, aut semine papaueris hortensis, & semine lactucæ in aceto albo decoctis. Sequitur dolor ventriculi, qui sane statim est sedandus, quod ventriculus sensu tactus, exactoq; sit præditus, prræsertim ore suo. Vnde præter expellentia causam ipsam, materiã scilicet dolorificam, vomitu, aut eius deiectione, atque eius præparatione incidendo, tenuando, tergendo, antequam vacuetur, vbi scilicet in vẽtriculi tunicas materia erit recepta, 7. meth. anodynis dolor erit sedandus, 5. simp. cap. 18. quæ temperate calida sunt, & fere humida, partemque relaxant, materiæ aliquid digerunt, tensionemque minuunt; veluti fotu cum vesica impleta, vel spongia imbuta decocto camomelli, meliloti, seminis lini, fœniculi; vel linimento ex oleo lini, camomelli, anethi; vel vnguento, cerato, emplastro simili materia cõstante, vt farina seminis lini, fœniculi,

Ab intemp. calida.

In dolore intolerabili stupefacientia admittuntur.

In ventriculi dolore.

Anodyna.

radice althææ;cyathi etiam duo, aut tres, seu vnciæ tres, aut quatuor decocti camomelli potu mire iuuant. Quæ si vincantur,& dolor vires prosternat, ad stupefacientia transeundum, sumta vt opiata zazomea Mesuæ, ad drachmas ij. vel athanasia Nicolai à drachma vna ad sesquidrachmam, vel philoniũ romanum Auic. valentissimum, a semidrachma ad drachmam vnam, quod somnum conciliẽt per quem vires instaurantur, nec dolor sentitur. Notandum autem huiusmodi remedia esse exhibenda virtute adhuc forti, quod vbi imbecilla est, reliquum calorem exstinguere possint. Vbi vero dolor ventriculi pendebit a flatibus, siqua ipsos materia fouebit, apparanda erit & vacuãda, dein flatus dissoluendi; primum clementioribus,& temperate calidis, vt camomello, meliloto; dein valentioribus, vt baccis lauri, alliis, vt Galenus 7. met.& 12. aniso, cumino, galanga cum vino aromatite, aut cretico, dulci, seu maluatico, vel diacumino, dianiso, diagalanga, & valentiore his confectione ex baccis lauri. Amplius tum clysteribus, tum reliquis medicamentis extrinsecus adhibitis ea quæ flatum discutiunt erunt permiscenda, vt cuminum, anisum, semen fœniculi, pulegium, origanum, calamintha, furfur, milium, caruum, daucum, anethum, & similia. Insuper drac. j. dianisi, aut diacumini, seu diacalaminthæ cum pauco vino albo præbere poteris. propriam tamen curationem quandam

Stupefacientia.

Ventriculi dolor a flatibus.

Flatus discutientia.

dã ſortitus eſt is dolor, qui ſpiritum flatuoſum comitatur, ex cucurbitula ſcilicet cum flamma cõpioſa ſubinde admota, Galenus 12. met. quod præſidium in huiuſmodi affectibus incantamenti cuiuſdam ſimile quid efficere videtur, ſiue in inteſtinis, ſiue in quauis corporis particula fuerit excitatus. Ilico enim cucurbitula admota, qui ſpiritu flatuoſo cruciantur tum a dolore liberi, tum omnino ſani reddũtur. iis igitur expellitur dolor a flatu pendens: cuius ſane ſimilis eſt curatio cum dolore, qui ortum habet ex craſſis glutinoſis, & frigidis ſuccis, 12. metho. Gal. Sequitur dolor colicus, qui quidem vbi non cedet euacuationis ipſius cauſæ, & vehementiſſimus erit, primo anodinis admotis, aut iniectis, hoc eſt calidis moderate, pugnandum erit non vltra primũ gradum, vt partem materiæ clementer digerant, neque nouam vel attrahant, vel ex pituita ibi contenta excitent, & humidis, vt partes laxatæ tenſioni magis obediant, ob idque minus doleant: qualia ſunt decoctum ſeminis, & foliorum lini, fœnugręci, foliorum maluæ, althææ, anethi, fœniculi, florum camomelli, meliloti, & ſimilium: vel clepſidra ex alto ventri vndique lana munito affuſum, vel potius ex magna ſpongia expreſſa, aut in veſica admotum. Fotus item cum ſimili ſpongia, aut veſica ex oleo communi, lini, camomelli, anethi. ſtercus etiam vaccinum vtiliter admouetur. filum item ex lixiuio cum cinerib.

Dolor ventriculi ex craſſis & frigidis ſuccis.

Colicus dolor.

Fotus.

Stercus vaccinum.

Insessus. coctum calidum admotum. insessus ventris totius inferioris per semihoram in balneo ex dictis plantis cocto. clyster etiam iniicietur ex decocti prædicti, vel iuris pinguis, vel olei camomelli, vel nucum, vel lini, quod efficacissimum est, libra vna, cum cassiæ & sacchari ana vnc. j. vitellis duobus ouorum. sumentur vero decoctum, vel aqua distillata camomelli, ius galli, aut gallinæ cum multo pingui, & croco

Narcotica. multo. Quibus victis, & viribus deficientibus, ad narcotica erit accedendum, iniecta prius quam sumta, præsertim causa calida, quod frigidam augeant, & crassiorem reddant, siue pituita, seu flatus sit, fiatque dolor non multo post sæuior: veluti clysteribus prædictis commiscentes philonii romani drachmas duas vel tres, opium etiam castoreo correctum: vinum quoque aromaticum clystere iniectũ in materia frigida & flatu, salubre est. Si sumi erit necesse, philonium ad drachmam vnam exhibendum erit, 12. metho. vel si commiscebitur cum purgantibus, tutissimum erit, vt cũ hyerę

Opii correctio. picræ Galeni mellitæ drach. vj. diapheniconis drac. ij. electuarii indi drac. j. quod calida opii vim frangant, & ipsum mox vacuent cum parte materiæ, opium contra calidorum violentiam obtundat, & tamen agat, sed moderatius. Illud autem diligenter aduertendum erit, nũquid causa doloris sit pituitosus crassus & viscidus humor, an potius calidus & acris. Sique fuerit frigidus & pituitosus humor, tametsi attenua-

attenuatione, incisione, & calfactione sit tollendus, ab iis tamen, quæ vehementer calfaciunt esse abstinendum, ne ab eis liquentur, & in flatum vertantur, Gal. 12. meth. quinimo ex moderate calidis ea erũt eligenda, quæ vim habeant discutiendi flatum, magisq; siccandi: quemadmodum etiã infestissima sunt in huiusmodi causa frigida quæ torporem inducũt medicamenta, tum quod causam augeant, & humorem tum crassiorem, tum motui ineptiorẽ efficiant, tũ quod frigidi humores, modo soli sint, dolorem vehementem nõ inducant, tum etiam ratione loci, q intestinorũ tunicæ medicamentorum frigiditate densiores, minusque flatui transmittendo habiles redduntur, vt hac ratione concludat ibidem Galenus, tutius curari huiusmodi dolores mediocri victu (quanquã longiori tempore id fiat) quam vt violenter calfacientibus, aut torporem inducentibus medicamentis. Vt autem res clarior euadat, percurremus sigillatim medicamenta facientia tum ad colicum pendentem a materia frigida, tum ab acri materia calida: incipientes ab eo, qui a frigida. Igitur vomitus, vbi quis facile vomat, ante omnia, ante cœnam scilicet erit procurandus, Aetio. postea diatrionpipereon, vel theriaca erit exhibenda, dein purgans medicamentum ex hyera Archigenis, in hunc modum: Ex pulpæ cassiæ nouiter tractę vnc. j. ß. diacatholiconis dra. vij. pulueris hyeræ simplicis drac. j. ß. fiat bolus.

In dolore colico ab humore pituitoso vehementer calfacientia sunt fugiẽda.

Item stupefacientia.

Doloris colici a materia frigida curatio.

Bolus.

Clyster. Clyster quoque in principio conueniens erit ex oleo communi, quod sæpe vitream cũ fecib. pituitam expulit, ac dolorẽ subito finiuit: aut ex eodem oleo, in quo prius fuerit decocta ruta, aut aliquod semen, ꝙ flatũ discutiat, Gal.2.loc.aff.& 12.metho.illi adiicientes adipẽ anserinum, aut gallinaceum etiã, qui salis expers sit, nec admodum vetus, 12.meth. aut huiusmodi alius clyster conferet. Ex foliorũ maluarum, althææ, mercurialis, & betæ ana man. j. anethi, rutæ, florum camomelli, fœnugræci, seminis lini ana manip.ß. anisi, fœniculi, & cumini ana drac. ij. fiat decoctum in aqua fontana, cuius per colum transfusi accipe lib.j. mellis rosacei vnc. ij. olei camomellini, anethini, vel rutacei vnc.iiij. salis communis drac.iij. cõfectionis de dactilis dr.iiij. vel hyerę picræ simplicis vnc.ß. fiat clyster: vel hyeræ compositæ dra.iiij. vbi illa non sufficient. Vbi autẽ ex doloris vehementia clysteres nõ retinebunt, glã-

Glandes. de erit vtendum: Ex mellis cocti quantum sufficit, pulueris hyeræ ex septem rebus: agarici, & salis gemmæ an. drac.j. foliorum rutæ dra.ij. fœniculi, & cumini an. scrup.j. formentur glãdes longiusculæ, digitorum fere sex.

Fomenta. Fomento etiam erit vtẽdum sicco ex milio, Gal.12. met. vel sacculo ex milio, furfure, camomelli floribus, meliloto, fœnugræco, lini semine, & anetho, in calfactis lateribus, vino albo prius irroratis calfacto. fotu etiam tali: Ex foliorum & radicum althææ, & maluarum an. pug. j. florũ camo-

camomelli, fœnugræci, ſeminis lini, anethi, meliloti an.m.ß.aniſi, cumini, & ſeminis fœniculi, an.dra.iij.bulliãt in hydræleo, & cũ ſpongiis dolentibus partibus applicentur. Inſeſſu etiã ex fœnugræco, althæa, camomello, artemiſia, anetho, lauro, & ſimilibus: vel etiam iuuabit in oleum calidum, aut hydræleon deſcẽdere: a balneo bibendo abſinthii, & cumini æqua portione decoctum. Cataplaſmate etiã vti proderit ex foliorum & radicum maluarũ & althææ an.m.j.farinę ſeminis lini, fœnugręci, & milii an.vnc.ß.aniſi ſeminis, fœniculi, & cumini an.dra.ij.miſce & cum oleo anethino, camomellino, aut rutaceo, & oxymellite fiat cataplaſma. At vbi dolor colicus ex acribus, & mordacibus humoribus ortũ trahet, ab acrib. tum cibis, tum medicamentis erit cauendũ, & ptiſana erit vtendũ, Galeno; adiectis mali punici granis. & tentandum erit vt humor dolorem inferens vacuetur medicamẽto per ſedẽ iniecto, clyſteri ſane ex ptiſanę cremore cũ roſaceo, Galeno: vel decocto maluarum, althææ, fœnugręci, ſeminis lini, camomelli, & violarũ, vitellis duobus, & caſſia. Et vbi per ſedem nõ eiicietur hoc clyſteri, purgante medicamento erit vtendum: aptiſſimũ autẽ eſt amarũ, quod ex aloe componitur, picra appellatur, ex Gal.1. loc.aff.& 12.met. Epicraſi etiã, ſeu temperamẽto vtitur Galenus, vbi euacuari non poterunt quæ contriſtant excremẽta: veluti ptiſana, intibo, cichorio, lactuca, ſyrupo violaceo, & bal-

Inſeſſus.

Cataplaſma.

In dolore colico ex humor. acribus.

Clyſter.

Stupefaciẽtia.

neo ex aqua dulci. Et vbi his non cedit dolor, torporem inferentibus medicamentis vti cõcedit Gal.12.meth.in huiusmodi humore calido, quod & vehementem calorem refrigerẽt, & tenuem humorem incrassent, & sensum etiam stupefaciant: veluti drac. j. philonii persici, aut romani, aut scrup.ij.aut eius quæ trifera appellatur, siue eius quæ magna requies dicitur, tantundem: semper hoc aduertendo, vt prius huiusmodi medicamenta stupefacientia admisceantut cum iis, quæ per sedem immittuntur: postmodum vbi per eam viam nihil effecerint deuoranda præbeantur. Vnum autem non est prætereundum, quod communiter omni dolori colico auxiliari scribit Galenus, cum a proprietate illud efficiat: nempe lupinum stercus, præsertim albidius, quale solent excernere vbi ossa comederint, & præsertim id, quod non in terram, sed in spinis aut herbis collectum sit, ex vino enim albo, & tẽuis consistentiæ epotum, adeo auxiliatur huiusmodi dolori, vt 10. simp. affirmet Galenus, qui huiusmodi stercus potarunt, non amplius huiusmodi dolore fuisse inuasos, aut qui iterũ inuasi fuerunt, non amplius eum grauiter passos esse: quod sane bibendum non tantum est in paroxysmis, sed etiam in interuallis. At vbi dolor ex flatu pendebit, cucurbitula cum flãma copiosa admota incantamenti fere modo dolorem penitus leuat, Gal.12.meth. Sequitur hepatis dolor, in cuius sedatione eodem modo pro-

Lupinum stercus auxiliatur omni dolori colico.

Dolor colicus ex flatu.

Hepatis dolor.

do procedendum erit, vt in ventriculi, & aliarum partium dolore, per remedia causæ dolorificæ contraria, mixtis semper, quæ partis robur conseruent, quod hepar vt ventriculus, 1. metho. actionem toti corpori communem habeat. Eodem modo in lienis dolore. Ad eũdem modum in dolore nephritico a renum calculo causato, in quo a purgatione medicamenta erunt adhibenda, quæ laxare meatus, & renum corpora valeant mollire. Quod fiet fomentis ex decocto foliorum maluarum, foliorum, ac radicum althææ, florum camomelli, fœnugræci, seminis lini in hydræleo cũ spõgiis sæpius supra affectum renem. Ex eisdem insessiones parari poterunt: omnium tamen optimum est balneum ex dulci aqua, aut hydræleo constans, Alexandro. Vbi dolor vehementius infestabit, vnguento hoc renum regio ac lumborum erit inungenda: Ex olei camomellini, vel anethini, & amygdalarum dulcium ana vnc. j. ß. adipis anseris, vel gallinacei, & butyri recentis ana drac. iij. ceræ quod satis est, fiat vnguẽtum. Interim adiici poterit oleũ ex scorpionibus: aut hoc cataplasmate erit vtendum: Ex farinæ tritici, seminis lini, fœnugræci an. m. j. olei anethini, vel camomellini, & amygdalarum dulcium an. vnc. j. ß, mellis an. ij. resinæ terebinthinæ vnc. j. radicis althææ contusæ drac. iiij. misceantur arte, & fiat cataplasma. Conducet etiam cucurbitula absque incisione, quæ sæpe lapidem velociter adeo

Lienis dolor.

Nephriticus dolor a calculo renum.

In dolore vehementiore vnguentum.

Cataplasma.

Cucurbitula.

transfert, vt ſubitam eius mali leuationem cõparare poſſint: lapide nimirum in locum ampliorem translato. Supra a renibus initium facientes ad inguina per obliquum earundem partium (quas ilia vocant) poſitionem procedentes, quo loco dolores frequenter incedũt propter ſitum meatuũ, qui vreteres appellãtur, lib. de renum aff. dign. & curatione: quanquam applicanda non ſit dolore vehementer vrgente, ſed ipſo aliquantulum lenito, & vbi non adſit inflammatio, Aetio. Sequitur dolor articularis, arthritis dicitur. cuius quidem doloris articularis, & podagræ præcipuæ cauſæ cum ſint, ex Galeno, articulorum imbecillitas & redundantium humorum copia, quapropter cum duplex etiam naſcatur ſcopus, euacuandi ſcilicet redundantem humorẽ, & corroborandi partes debilitatas: cumque de cauſarum euacuatione iam ſatis ſuperque actũ ſit in cauſarũ tractatione pro ratione redundantis humoris: ſequitur vt percurramus modum tractandi medicamenta ad partes ipſas applicanda, quæ ſane talia eſſe debent, vt habeant vim repellendi id, quod influit, adiiciendi illis robur & exſiccandi illud quod in eis continetur: amplius, etiam diſcutiendi, vbi amplius nõ influet humor. Quare circa initia pars quę dolebit, oleo roſaceo erit inungẽda vino admixto, vbi in ſuperficie dolor cõſiſtet: aceto vero, vbi in profundo dolor hærebit, quod propria ſui tenuitate vſque in altum expeditam roſaceo

Arthritidis & podagræ duæ cauſæ præcipuæ.

Topica qualia eſſe conueniat.

In principio vnguent.

ceo viam exhibeat: æstate quidem tepefactis, hyeme vero calidis, Aetio, aut farina hordei dissoluta in oleo rosato, vel succo aut aqua solani, plantaginis, medulla quoque panis, præcipue secalini, lacte macerata & parum cocta, additis oui vitellis, & oleo rosato, aut cataplasmate ex malis cotoneis vino maceratis, pane permixtis ac rosaceo. Et vbi dolor erit intolerabilis, addenda erit prædictis opii drachma vna, croci nonnihil ad penetrationẽ. Vbi vero magnus sentietur calor, muccago ex semine psillii integro extracta, cum aqua rosarum vel solani, pauco etiam aceto ad penetrationem addito, cataplasmatis modo apposita, & dum calescit mutata, idque sæpe: pars vero affecta nec aqua nec oleo erit abluẽda, sed posca mediocriter tepefacta, aut alterius plantæ austeræ decocto, Aetio: vel oleum rosatum, cui lũbrici terræ sint incocti, frigidum applicabis. Vbi autẽ materia fluere desierit, fouenda erit pars vino rubro austero, cui camomellum, melilotum, fœnugræcum, aiuga neruis roborandis herba efficacissima, sint incocta. Vbi vero adeo magnus dolor vrgebit, vt æger eum ferre nequeat, torporem inducentibus medicamentis erit vtendum, quanquam ab eorum liberaliori vsu erit cauẽdum, neq; diutius illis erit insistẽdum, sed eousq;, quoad doloris vehementiam duntaxat lenierint, postmodũ auferenda erũt finito doloris feruore, aliter magis offenderent quam iuuarent, constringẽdo

Cataplasma.
Opiata.
In arthritidis magno calore.
Quãdo materia fluere desiit.
In dolore intol.rabili.

A stupefacientib. quæ peragenda.

insertum humorem, eumque indurando, & sensum partis languidum, motumque difficilem reddendo. Quinimmo sedato dolore cõfestim pars est fouenda iis,quę calfaciunt,medicamentis. In quem vsum stupefaciendi sensum Gal.10.de comp. med. per loca, hoc medicamentum ex Asclepiade commendat: Ex succi papaueris drach. iiij. nos drachmas duas poterimus assumere, croci drach. j. cum lacte bubulo,aut caprillo terito:ac adiecto pane interno diligẽter leuigato, vt molle cataplasma fiat,& rosaceo admoto mollito,ac vtere. Ad extra vero betæ, ac lactucæ foliis custodiendi eius gratia compositis:item opium & crocum cum lacte trita cerato rosaceo excipiebat, & linteolo infarcta imponebat. post anodynorũ vsum, thymi, origani, calaminthæ, satureiæ, saluiæ & similium decocto in aqua aut vino locus erit calfaciẽdus. Anodynis igitur ad hũc modum erit vtendum in articularibus doloribus, præsertim ex calidis humoribus ortum ducentibus. Ad eundem modum in ischiade seu coxendicum dolore,in quo hæc præcipue erunt aduertenda, quę a Gal. 10. de cõp.med. per loca,notata sunt:primũ sane,quod tametsi pharmacis fluxionem repellentibus vti possimus, circa coxendicam tamen iuncturam id omnino est vitãdum: quod cum in profundo sita sit, sanguis ex vicinis & ambientibus vasis ac musculis ad illam compellatur, vt ait Galenus. Neque solum a medicamẽtis habentibus vim

Topica.

In ischiade repellentia vitanda sunt circa iuncturam coxendicam

vim repellendi, ſed etiam ab acribus pharmacis circa locum affectum etiam eſt cauēdum, ante ſcilicet totius corporis vacuationem: & hoc, quod ægre curabilis reddatur affectio, copia indiſſolubiliter cōdēſata: quod craſſa & viſcoſa fiat ob calorem, & ſiccitatem acrium medicamentorum, & veluti quodammodo aſſata: Quare in principio mitigatoriis erit vtendum, quæ neque multum refrigerent, neque fortiter calfaciāt, quibus poſtea opus habet, quod vt ait Galenus exacerbētur a nimia caliditate fluxiones, dum plus attrahit, quam impediat, vt inquit Galenus. Quare ſufficiet irrigare locum ex oleo camomellino, anethino, liliaceo, irino, ſed etiā nardino, & rutaceo: vel rutam, chamæpitim, ſaluiam, camomelli, flores, althææ folia, radices decoque in oleo communi, demum exiguo adiecto vino, vel aceto albo cum ſpōngiis, ſeu lineis, vel laneis linteis ſæpius foueatur locus, & dein aliquo prędictorum oleorum irrigetur. In ſtranguria vero vbi dolor erit vehemens, remittetur dolor vel remittendo acrimoniam vrinę mordacem per vnctuoſa, vel ſenſum tactus partium vreticarum modice ſtupefaciendo: veluti ſyrupo violato cum aqua lactucæ, portulacæ, ſolani intibi: valentiore vero, vncia vna ſyrupi violati, ſyrupi papaueris ſemuncia, cum vnciis tribus decocti ſeminum quatuor frigidorum maiorum, vel etiam minorū, vel ſeminis hyoſcyami albi, vel papaueris albi drac. j. cum præ-

Item pharmaca acria circa locum affectum.

In principio mitigatoria conueniunt.

Stranguria.

Vrinæ acrimoniā compeſcentia.

dictis aquis mane exhibendo, vel decoctum maluæ, violæ, & similium, aut lac humanum, caprinum, ouinum per catheterem breuem immittendo. Ita enim vrinæ acrimonia frangitur. Amplius, albumen oui agitatu multo fractum donec lentum esse desinat, per se, vel cum papaueris decocto, vel cũ lacte; valentius autem fiet remediũ addendo caphuræ grana tria, vel quatuor. valentissimum addendo opii grana, vel scru. j. trociscorum halicacabi aqua, vel decoctione papaueris solutorũ, quod stupefaciant, vretici sint, & acrimoniam obtundant: amplius, virga in lacte calido, vel decocto papaueris albi tenenda, aut decoctum foliorũ vitis, salicis, maluæ, violæ, insessu, aut fotu ex vesica adhibendum. Dolor vero hæmorrhoidum, vbi scilicet causa doloris erit humor, & sanguis, causa doloris erit remittenda, aut linteo nouo aspero, aut folio ficulno, aut stercore columbi, aut aliquo tandem acredine prædito. Dolor vero lenietur, si simul cum dolore aderit etiam calor, oleo violato, vel rosato, vel mica panis cum lacte, & oui vitello cocta, & albumine etiam oui. Insessu etiam ex decocto maluæ, althææ, violarum, florum camomelli, meliloti, seminis lini, fœnugræci, papaueris albi, hyosciami albi. Et vbi hæc non sufficient, ad stupefacientia erit accedendum; veluti balano ex bombace illito philonis antidoto, vel athanasia Nicolai vtẽdo; aut eadem emplastri modo applicentur sedi; vel vnguenti populei vncia

Valentiora quomodo reddenda medicamẽta.

Hæmorrhoidum dolor.

In dolore hæmorrih. cum calore.

Insessus.

Stupefacientia.

vncia vna, oui vitellũ, opii drachma vna ad drachmas duas, croci parum, misce, & applica vbi dolor erit vehemẽtissimus. Sequitur dolor lateris, qui quidem ab Hippocrate fotu pſertim depelli solet. Fotus autẽ duplex est, secundũ ꝙ materia hunc dolorem causans duplex præcipue esse potest. Nam inflãmationis causa aut esse potest sanguis calidus, tenuis, biliosus, aut frigidus, crassus, & aquosus. Pro ratione igitur duplicis materiæ in genere, duplici etiam fotus genere erit vtendum, altero humido, altero vero sicco. Humidus autem fotus inter omnia fomenta calida probatissimus, (quod a frigidis nemo adhuc dubitauerit esse abstinẽdum) Ille est Hippocratis 2. de ratione vict. in morb. acut. ex aqua calida in vtre, vel vesica, aut alio vasculo posita : aut spongiæ mollis, magnæque, atque ex aqua calida expressæ applicatio , fomentumque linteo erit vestiendum propter rationes ab Hippocrate ibidem enarratas. Ad eundem vsum eandem vim habens parari poterit fotus ex radice , & foliis althææ, floribus camomelli, fœnugræco , sertula campana, ac semine lini in aqua decoctis, & eodem modo applicitis. Vbi vero dolor ortum trahet ab aquoso sanguine , altero fotus genere erit vtẽdum, sicco sane ex sale, milioque frixis, torrefactis, atque in sacculis conclusis; aut ex camomelli floribus , furfure , & milio compositis: aut ex milio , sale, semine lini, ac fœnugræco, dũmodo sicci semper appli-

Lateris dolor fotu depellitur Hip.

Fotus duplex est.

Humidus in dolore a sanguine.

Siccus in dolore ab aquoso sanguine.

Fotus in sanguine crassiore.

centur. Vbi autem suspicio fuerit, sanguinem crassiorem esse, ex hordeo fotus erit componendus, & eruo, concisis, & comminutis, demum ex aceto, & aqua excoctis, ita diluto aceto ex aqua, vt paulo acidius sit, quã vt quis bibere possit. Atque hęc semina madefacta, perfusaque & feruefacta in sacculos coniecta lateri dolenti sunt applicanda. Idem potest furfur appositum, Hippocrati. Vbi vero humor verget ad melancholicũ, fomento vtitur Trallianus ex furfuribus in iure camomelli decoctis. Illud autem memoriæ tenendum, etsi duplici fotu vtatur Hippocrates, semper tamen incipiendum esse ab humido fotu, a quo etiã Hippocrates incepit: quod, vt ait Galenus, hi humidi fotus non multum detrimentum afferre possint, etiam quod materiæ peccantis cognitionem perfectam non habuerimus; ꝙ tamen faciunt ij, qui ex aceto solo, & orobo fiunt, hi enim nisi propriam causam inueniãt, non modo non mitigant dolorem, sed illum etiam maxime augere possunt. Quapropter humidis fere semper erit vtendum, quod exquisitam affectus cognitionem difficile habere possimus. aut si humidi fotus non iuuabũt, post illos vnguenta admoueri poterunt: Ex olei amygdalarum dulcium vnc.j. butyri recentis vncia ß. vel loco olei amygdalarum, oleo camomellino vtendum erit, aut anethino; & loco butyri, anseris, aut gallinæ pinguedine. Et vbi dolor persistet, post septimum Aetius cucur-

A melancholia.

Ab humidis fotibus incipiendum.

Post fotus vnguenta.

B

cucurbitulam apponit, & cutim incidit ante, modo parua copia sit vacuanda, vt notat Trallianus; cũ ex cucurbitulæ appositione dolor, licet vehementissimus, conquiescere soleat; nimirum ex alto extracta, quæ in affecto loco continetur materia. Illud autem etiam non est prætereundum, omni dolori valde infestanti ea, quæ somnum conciliãt valde prodesse; veluti est lactucæ, & papaueris semen tum in cibo, tum in potu. similiter & syrupus de papauere post cibũ. Sed hæc de remediis pro tollendis vitiis sensuum exteriorum. Sequitur vt percurramus medicamenta, quibus antiqui, præsertim Galenus vti solet pro tollendis vitiis sensuum interiorum: incipientes a vigiliis. Porro tollẽtur vigiliæ, quæ vt plurimum a siccitate pendent, & conciliabitur somnus irrigatione capitis cum oleo de nymphæa, violaceo, seu ex papauere, pauco aceto addito; & inunctione narium, temporum, & frontis, populeone, vnguento cum pauco aceto, & prouendo faciem aqua, in qua papaueris tum albi, tum nigri capita sint decocta: quanquam assiduus vsus stupefacientium pharmacorum, ac irrigationum erit vitandus, quod periculũ sit, ne a nimia vigilia ad nimium somnum ęger transeat. Sequitur coma, seu cataphora, quæ quidẽ affectio varia medicamenta postulabit pro varietate causarum. Nam si ex humiditate tantum, exsiccantibus capiti admotis tolletur, irrigatione ex acerrimo aceto, rosis, & camo-

Cucurbitula.

Somnum conciliantia.

Sensuum interiorum vitia.

Vigilia.

Ex frigiditate.

mello permixto, atque eiuſdem medicamenti euaporatione per nares ſuſcepta. Si ex frigiditate, oleo camomellino calfacto: & in tantũ augenda erunt calfactoria medicamenta, quãtum intenſa frigiditas erit, vt etiam pulegium, & rutam incoquat Aetius, ſi ex frigiditate, & humiditate cauſabitur; vt lethargus. Coma vero vigil, cum ex permixta, & contraria cauſa pendeat, contrariis quoq; medicamentis erit curandum, partim curatione lethargi, partim phrenitidis, magis ad alterum contrarium declinantes iuxta ſuperabundantiam bilis ad pituitam, aut e contra. Lethargus vero, cum humor a capite in principio ſit repellendus quiſquis is fuerit, ex 13. metho. oxyrhodino erit repellendus. temporis autem proceſſu, caſtoreũ, pulegium, thymum, origanum erit incoquendum, & frons illinienda, naribus etiam admouenda, & ſternutamentis erit vtendum ex caſtoreo, pipere, ſeu elleboro: mox palatus erit inungendus, vt Galeno placuit, valẽtibus, & acribus medicamentis; veluti mithridato, theriaca, aut ſinapi cũ melle, & occipitio cucurbitulæ erunt affigendæ circa primam, & ſecundam vertebram. Memoria vero abolita, quanquam etiam ſtultitia, ſeu fatuitas, & amẽtia, vbi a pituita pendebit, euacuata prius pituita ab vniuerſo corpore, & a capite, curanda erit apophlegmatiſmis, errhinis, ſternutatoriis, irrigationibus, ſacculis: & tandem vbi non cedat affectio, ſinapiſmo in ſincipite potius

Ex frigiditate & humiditate.

Coma vigil.

Lethargus.

Memoria abolita.

Fatuitas.

Amentia a pituita.

quam in occipite, Aetio, & aliis in intemperie frigida pituitosa cerebri enarratis. Sin autem pendebit affectio a frigida, & sicca cerebri intemperie, prius eradicato melancholico humore, medicamenta declinanda erunt magis ad humidum, quam ad siccum. Notãdum autem, si cum ipsa memoria ratio quoq; deperdatur, eadem esse adhibenda, sed valentiora, quod vt ait Galenus 3. loc. aff. ex vehementi cerebri intemperie ortum trahat. Melancholia vero cum a sicca intemperie ortum trahat, victu humido bonique succi, taliter affectos, simul cum frequentibus balneis (vbi non diuturnus factus fuerit hic affectus) Gal. se curasse 3. loc. aff. testatur; vitando cuncta quæ gignunt melancholicum succũ, de quibus ibidẽ Galenus. Cum autẽ affectus factus erit diuturnior, fortioribus postmodum erit vtendum remediis. Quare si a toto pẽdebit, habita totius cura, balneis erit curandus, irrigationibus, vnguentis, odoramentis. Si vitio capitis, balneis itidem, & iisdem. Sin autẽ melancholia erit hypochõdriaca, & flatuosa, habita prius cura, deorsum fouenda erunt hypochondria fomẽto, sacculo, cataplasmate: vomitu etiam a cibo, & flatus cucurbitula erũt discutiendi, 12. met. nec omittendũ erit caput, etiã quod melancholia sit hypochõdriaca. Mania vero, si fiet ex feruẽti sanguine, prius secta vena, irrigatione ex rosaceo, pauco aceto, ipsi sincipiti frequẽtius renouãdo, & irrigatione si ex flaua bile p̃assata prius

A frigida & sicca intemp. cerebri.

Ratio cum memoria deperdita.

Melancholia.

Melancholia hypochõdriaca.

Mania ex feruenti sanguine.

euacuata, balneis aquæ dulcis erit vtendum; præſertim inclinante morbo;& aliis irrigationibus in intemperie cerebri enarratis, addendo ſemper quæ magis infrigidãt, & humectãt. Sin autẽ pendebit ex melancholia aduſta, nõ alio modo quam melancholia erit curanda.

Ex melancholia aduſta.

Catalepſis.

Catoche vero, ſeu catalepſis, cum ex Galeno pendeat ex frigida tantum, & ſicca cerebri intemperie, quapropter curabitur irrigatione ex oleo dulci tepido, camomellino, aut anethino, dein coquendum erit in eis ſerpillum, aut hyſſopus, aut thymus, & iis tandem vtendũ erit, quibus melãcholiam curari diximus.

Caros.

Caros vero curabitur ſimiliter, vt lethargici curantur, quanquam in hoc valentioribus atténuantibus, ac incidentibus erit vtendum. Stomachi quoque erit habenda ratio, ſi pituita erit refertus, cataplaſmatis, quæ præter quod calfaciant, corroborandi etiam vim poſſideãt.

Diſpnœa.

Apnœa.

Difficultas autẽ reſpirandi, velut etiã apnœa, fere curationẽ ſuſcipiet, 7. de compo. med. per loca, ſeu nanque pharmaca, ſeu victus ſit, quibus velimus immutare cauſam diſpnœæ, quæ eſt craſſitudo, & viſcoſitas humorum, omnia humiditatem quandam habere debere inquit Galenus. Ob id ait eis conuenire vini potum multum ratione humectationis, vt facile efferatur per tuſſim, quod in bronchiis continetur. Medicamenta autem talia eſſe debent, vt habeant vim humorum, craſſitudinem, & viſciditatem attenuandi, incidendi, atq; abſtergendi.

Vini potus multus in diſpnœa conuenit.

ſdi. Quoniã vero eiuſmodi pharmaca tuſſes
mouent, 7. de comp. med. per loca, & 5. ſimpl.
nec facile per ſputum reiicitur, quod abſter-
ſum eſt, ob craſſitudinem, ob id, vt facile effe-
rantur, humectatione multa opus habẽt. Illud
præterea notandum, vt extenuatio, & inciſio
fiat ab iis, quæ citra vehementem calfactionẽ
attenuant, atque incidunt, Galeno: Et hoc,
quod craſſi, ac viſcoſi humores a vehementi
calore viſcoſiores reddantur, conſequenter
difficilius auelli poſſunt. Qua ratione etiam a
medicamentis refrigerantibus cauendũ eſſe inquit Ga-
lenus, quod humores craſſefaciant, & ægre e-
ducibiles reddant: nec minus ab aſtringẽtibus:
ob id maxime eos iuuat acetum ſcylliticum, &
acetum mulſum, ex eiuſmodi aceto confectũ,
atque ipſa adeo ſcylla aſſa cũ melle trita, & de-
cocta, Galeno. In quem vſum eſt decoctum ex
ficis, radice glycyrrhizæ, & fœnugræco, vua
paſſa, adianto, hyſſopo in aqua, ſeu aqua mulſa.
Conducunt etiam medicamenta, quæ ore te-
nentur, ac ſenſim, & paulatim deglutiuntur,
potentia vim attenuandi: ac detergendi frigi-
dos, craſſos, ac lentos ſuccos, de quibus cap. de
tuſſi. Extrinſecus vero vtendum cataplaſmati-
bus, & vnguentis in pectoris obſtructione di-
ctis. Addit Galen. 11. ſimp. vulpinum pulmonẽ
ſiccatum, potui exhibitum aſthmaticos iu-
uare. Tuſſis vero cum & ab intẽperie calida,
& frigida prouenire poſſit; & hoc, aut cũ ma-
teria, aut ſine materia; ſi ortum trahet ab in-

Incidentia debent citra vehementẽ calfactionẽ eſſe: atque etiam frigerationem.

Aſtringentia vitanda.

Topica. Vulpinus pulmo.

Tuſſis ab intemp. frigida cum materia.

temperie frigida, cum frigidis, ac craſſis ſiccis deſluentibus, extenuantibus, & incidentibus iuuabitur; veluti erit glycyrrhizæ, caricarum pinguium, adianthi, aut hyſſopi decoctum in aqua fontana, cui parum mellis adiici poterit. Et vbi craſſior erit pituita, marrubii, ſcabioſæ, radicis iridis decoctũ: vel elegmata ore tenenda, & ſenſim deuoranda, veluti ſanum, & expertum e pinu, vel hæc cum ſaccharo in aqua adianthi diſſoluto ad tabellæ formam redigẽda, quo ægris gratiora fiant, & vt maiorem in ore moram contrahant. Ad extra vero inunctione pectoris oleo amygdalarum dulcium, liliaceo, irino, & vnguentis in intemperie frigida pectoris enarratis. Celſus probat ouum ſorbile pauco ſulphure adiecto. Sin autem tuſſis orietur ex ſola inæquali intemperie frigida ſine materia, ex ſpiritus cohibitione, Galen. 2. de cau. ſympt. curabitur, modo non valde magna ſit intemperies. Sin autem pendebit tuſſis ab intemperie calida cum materia, ſeu diſtillatione acri, & tenui, medicamentis tolletur habentibus vim refrigerandi, ſpiſſandi, & acrimoniã obtundẽdi; veluti ſyrupo violaceo, de papauere, & antidoto de papauere, & diatragacantho, vel diapenidio ſine ſpeciebus, ea ſub lingua diu tenendo, quo paulatim liqueſcentia, aſperæ arteriæ ſummum id, quod in ipſum defluit, ſenſim ſuſcipiat, renitaturque ipſi oborienti tuſſi. præterea pilulæ bechicæ. Vbi vero ab aſperitate tuſſes fient, per lenientia,

Topica.

Ex inæquali intemp. frigida ex cohibitione ſpiritus.

Ab intemp. calida cum materia.

ia, & mordacitatem arcentia ſanabuntur. Ad cordis autem palpitationem Galenus quinto loc.aff.ait, victum extenuantem, & extenuantia medicamenta affectionem hanc curare: & hoc quod extenuent, diſſipent, & diſcutiant palpitationis cauſam, quæ fere ſolet eſſe intemperies frigida, faciens ſputum flatuoſum, craſſum. Quare depelletur dianiſo, diacalamentho, aromatico roſaceo, & pluribus aliis vel morſulis ex his factis. exterius epithematibus, & ſacculis cordi ad intemperiem cordis tollendam enarratis. Quod ſi cum frigida cordis intemperie frigidorum quoque aderit humorum redundantia, aut pituitoſorũ, aut melancholicorum, tollendi illi humores erunt: aduertentes ſemper vt purgantibus admiſceantur ea quæ corroborant. Spaſmus vero, ſeu conuulſio ſi fuerit ex repletione, curabitur euacuatione repletionis facta per propria auxilia, lib. de trem. rig. palp. conuul. prius tamen malfactis, extenuatis, atque inciſis humoribus, vt expulſioni ſint paratiores. caput etiam erit purgandum errhinis, apophlegmatiſmis in memoria abolita, ſeu intemperie frigida cum materia ipſius cerebri dictis: & ceruix, ac tota ſpina inungenda ex oleo de caſtoreo, nardino, coſtino, nuce muſcata, & cataplaſma imponendum, caputque ipſum erit inungendum prædictis oleis, & ſacculis. Curat Hippocrati, & Galeno huiuſmodi cõuulſionẽ febris ſuperueniẽs, quæ p̃ initia nõ fuerit, 2.ap.26. &

Ab aſperitate.

Cordis palpitationis Cauſa.

Spaſmus ex repletione.

Febris ſuperueniens curat conuulſionem.

multa frigidæ aquæ perfusio, iuueni sane, æstate media, ex accidenti: quanquam huiusmodi remedium sit periculosissimũ. Sin autem conuulsio fuerit ex inanitione & siccitate, humectatione tollitur a Galeno 12. meth. victu sane humectante, & eos fouendo oleo dulci, aut amygdalino calido, lauacro dulcis aquæ. Sin autem fuerit conuulsio per consensum, curabitur ex curatione partis primario affectæ, veluti 12. metho. curauit Galenus adolescentem quendam ex rodentibus succis os ventriculi infestantibus, vomitu facto per potum aquæ tepidæ. Sin autem cõuulsio fuerit ex ictu scorpionis, aut alterius feræ, rescindendum erit membrum: quemadmodum nonnulli rustici apud Galenum fecerunt, & sanati sunt. Aut si noluerint rescindere membrum, faciẽda erit ligatura paulo supra affectam partem, veluti 3. loc. aff. docet Galenus, partique affectæ medicamenta erunt adhibenda, quæ vehementer attrahant. Id autem dupliciter fiet, vel medicamentis calfacientibus, iis scilicet quæ eschacaram inducunt, & cauteriis, 13. meth. & theriaca ad extra imposita. quæ & ipsa lib. de theriaca ad Pisonem, venenum ad extra trahit: aut cucurbitula, aut aliquo, qui ore suo virus extrahat. Incubus vero si continget, post purgationem ex stomachicis pilulis, aut Galeni hyera cum agarico, ventriculus, & caput erunt roboranda exhibitione diarhodonis, aromatici rosati, & caput expurgandum apophlegmatismis,

In conuulsione ex inanitione & siccitate.

Ex consensu

Ex ictu venenatorum animalium.

Incubus.

mis, errhinis in apoplexia, & epilepsia fieri solitis, & irrigationibus, & vnctionibus capitis calidis. Apoplexia vero, cuius morbus fere intẽperies frigida cũ materia cerebri esse solet, si curari poterit, post clysteres, glandes, vincula, frictiones vehementes extremarum partiũ corporis, pluribus cucurbitulis humeris affigendis, cucurbitula etiam occipitio cum scarificatione defixa, theriaca, & mithridato erit vtendum. & post capitis euacuationem, apophlegmatismis, pastillis mansilibus factis, & rubificantibus etiam medicamentis, sinapismis dictis, ac aliis admotis, quæ calfaciendi, ac disijciendi vim habent. Ad paralysin vero (cuius causa fere est intemperies frigida cum materia) proderit resoluti membri seu torpentis summam cutim exasperasse, vel vrticis cæsam, vel imposito sinapi: sic vt vbi rubere inceperit corpus, remoueãtur: & cucurbitulas quãdoq; sine ferro oportebit admouere, & vnguentis affectum membrum lenire. Eodem modo si resolutio fiat ex frigore, inuenta parte primario affecta, dictis medicamentis curabitur, diffusius in curatione intemperiei frigidæ & humidæ cerebri dictis. Vbi autem pendebit, aut ab inflammatione, aut scirrho, ex eorum curatione sequetur affectionis curatio. In oris autem tortura seu cõuulsione canina, cerebri erit habenda cura, vt roboretur, prius ipso euacuato errhinis, apophlegmatismis, & pastillis, cucurbitulis in occipitio iuxta primam

Apoplexiæ causa præcipua.

Paralysis causa præcipua.

Paralysis ex frigore.

Ab inflammatione a scirrho.

Canina cõuulsio.

vertebram affixis, & reliquis topicis cerebrũ roborantibus superius in morbis capitis enarratis. Ad vertiginem vero, si fuerit per essentiam in cerebro proderit euacuato prius corpore vniuerso, & materia continente ipsius obstructionis, apophlegmatismis, nasariis, gargarismis, odoramẽtis vti. Vbi affectio perseuerabit, nec prædictis cedet, arteriæ ipsę iuxta tempora sitæ supra aures erunt incidendæ, præsertim vbi e vaporibus calidioribus per arterias sursum elatis affectio insurget, Gal.13. loc.aff. quanquam, vt ait Galenus, non omnes huius auxilii beneficio curati fuerint, tum quod per altiores arterias, quæ ad cerebrum ascendũt, vaporosus spiritus interim elabitur, tum etiam quod spiritus flatuosus ex inæquali cerebri intemperie oriri potest. Sin autẽ vertigo per consensum fiat, præsertim a ventriculo, vomitu curari poterit, aut purgatione ex hyera Galeni. Vbi vero accessio aderit, glandibus ex hyera, agarico, sale gemmæ, & despumato melle, & clysteribus, & frictionibus, & odoratis tolletur. Epilepsia vero cum possit esse, aut per essentiam, aut per consensum: & si per consensum, aut a ventriculo, aut ab aliqua corporis parte, si erit epilepsia per essentiam in capite: huic sane victus ratio extenuãs, atque incidens vtilissima erit, Gal.lib. de attenuatione victus ratione: vbi huiusmodi victus rationem epilepsias ait paruas, & etiamnum incipientes eam penitus sanare, inueteratas

Vertigo per essentiam cerebri.

Arteriæ supra aures incisæ in vertigine.

Vertigo per consensum.

Epilepsia per essentiã in capite.

vero ac consummatas iuuare nō mediocriter: (quanquam hanc viuendi rationem non solum epilepsia per essentiam, sed etiam epilepsia per consensum postulet) Igitur in ipsa accessione oportebit vti clysteri acri, glande, extremarum partium forti ligatura, vomitus proritatione: quo humores ex stomacho trahantur, & sensum irritantibus medicamentis naribus admotis, veluti bitumine, aut cedrina pice: & ab accessione purgato corpore vniuerso ab eo humore incipiēdum erit qui peccabit, & capiti sternutamentis, errhinis, mansilibus pastillis, cucurbitulis cum scarificatione scapulis seu in occipitio affigendis, & postea cataplasmate: sed insuper etiā sinapismus capiti erit adhibendus. Atque vbi nec his malum cesserit, ferro candente occipitium & infra, quo loco summa vertebra cum capite cōmittitur, adurendum erit, vt pernitiosus humor euadat: ad hoc etiam confert assumtio leporini coaguli cum aceto exhibiti, erui magnitudine, quod summopere Galeno cōmendatur 10. simpl. quotidie illud assumendo: & vbi non aderit, eius loco hœdinum erit adhibendum. Quoniam vero pueri huiusmodi affectione plerumque laborare solent, quapropter sciendum, nutrici exhibendam esse eam viuendi rationem extenuantem, pueris vero mel despumatum ad delingendum, collo alliganda pæoniæ radix, quæ semper stomachū contangat, 6. simp. Gal. & vtendum est glan-

In epilepsia accessione.

Coagulum leporinum.

Epilepsia in pueris.

de, clysteri, puluere capiti inspergédo, sacculo inunctione spinalis medullæ ex oleo nardino &c. Sin autem epilepsia erit per consensum, si fuerit ratione ventriculi, bonæ concoctionis oportebit esse studiosos, 5. loc. aff. panis erit optime præparatus, vino albo modice astringente madidus, vbi sitiet, quod huiusmodi vinum, vt ait Galenus, vt ventriculum robustum efficit, ita haud quaquam caput tentat: exhibendumque erit medicamentum amarũ ex aloe singulis annis bis aut ter, quod hoc iuuenem quendam grammaticũ a prædicto affectu Galenus liberarit. & vbi vigebit pituita, agaricum non erit prætermittendum, quod 6. simpl. morbo comitiali obnoxios sua facultate san. postea os ventriculi ab extra inungendũ erit calfacientibus, & corroborantibus; oleo de absinthio, & huiusmodi. At si nec caput, nec ventriculus epilepsiæ originẽ habeãt, sed per consensum ab alia quadã parte ea initium sumat, siue pes, siue manus fuerit, conferẽt vincula superioribus partibus iniecta, Gal. 3. loc. aff. quod inspexit in puero a medicis hoc modo sanato. postea parti affectæ medicamẽtum ex thapsia, aut sinapi erit admouendum, de quib. meminit 3. loc. aff. Galenus. Sequũtur vitia seu symptomata virtutis vitalis: veluti est æstuatio, lipothymia, syncope. Omnium autẽ animi deliquiorum cũ duo præcipua causarũ sint capita: resolutio scilicet & suffocatio, siue inanitio nimia & repletio, hoc tamen omnib.

Epilepsia per consensum ventriculi.

Agarius epilepticis prodest.

Epilepsia per consensum pedis, manus aut alterius.

Vitalis virtutis symptomata.

Animi deliquiorum dua prima causa.

commune

commune eſt, quod etſi vera ne curatio ſit ex curatione, ſeu remotione cauſarum nõ attendamus, neceſſarium tamen eſt cauſas prius cõcipere: quoniam etſi, cum ſyncope deprehenſus eſt ęger, omnis ſollicitudo medẽtis ad ſymptoma verti debeat, eas nolimus curare: dirigunt tamen nos ad inueniendas indicationes recte curandi: veluti, ſi nimia euacuatio eſſet cauſa inducendi animi deliquium, volumus ſiſtere ventrem, refocillandas eſſe vires cauſa ipſa docebit, & etiam qua via ſit procedendũ: & hoc, quia ſciuimus nimiam euacuationem fuiſſe in cauſa deliquii ipſius animi: verum eſt, quod ſi ſyncope actu vexabitur æger, tunc omnis noſtra curatio vertẽda eſt ad ſymptoma. Sin autem adhuc nõ premetur, vtriuſq; ſimul erit habenda ratio: & vt ſymptoma non incidat, & vt morbus paulatim diſcutiatur, ex Gal. 12. metho. Præter hæc in hoc quoque omnes ſyncopis ſpecies conuenire videntur, ſeu ſyncope ſit per eſſentiam, ſeu per cõſenſum, cordis ſemper eſſe habendam rationem, eiusque robur perpetuo eſſe ſeruandum, & hoc, quod nullũ ſyncopes genus gigni poſſit, niſi ipſum quoque cor afficiatur. His prænotatis, ſequitur vt percurramus curationem ſymptomatũ, ſeu deliquiorum animi, incipiendo ab iis, qui fiunt ex reſolutione, ſeu inanitione. Igitur ſyncope quæ fiet ex inanitione & reſolutione: veluti in his qui ex cholera & alui profluuio in illam incidunt: & vt vniuerſaliter dicam, ſyn-

Cauſarum cognitio indicationes monſtrat.

In omni ſyncope cordi proſpiciendum eſt.

Syncope ex inanitione & reſolutione.

cope quæ fiet ex nimia euacuatione auersione tolletur, seruando situm, vt ait Galenus 1.ad Glauc. Seruabitur autem quoties materia trahetur ad oppositum. secundo, seruando rectitudinem lineæ vasis. Tertio, seruando rationẽ commertii ipsorum vasorum: quanquam sæpe tertia conditio non adsit. Atque hoc est illud, quod ait Hippocrates: dolente parte posteriore capitis, vena frontis incisa dolorem sedari, vbi etsi adsit oppositio situs, & lineæ rectitudo, tamen nullus venarum adest consensus iuxta partem posteriorem, & anteriorem capitis, nisi quod adest conspiratio corporis vniuersi: verum est, quod vbi adest etiã tertia conditio, melior est ipsa auersio, seu vbi non adest, modo illa duo saltim seruentur, commode etiam auersio fiet. Quare in omni auersione seruandus erit situs: veluti in patiente fluxum menstruorũ, aut hæmorrhoidũ, partes inferiores sublimes erunt ponendæ, vt ex illa depressione sanguis ab inferioribus ad superiora deueniat. Fluente autẽ e naribus sanguine, opposito situ erit procedendum, modo situs incommoditas non causet dolorem, quia tunc dolor magis attraheret. Extremæ igitur corporis partes vinculis vehementer erũt cõstringendæ: crura quidem si supra eruptio fiat, manus vero, si infra. Igitur per inferiores partes vbi fient euacuationes, manibus fortiores erunt fiẽdæ ligaturæ, veluti in fluxione sanguinis per hæmorrhoidas, aut ventris profluuio, aut mensium fluore nimio. contra autem in

Auersionis tres conditiones.

Menstruorũ fluxus.

Fluxus hæmorrhoidũ.

Hæmorrhagia narium.

Hæmorrhoidum fluxus.

fluxu ſanguinis per nares,&vomitu,crura fortiter erunt vincienda: tandemque ſemper erit trahendum ad oppoſitum ex Gal. 1. ad Glauc. aut ad communia membris patientibus, aut ad ea membra, in quibus creditur eſſe origo euacuationis: veluti in immodica vteri euacuatione,cucurbitulæ mammis appoſitæ euacuationem ſtatim ſedabunt. Quæ vero fiet ex naribus,hepati ac ſpleni appoſitæ iuxta narem patientem. & vbi ex vtraque nare multus ſanguis effluet, vtrique viſceri erunt adiiciendæ. Præter autem auerſionem, cum ſyncope fiat ex nimia reſolutione, atque inanitione, coarctione erit vtendum. atque hoc eſt illud, cur Galenus iubeat, tales inſpergendos eſſe aqua frigida:veluti aqua roſacea cum aceto,vt coarctentur ſpiritus per aſtrictionē meatuū cutis, per quos difflantur ſpiritus:acetū autē adiuuat penetrationem. Ita enim reſolutio per apertionem emendatur coarctatione.Inanitio vero emendatur aliqua repletione. Atq; hoc eſt illud,cur Galenus iubeat etiā vini exhibitionē vt citiſſima poſſit fieri reſtauratio,quod citius & facilius ſit potu nutriri quam cibo. Quoniā vero ex nimia apertione ſpiritus diſſoluuntur, ſequitur vinum calidum non eſſe exhibendū, quod calidi ſit dilatare, & magis aperire. Atque hoc eſt illud,cur Galenus iubeat exhiberi vinum aqua gelida temperatū, vt a frigiditate calor detineatur.Quanquam ſi ſymptoma adeſſet,aut febris aſſociata, aut aliqua corporis

Alui profluuium.
Hæmorrha. narium.
Vomitus.
Vteri immodica euacuatio.
Narium fluxus immodicus.

Coarctatione opus eſt præter auerſionem.

Vinum calidum non conuenit in diſſol. ſpirituum.

Electio vini in vētriculo debili.

inflammatio, vinum non conueniret. Electio etiam vini penes modum substantiæ a membro affecto erit sumenda: ob id si ventriculus debilis factus sit, calor autem debilis crassum conficere non possit, hac ratione tenue erit exhibendum. In sanguinis autem eruptione, crassum, frigidum, acerbum, & nigrum erit exhibendum, vt ait Galenus: crassum quidem vt sanguinē crassum gignat, & fluxioni ineptū. acerbum vt astringat: & nigrum, magnū quinetiā, vt nutriat. vnde tenue aperiret, & humores fluxibiles faceret. calidum idem inconueniens adiuuaret, & album. Animus etiā odoramentis erit reuocādus, quod nihil sit, quod vires citius odore reuocet, Gal. 2. aph. 11. Quare naribus admouendæ erunt rosæ, violæ, mala cotonea, & huiusmodi: pauimentumque irrorandum erit, ac foliis insternēdum mirti, vitis, quercus, rubi, atque etiam rosis. Aer cubiculi reddetur frigidus, & reliqua ad rationē victus attinentia. Sequuntur ea, quæ exterius sunt applicanda, in quorū applicatione, vt ait Galenus, sumēda erit indicatio a loco affecto, considerando naturā, substantiā, operationes, nobilitatem, & situm loci. Ob id vbi thoraci, vel ventriculo, vel hepati, vel vtero opus erit applicare astringentia, cauendum tamen erit a frigidis, quod frigida horum membrorum operationes, quæ a calido proficiscuntur, destruant. non enim thoraci, præsertim vbi sanguis exspueretur, quod cum tussis aliquando a sola

In eruptione sanguinis.

Odores cito reficiunt.

Topica.

Thoraci, ventriculo, hepati, vtero frigida non sunt applicanda.

ſola frigiditate fiat, tuſſim excitarent medicamenta frigida, nec ventriculo & hepati, ob eius operationes, nec vtero, quod frigida neruis ſint inimica: ſed frigida iis membris erunt applicanda, quæ a frigiditate lædi nõ poſſunt. Qua ratione ſanguine ex naribus fluente, frigida cerebro ſeu fronti poterunt applicari: tũ quod cerebrum ſit frigidæ, & humidę temperaturæ, tum quod ratione plurimarum venarum, quas habet frigidis reſiſtere poſſit: tum quod ab oſſe magno defendatur cerebrum: vt his rationibus capiti oxyrhodina frigidiſſima applicari poſſint. Balneum autem aquæ dulcis vbi ſyncope pendebit a ventriculi fluxione, commodiſſimum erit: & hoc, quod fluentib. humoribus a circũferentia, ſiue ambitu corporis vniuerſi ad centrum, ſeu ventriculum, balneo trahamus a centro, ſeu ventriculo ad circumferentiam. Quod tamen balneum non conueniret, nec in fluxione ſanguinis hæmorrhoidum, vel narium, vel vteri: & hoc, quod dilatet, aperiat, humores attenuet, & ſanguinẽ faciat magis fluentem, nec quibus ex nimio ſudore deficit anima, quod ratione apertionis quæ fit a balneo, maior ſyncope fieret. ſed potius cutis eſt refrigeranda, atque inſpiſſanda mirtino, roſaceo, & cotoneorum oleo. Quæ tamen infrigidantia, & conſtringentia cutim in fluxionibus alui non conuenirent: & hoc, quod cum in ventris fluxione fiat motus materierum a circumferentia ad centrum, ſi in-

Capiti frigida adhibentur in hæmorrhag. narium.

In ſyncope a fluxione vẽtriculi bal. aquæ dulcis

Balneum aquæ dulcis quando non conueniat.

In alui fluxionibus non conueniunt infrig. & conſtringentia.

Syncope ex nimia repletione quid differat ab ea quæ ex inanitione.

frigidantia applicaremus, augeretur motus a circumferentia ad centrum, & materia magis adhuc propelleretur: sed balnea, vt ait Galenus, hoc casu maxime conuenirent. Sequitur ars curandi deliquia animi ex nimia repletione, seu suffocatione, quæ quidem in hoc differt, vt ait Galenus, a curatione deliquiorum animi ex inanitione, seu resolutione, quod in curandis iis, quæ fiunt ab inanitione, seu resolutione, prohibemus eductionem: quinimmo aliquid introducimus. In curatione autem illorum qui a suffocatione, & repletione, oppositum facimus, euacuamus, & nihil addimus. Cum igitur curationes sint contrariæ, sequitur quod etiam indicationes erunt contrariæ: vnde repletio indicabit euacuationem, & determinata species repletionis determinatā speciē euacuationis: repletio quidem plethorica, in qua adest plurima virtus, sanguinis missionem, cacochymia vero purgationem. Illud autem circa hoc non est prætermittendum, vt notat Galenus, etsi in syncope ex repletione, euacuatio sit oppositum remedium, naturam tamen symptomatis esse perpendendam: vnde cum in syncope virtutem debilem, & prostratam habeamus, etsi repletio, seu causa euacuationem velit, & suadeat, symptoma tamen eam prohibeat, quapropter vtriusq; habenda erit ratio, habebitur autem, si quidem euacuabimus, sed parce, quæ insensibilis euacuatio appellari solet. Atque hoc est illud, cur

In Syncope ex repletione Notandum.

cur 12.meth.nulli inquit talium, etsi vacuationem postulent, sanguinem esse mittendũ sine maximo dispendio, nec purgationem sustinere posse, vtpote quod hæc syncopen inuehere possint: sed tamen cum vacuari postulent, nullam aliam idoneam vacuandi rationem 12. meth.inuenit,ab Aetio, & Paulo etiam confirmatam, quam eam quæ fit ex frictionibus. Atque hoc est illud, cur primo ad Glauc. laudet Galenus extremorum ligationem,& artuũ frictiones. Frictio autem talis esse debet, vt sit mollis,lenis,longa, & materia calfaciente facta.lenis quidem,vt aperiat;nam aspera cutim constipat;longa vero,quod mollis,& lenis etsi apertionem faciat,& calfactionẽ, euacuationem tamen absq; longitudine facere non posset:materia vero calfaciente;veluti decoquendo vinum aromaticum, & oleum camomellinum,seu anethinum ad vini consumtionem: & hoc,quod non solum a motu, sed etiam a re calfaciente fiat maior apertio, maiorque humorũ exhalatio.Hactenus declarauimus conditiones, quibus frictio insignita esse debet: sequitur vt magis particulariter modum ea vtendi percurramus.Igitur in principio morbi incipere frictiones oportebit linteis non admodum mollibus, sed aliquali asperitate participantibus, primum incipientes a cruribus superne deorsum &brachia eodem modo fricando superne deorsum. postea ad spinã dorsi transeundo, totamq; illã fricando prius sicca

Euacuationes quomodo instituendæ sint in syncope.

Frictiones.

Frictiones quomodo instituendæ.

B

frictione, dein oleo. ab hac rursus ad brachia, & crura reuertẽdum, exinde ad spinam. & vbi pulsus robore mediocris erit, æqualis, & minime intercisus, audacter alui aliqua erit habenda ratio, per inferius aliquid infundendo. Ventriculus autem fouendus erit oleo, in quo absinthium ebullierit, aut emplastro quod fit ex palmulis, vino, farina hordei, croco, aloe, & mastice. Odoramentis quoque animus reuocari poterit hoc modo paratis: Ex aquæ rosarum, florum citrangulorum, & melissophilli ana vnc. ij. corticum citri, ligni aloes an. drac. j. moschi, & ambræ vtriusque gr. iij. aceti vnc. j. Interim etiam cordi erit succurrendum ab extra adhibitis medicamentis; epithematibus scilicet, vel sacculis hoc modo paratis: Ex aquę melissophilli, florum citrangulorum, & roris marini ana lib. ß aquæ rosaceæ vn. iiij. ligni aloes, corticum citri, singulorum drach. ij. cinnamomi, caryophyllorum, vtriusque drach. ß. croci drac. v. ossis de corde cerui numero ij. moschi, & ambræ singulorum gr. iiij. vini fului odoriferi veteris vnc. iiij. misce, & supra cor epithemata fiant. Sacculi autem hoc modo erunt parandi; Ex floribus melissophilli, roris marini, & citrangulorum, sampsuci, & serpilli, cum cinnamomo, croco, caryophyllis, corticibus citri, rosis siccis, ac ligno aloes simul commixtis, & contusis, additis granis tribus moschi, & totidem ambræ, cũ serico saccelli fiant. A cibo aûtem, & vino temperandum erit, vt ait

Fotus in syncope.

Odoramenta.

Epithemata cordi prospicientia.

Sacculi.

Cibus. Vinum.

ait Galenus, quod corpora malorum humorum repleta quanto magis nutries, tanto magis lædes: balneum, & vinũ ante materiæ concoctionem fugiendum, quod balneum cum exhibemus, humores debent esse parati, & intra, & extra. Vinum etiam fugiendum, quod præter quod nutriat, colliquet, distribuat, cõfertim per venas ducat. quorum nullum cum frictiones efficiant, ob id frictiones etiam materia exsistẽte inconcocta, fieri consueuerũt: sed vice vini aqua mulsa, quæ ex aqua, & melle conficitur, inquit Galenus, erit exhibenda, in qua decoctũ sit pulegium, thymus, hyssopus, & huiusmodi, vt concoctio adiuuetur incidẽdo, & abstergendo. Vt autem res in symptomate tanti momenti clarior fiat, exemplum ponemus syncopes prouenientis ex suffocatione spirituum, & caloris, ex redundantia excrementorum fluentiũ ad ventriculũ propter eius imbecillitatem. Igitur prius considerãda erit ipsa fluxio, & fluxionis ipsius materia: quæ si, exempli gratia, erit frigida, ratione fluxionis prius euacuandi erunt humores fluentes (neque enim, vbi fit fluxio ad ventriculum, incipiendum est a corroboratione, quando humores syncopen causantes magis inculcaremus, & sic maior syncope fieret) postea corroborandus erit ventriculus, ne nouam materiam recipiat. Corroborabitur autem, vt ait Galenus, huiusmodi emplastro: Ex vini aromatici (frigidam enim materiam respicimus)

Balnea.

Syncope ex suffocatione spirituum & humorũ redundantia in ventriculo.

Corroboratio ventriculi.

lib.j. farinæ hordei optime tritæ vnc. j. decoquatur vinum cum farina ad mellis ſpiſſitudinem: dein accipe carnis palmularum ſecundũ artem extractæ vnc. ij. & ponantur in hoc decocto, & ebulliant vna ebullitione lento igne, dein accipe maſtices, aloes optimæ ana dra. ij. croci ſcrup. ß miſce, & fiat emplaſtrum, & loco applicetur. corroborat enim, penetrat, abſtergit, mundificat, & calfacit. Sin autem adhuc non acceſſerit ſyncope, ſed prope ſit, & ſentiatur magna æſtuatio in ventriculo, hoc modo faciendum erit, vt ait Galenus: ℞ olei maſticini, de abſinthio ana drac. iij. olei de citoniis, vel melini drach. ij. vini lib. ß decoquantur ad conſumtionem vini, vt addat ſubtiliationem: liquidius vero illud facit ne oneretur ventriculus, & aliquod refrigerans appoſuit, quod modica refrigeratio non exſtinguat, ſed excitet calorem, ſicut flabellus excitat ignem. & in hoc, vt ait Galenus, ſuccus vuæ acerbæ eſt pręferendus, quod non ſolum refrigeret, ſed etiã aſtringat. At ſi ſuffocatio caloris, & ſpirituum fiet ex fluxione humorum calidorum ad ventriculum, vnde ſequatur ſyncope, vel ſit ſecutura, aqua frigida confert, vt ait Galenus, modo ſit opportune data; nimirum quod ſi penderet a materia frigida, maxime noceret: Vnde prius recte, & exquiſite erit præcognoſcẽda materia. Cognoſcetur autem eſſe bilis, & non aliud, ex ætate, temperatura, anni tempore, ventriculi caliditate, ac bilis vomitione.

Ex fluxione humorum calidorum ad ventriculum.

Illud

Illud tamen adhuc ſatis non erit, niſi etiã præſcierimus humorem calidum non eſſe imbibitum in profundo tunicarum ventriculi. Nã tunc ratione frigiditatis iſtius aquæ, poros membrorum conſtiparemus, quare humor impactus putreſceret, & ita ſyncopim augeret. Cognoſcitur autem eſſe imbibitus in ventriculi tunicis, ex eo, quod nauſeam habebũt, & non euoment. ſed vbi euoment aliquid, tuto dari poterit aqua frigida, a qua deponitur bilis ab ore ventriculi ad ipſius fundum. Sed hactenus dictum ſit de curatione actionũ læſarum. Sequitur vt agamus de curatione ſecũdi generis ſymptomatum; excrementorũ ſcilicet immutatorum. Quoniam autem vitiorũ circa excremẽta, etſi multiplex ſit genus, quod tamen frequentius contingit, eſt circa quantitatem excrementorum; quoties ſcilicet aut abundantius exeunt, & fluunt, quam par ſit: aut e contra minus exeunt, & in corpore retinentur, cumque contraria contrariis curentur: fluxionis autem contrarium cum ſit ipſa ſuppreſſio, ſuppreſſionis autem fluxio: ſequitur igitur, vt percurramus prius quid ſit vnũquodque illorum, incipientes a ſuppreſſione, qua mediante excrementorum fluxio emendari ſolet. SVPPRESSIO eſt excrementorum corporis humani retentio facta ab iis, quæ motum auferre poſſunt, ne vires propter nimiam fluxionis copiam proſternantur. Ideo autem dicitur: Suppreſſio-

Quomodo cognoſcendũ an humores ſint in ventriculi tunicis imbibiti.

II. *Excrementorum immutatorum vitia.*

Suppreſſio.

nem esse retentionem, quod retentio sit proximũ genus ipsius suppressionis, quẽadmodũ expulsio est proximũ genus ipsius fluxionis. Et ꝙ sequitur: esse retentionẽ excremẽtorũ corporis humani, notat symptomatũ genus, circa ꝙ versatur huiusmodi remedii genus: Quod postmodum additum fuit, suppressionem fieri ab iis, quæ motum auferre possunt, notat causas efficientes ipsius suppressionis: quæ quidẽ facile apparebunt, si procedamus ex cognitione causarum efficientium motum ipsorũ excrementorum, seu fluxionum suppressioni oppositam. Porro cũ expulsio sit species quædam motus; & motus tribus saltẽ perficiatur; mouẽte, mobili, & spatio, per quod fit motus: sequitur igitur quod etiã expulsioni tria præcipue erunt necessaria; vis pellẽs id, quod pellitur, & spatium, seu loca, seu viæ, per quas habet fieri pulsio; dummodo talis sit inter hæc tria proportio, vt virtus pellens validior sit vi exsistente in eo, quod pellitur: quod autẽ pellitur ita inualidius sit ipso pellente, vt veluti victum virtuti pellenti sequax sit, & obedientissimum: neque spatium virtuti pellenti resistat. Vbi sane hæc omnia conuenerint, necessario sequitur pulsio. Nunc sequitur vt ostendamus quibus ex causis validior, abundantior, & crebrior fit excrementorum fluxio. Porro validior fit expulsio, vel ratione alicuius acrimoniæ stimulantis, vel exquisitioris corporis sensus, vel ratione imbecillitatis facultatis cõtinentis.

Expulsio est species motus.

Motus tribus perficitur.

Expulsioni quæ sint necessariæ.

Excrementorũ fluxio validior vnde fiat.

tinentis, vel ratione lubricitatis ipsius materię fluentis, vel ratione excrementorum aliunde refusorum, & ingenti ciborum copia, vel ratione latitudinis, amplitudinis, & laxitatis ipsarum viarum. ad hæc vbi in partem excipientem imbecillem, atque situm decliuiorē fluxio decumbet. Cum igitur his ex causis fluxio excrementorum validior, abundantior, criorque erumpat; veluti vrinæ, deiectiones, sudores, atque menses: sequitur igitur quod suppressio, quæ est opposita ipsi fluxioni, ac veluti quies quædam, oppositis ex causis procedet; nimirum tollendo acrimoniam stimulantem, partium expellentium sensum obtusiorem reddendo, facultatem expellētem imbecillem, & continentem validam efficiendo, materiam crassam, & motui ineptam reddendo, prohibendo excrementa aliundę refusa, alimentorum paucitate vias angustando, vel obturando. Ad hęc vbi pars recipiens ex imbecilli corroborabitur, & reddetur fortis, atque ex loco decliui sursum versus, & opposito situ erit situata. Et quod sequitur: Suppressionem excrementorum recte, & conuenienter factā ad hoc esse, vt ne vires propter nimiam fluoris copiam prosternantur, notat causam finalem, propter quam medicus suppressionē excrementorum fieri iubet; nempe quod nūquam fluor aliquis est cohibendus, nisi cum periculum est, ne vacuationis copia vires deiiciat, aliter nunquam recte, & conuenienter

Excrementorū suppressionis causa.

Suppressionis excrementorum causa finalis.

fiet;quemadmodum diſcurrentes ſingulas excrementorum ſpecies magis particulariter oſtendemus. Amplius, vbi fluxiones excrementorum fient per modum criſis, ita quod per eam totum corpus, aut aliqua eiuſdem corporis pars expurgetur, ac vtiliter ea excernantur, quæ ſint corporis commodo, minime reprimere, ſeu inhibere, & ſupprimere conueniet, ne materia in aliam conuerſa partem, prauos alios affectus generet, veluti pleuritim, aut lethargum, aut pernitioſas parotidas, vt aiunt Alexander, & Aetius: ſed cum ſalubriter a natura aliena euacuantur, aut vſque quo eadem omnem curam ſuam impenderit, exſpectare oportet, aut ipſius etiam motus adiuuare. Nã vt Alexander fatetur, vidit quandoque ventrẽ initio affectus ad quartum quintumue diem profluxiſſe, & poſtea fluorem, aut per ſe, aut medici auxilio ſubſtitiſſe, vnde ægri in magnũ periculum inciderunt, vtpote in aliquem prędictorum affectuum: quod a Galeno etiam notatur 9. meth. Poſtquam iam expediuimus artem ſupprimendi nimiam excrementorum fluxionem: ſequitur vt oſtendamus quomodo ab hac arte directi qui praxim exercent, in cuiuſque generis excrementorum fluxione, aliquo iſtorum, vel omnibus vtantur pro ſuppreſſione, & quibus materiis, ſeu medicamentis procedere ſoleant, incipientes a fluxione pituitoſa a cerebro fluente, quæ catarrhus appellatur. Atque hoc eſt illud, cur practici in

Critica excrementorũ expulſiones non ſunt inhibendæ.

catarrho

catarrho præter ordinatam viuēdi rationem, materiæ præparationem, eiuſdem purgationem, & auerſionem, catarrhum ſupprimant, ſiſtant, & incraſſent; quādo ſcilicet ab eo longiore ſuffocationis periculum impendet, aut ab eo acriore, aut tenuiore excoriatio, aut ab vtroque tuſſis aſpera, & inſomnia. Alioquin enim ſiſtendus non eſt, nec materia in cerebrum partem principem regerenda. Quapropter ſupprimere, ſeu ſiſtere illum volentes, iis vtuntur quæ aſtrictione ſua ſupprimūt: veluti bolo armenia, ſpica, thure, gummi iuniperi, maſtiche: nec enim pectori nocent, præcipue ſpica: ad hæc materiam incraſſant. & præter hæc etiam adhibetur ſuccus glycyrrhizæ, ſyrupus eiuſdē, & violarum, iulep violatus, ſaccharum violatum, penidia, diatragacanthum, ſyrupus papaueris, elegma eiuſdem, diacodion, trochiſci bechici in ore retenti, cum aliorum quædam deuorentur, & ſuffiantur, vt thus, gummi iuniperi, maſtiche: quædam gargarizentur, vt ſyrupi cum aqua roſarum, oxalidis: cætera ex Meſue ſumi poſſunt. Illud etiam notandum, quod notat Galenus 6. de valet. tuen. In quouis defluxu a capite ad ſubiectas partes, capiti ſaltem proſpiciendum eſſe, ipſumque ſanandum veluti mali fontem, ac firmandum, modo liceat: Etenim origo, & principiū catarrhi a capite naſcitur: hoc prænotato, vbi defluet ad nares materia calida, cōueniet ex aqua tepida p nares vaporē

Catarrhus pituitoſus.

Catarrhi longioris pericula.

123

Aphoriſmus.

Catarrhi origo in capite.

excipere, aut ex maluarum, hordei, violarum, & florũ camomeli decocto. Et si materia defluet frigida, ex decocto hyssopi, betonicæ. vbi autem decidet in os, & raucitatem faciet, conferent, compositiones, quæ sub lingua tenentur, modo supinus cubet æger. ex Galen. 4. & 5. meth. & 7. de comp. med. per loca, & sunt pilulæ bechicæ, & looch de papauere vbi materia erit calida: looch autem sanum, & de pinu in frigida: etiam glycyrrizæ radix sub lingua tenenda, atque ex Gal. 7. de comp. med. per loca glycyrrizæ decoctum cum sapa admixtum: & vbi magis discutere, & extergere velis, caricarum adhibebitur decoctum, aut cũ aqua hordei, vel in qua radix dulcis fuerit decocta. Quo modo autem, & quibus tollatur capitis intẽperies tum calida, tum frigida, quæ sunt causæ catarrhi, superiori libro morbis dicato dictũ fuit: veluti frigidam quidem cerebri intemperiem in materia catarrhi frigida, sacculis & saluia, maiorana, milio, thure, sale, & lotione capitis ex vino aromatico vel maluatico, cui plantæ capitales sint incoctæ: sumtis quoque electuario diamoscho dulci, & amaro, plirisarcotico, theriaca. In materia autem catarrhi calida, syrupis frigidis, cõseruis, & admotis oleis, & vnguentis frigidis in curatione morborum cerebri enarratis. At si catarrhus fuerit acris distillatio humoris, præsertim ad pulmonem aut pectus, toti corpori cõsulendum erit, quo sistatur erosio, omnesque per hæc tria curandos

Catarrhus ad nares in os defluens.

Catarrhi materia frigida.

In materia catarrhi calida.

Scopi in catarrho acri.

dos esse fatetur Gal.5.metho.sanguinis missione,purgatione, & per ea quæ caput roborant: quod in huiusmodi affectu non sit incipiendũ a paruis auxiliis,vt Erasistrato visum fuit.Quapropter sanguis statim detrahendus erit, præsertim,vbi corpus non multum gracile,& siccum erit. Postmodũ acredo distillationis erit contemperanda syrupo violaceo, rosaceo, ex nimphæa,seu papauere,cum hordei,buglossi, seu borraginis aquis,postea purgatione erit vtendum:capiti etiam prospiciendum erit, ne ex eo in pulmonẽ aut pectus aliquid defluat. In quem vsum conducet si æger assumet dra.j. infrascripti pulueris. Ex seminis hyosciami,& papaueris albi, singulorum scrup. ß. seminum coriandrorum præparatorum dra.j. corticum thuris gr.ij.mastiches gr.iiij. pulueris hirundinis præparatæ drac.ß.sacchari vnc. iiij. hæc assumendo per duas, vel tres horas a cœna ante somnum,vel pilulas duas de cynoglossa Nicolai , loco medicamenti , quod diaspermaton appellatur.Vbi si tussis aspera , & insomnis nõ vincitur prædictis,pilulæ de cynoglossa Mesuę sunt dandæ , quæ ad omnes morbos catarrho succedentes valere dicuntur, quia opiatæ sunt quanquam his non sit vtendum , nisi affectus curatione deplorata.Ex cerati quoq; vsu,quod fit ex thapsia,capiti prouidebitur , vt testatur Galenus,in huiusmodi acri defluxu:vice cuius eo loco quo sagittalis sutura coronali cõmittitur,aut sinapismo , aut ignito cauterio vteris:

1. Sanguinis missio.

2. Purgatio. Puluis præseruans pectus ab influxione.

Tussis aspera & insomnis. Pilulæ de cinoglossa Mesuæ.

Cauteria.

aut si tutius eo vti volueris, quamuis minus quoddammodo conferat, inter primam & secundam vertebram ceruicis locũ inures; quãquam aduersus Galenum acriter insurgat Alexander, asserens capiti adhibenda non esse acria medicamenta, quæ ex thapsia, ac columbarum stercore, aut sinapi parantur: & hoc, quod acriorem reddant humorem fluentem ad thoracem, & ad pulmonem: caputque ipsum adhuc magis distemperent. Quinimmo inter initia ait refrigerantibus & humectantibus esse vtẽdũ, veluti rosaceo cũ modica aqua frigida balneoque. Non vidit autem Alexander Gal. 5. metho. mox circa initia in acri distillatione acria medicamenta adhibere, non vt curet capitis intẽperiem, quæ sane calida est, sed vt acris humor partim auertatur ad oppositum, partim etiam consumatur medicamẽtis siccis, quod vt ait Gal. 5. meth. oporteat de hoc in principio esse valde sollicitos, vt ex capite nihil defluat, quod tussim causet in partibus illis, in quibus nisi defluxus statim inhibeatur, insanabiles penitus fiunt. Verum est, quod exhibita auersa, & exsiccata fluxione, caput postea ad melius temperamentum est reducendum, inunctione ex rosaceo, eoque ex crudo oleo, quod omphacinum appellatur, æstatis tempore composito. 6. de tuen. val. Aduertendum autem erit, cauterium nec ex iis quæ actu, nec ex iis quæ potentia inurẽdi vim habent, capiti adhibẽdum esse, nisi malum ex fluxu

An in destillatione acri acria medicamenta conueniant Galenus cõtra Alexan. defensus.

Cauteria quando adhibenda.

fluxu acrium humorum fuerit, quod ex cauterio capiti adhibito, præsertim qua parte sagittalis sutura coronali committitur, aut occipitio inter primam & secundam vertebram, (quo loco tutius fit) non exiguum commodum suscipiunt, Gal.5.metho.med.hoc sæpius experto: licet nec de iis, quæ igne fiunt cauteriis, nec de determinata capitis parte sermonē faciat. Sequitur eruptio sanguinis e naribus: pro cuius curatione & si frigidis medicamentis, & astringentibus sit vtendum, non tamē omni tempore illis est vtendum, ex 5. meth. sed postquam in alia loca prius auerteris: venæ sectione paulatim facta, cum hoc auxilio reuulsorio fateatur Gal.lib.de cur.ratione per venæ sectionē, validam se sanguinis ex naribus eruptionem sedasse, vel affixa in summa ceruice cucurbitula: quamuis occipitio eam apponat Paulus, & Aetius. Fronti postea medicamenta erunt imponenda, veluti spongia ex aqua frigida, seu rosacea. Vel hoc emplastrum; Ex succi poligoni, portulacæ, semperuiui, seu solani vnc.ß boli armeni, ac terræ lemniæ an. drac.ij. omphacitidis gallæ drach. j. lapidis hæmatitis drac.j.ß, cum ouorum albumine, pauco aceto, ac aqua rosacea paretur medicamētum, quod fronti imponatur, epithematibus iecori appositis, potissimum si ex altera nare fluat sanguis. Naribus autem ipsis medicamentū hoc indit Gal.5. metho. Ex manna thuris, & aloe, candidoque oui liquore confectū per contor-

In hemorrhagia narium quando frigidis & astringentibus vtendum.

Venæ sectio.

Emplastrū.

Naribus indenda medicamenta.

tum linamentum intus, extrinſecus vero leporis pilis additis, naribus admoueatur: vel thus confringito,& poligoni, aut porri ſucco diluito, in eoq; linamentum obuolutum indito,3.de comp.med.per loca ex Heraclide,ex cuius etiam ſententia mentam tritã, aut ſpongiam ſiccam immittendam præcepit. Inſuper ait Galenus, commodum eſſe per ceram, aut linteola aures obturare, & in ore aquam pluuialem frigidam continere, caputque non in ſublime leuare, ſed alias partes, quæ infra caput ſunt,ſublimes facere, eiuſdem Galeni decreto. Amplius huiuſmodi hæmorrhagiam e naribus,ſeu ſanguinis eruptionem(modo ſanguinis per nares profluuium criticum non ſit, quia tunc non eſt ſiſtendum, niſi copia vires immodice proſternat,) ad hunc modum ſiſtere ſolent, ex 5. metho. vbi habetur omnis hæmorrhagiæ curatio, præter enim viuendi rationem refrigerantem, & aſtringentem vias per quas fertur ſanguis, præter auerſionem, in qua ſpes curationis præcipua verſatur, ſanguinem ſiſtunt, & cohibent huiuſmodi ſumtis & admotis,nunc frigidis tantum,ſanguinem velut glaciantibus, & ob id ad fluẽdum ineptiorem reddentibus,viasque denſantibus, & cõtrahentibus,per quas ſanguis fluit, vt lactuca, portulaca, & alimentis aliis refrigerantibus. ad hæc,mannæ vnc.j.vel ſeſcuncia ſyrupi roſati,oxalidis,cidoniorum,granatorũ, præſertim vbi tenuior ſanguis: vel ſi is etiam eſt inflammatus,

Aurium obturatio in hæmorrhag. narium.

Hæmorrhagiæ curationis indicationes.

matus ſyrupi omphacii, limonum, acidæ partis citri cum duplo aquarum plantaginis, roſarum, oxalidis, ſolani, & cum ſcrupulis duobus, aut dra.j.trochiſcorũ terræ lemniæ ſigillatæ, vel trochiſcorum electri, quę etiam in nares immitti poſſunt trita, & fronti applicari. Et præter hæc, ſi neceſſitas vrget, hyoſciamo, opio, & opiatis recentibus, ſed a mitioribus incipiendum, & impẽſe frigida capiti parti principi, & frigidæ non adhibenda, quod ſanguinem, & ſpiritum animalem glacient, ac exſtinguant. nunc etiam aſtringentibus, & vaſa ſiue oribus hiantia, ſiue tunicis rariora, ſiue rupta vel inciſa vel eroſa vnientibus & contrahentibus, veluti roſis, balauſtiis, gallis, malicorio, rhu. Nunc emplaſticis, & meatus obſtruentibus, vt farina molendinorum tẽuiſſima, aloe, oui albo, caſeo, gipſo, muccaginibus. Nunc eſcharoticis: quæ vrendo eſcharam gignũt, quæ cruſta eſt hiatui vaſorum operculi vice, vt calce viua, fæce vini vſta, ſed potius calcitide & calcantho, & ſimiliter aſtringentibus ſimul & vrentibus, vt ab iis eſchara valentius hæreat: quæ ab aliis effecta promte cadit, & aucto hiatu hæmorrhagiam maiorem, & periculoſiorem reuocat, Gal.lib.5.meth. Nunc iis quæ ſanguinem ſiſtunt tota ſua ſubſtantia, ſeu proprietate occulta, & nobis ignota ante experientiam, vt ſucco baſilici, porri, vrticæ, vel tritis ipſorum foliis in nares immiſſis (mixto tamen his impenſe calidis refrigerante aliquo, vt ca-

In inflammato ſanguine.

Opiata.

Aſtringentia.

Emplaſtica.

Eſcharotica

Sanguinem ſiſtentia tota ſua ſubſtantia.

phura) ſtercori aſini recente in nares cum bombace immiſſo, vel ipſius ſiccati puluere in nares per calamum adacto : puluere item ſanguinis columbæ, vel limacium ſimul cum teſta aſſatarum ſimiliter adhibito, aut cum oui albo ſubacto, cerebellis gallinarum, iaſpide.

Stupefacientia.

Nunc ſtupefacientibus (vbi ſcilicet facultate prædictorum omnium victa ſalus eſt deplorata) quæ ſanguinem glaciant, vt athanaſia recente, philonis antidoto, a drachma dimidia propinando ad drachmam vnam : hæc enim cum ſomnum quoque concilient, hoc etiam modo fluorem ſedant.

Refrigerantia & aſtringentia quibus aliis partibus applicanda.

Refrigerantia autem, & aſtringentia non ſolum ſumenda, aut naribus ſanguine fluentibus immittéda, ſed fronti quoque, & vertici capitis, & collo, & interſcapulio, & lumbis, & teſtibus, & hypochondrio narem fluenté reſpiciéte applicanda ex bombace aut linamentis in hæc merſis, & modice expreſſis: ad hæc vertici ex alto torrentis modo hæc illidi, vel incidere eſt multo efficacius, vti & aquam e ſtillicidio in verticem illabi.

Hæmorrhagia arteriæ.

Galenus autem ad hœmorrhagiã etiam arteriæ, aloem & thus cum oui albo ſubigit, & pilis leporũ mollioribus excipit. Sunt qui per bolum armenam, & ſanguinem draconis, & oui albumina idem præſtant:

Aloe.

nec verenda aloe, foris enim admota glutinat, licet ſumta venarum ora adaperiat, Meſuæ, cum 3. de temp. nihil ſumtum, & foris admotum vires eaſdem habeat. præter hæc autem cauſam hœmorrhagiæ

morrhagiæ auferre nituntur, vt medicamentorum cholagogis si biliosus, & acer, & mordax is fuerit, vel glutinantibus remediis, si vas apertum est, & cæteris, quæ abunde. 5. metho. docet Galenus. Sequitur sputum cruentum, de quo sane diligenter est agendum. Igitur in spuitione cruenta semper erit aduertendum an sanguis exeat per vomitum, an vero aliquo alio modo inferius dicendo. Et si per vomitum; aut igitur ex quo sanguis exit, erit vas paruum, & modice apertum, ita quod qui ex eo fluit sanguis paucus sit, ex 5. metho. aut vas erit magnum, & vehementer apertum, ita vt multus sanguis exeat. Si igitur paruum erit vas, aut modice reseratum, modice etiam astringentibus erit vtendum, 5. metho. ex vino nigro austero: & vbi presto non erit huiusmodi vinum, aqua pluuia, aut in qua chalybs ignitus fuerit exstinctus, in quib. aloe, manna thuris, pini cortex, lemnium sigillum, ac lapis hæmatites, & rubi germina, aut mirti, aut lentisci, fructus quoque, siue cortex, siue germen maxime cotoneorum, mirtorum, & mespilorum decoquantur. Vbi autem maius vas erit, & maxime hiabit, balaustio, hypocistide, rhoe, omphacio, acacia, gallis immaturis, & malicorio, & lapide hæmatite cum succo mali punici. Et succum aut portulacæ, aut sanguinariæ, aut plantaginis vsq; ad vncias quatuor, vel quinq; bibēdū oportebit præbere, breuiterq;, refrigerantibus, & astringentibus curādi

Sputū cruentum per vomitum.

Ex vase paruo reserato.

Ex vase maiore.

Astringentia & frigida in sanguine quando adhibenda.

sunt, Hipp.7.aph.37. Possunt extrinsecus profluenti particulæ ventriculorum, iocinori,& spleni admoueri tum astringentia, tum citra astrictionem frigida. quanquam illud est notandum, quod non sine discrimine, nec omni tempore loca, quæ circa particulam sunt posita, vnde sanguis effluit, refrigeranda sunt, Gale.5.metho. sed prius facta auersione ad alia loca non semel tantum, sed pluries: nec ad vnã duntaxat partem, sed plures: nec vno auersionis modo, sed pluribus, veluti sanguinis missione, artuum frictione, & deuinctione. Tunc enim circa partem afflictam tum astringentia, tum frigida admoueri possunt, aliter læderetur æger;& hoc, quod sanguinem intro compellerent, ac venas, quæ in alto sunt, impellerent. Quare post factas auersiones, ventriculi partes ab extra illiniendæ ex rosaceo, melino, aut myrteo, cum aceti modico, aut vini austeri & crebrius linimenta erunt immutanda, ne si excalfaciant, rursus ab eis sanguinis cõmotio, atque irritatio nascatur. Et epithematibus hoc modo factis; Ex succi plantaginis, portulacæ, seu sanguinariæ, aut omphacii ana lib. j. aquæ plantaginis, & rosarum vnc. viij. aceti vnc. ij. omnibus simul mixtis fiant epithemata, quæ non minus conferent, si etiam iecori, aut lieni admoueantur, vbi ex iis sanguis profluet. Quod si sanguis in ventriculo instar grumi concreuerit, tum leporinum coagulum, aut thymus, aut thimbra cum aceto potanda erit, Paulo.

Vnguenta.

Epithemata.

Sanguis grumescens in ventriculo.

Paulo. Vbi vero non per vomitum fiet ſanguinis reiectatio, ſed ex gingiuis prodibit, hoc modo curabitur, oris collutione ex plantaginis, poligoni, ac portulacæ decocto in aqua pluuia, pauco aceto addito, vel vino rubeo aſtringenti: aut ex ſucci portulacæ, polygoni, & arnogloſſæ vnc.iiij. cum roſaceæ, ſeu myrtinæ aquæ lib.j. aceto modico, miſce, & vtere. Et vbi grauiter erumpet, impetus eius erit coercendus, admota eius occipitio cucurbitula, ſi ex faucibus, aut gurgulione, aſtringentibus prædictis per collutiones, aut gargariſmata adhibitis. Huc etiam facient, ea quæ in angina, & gurgulionis inflammatione dicta ſunt: Si a capite ſanguis feratur, per nares erit deriuandus, ſi multus erit, acacia ex aceto frontis, atque temporum partes illiniendæ: & perſeuerante fluore cucurbitula, ſubiecta flamma plurima, occipitio erit apponenda. Sin autem cruenta ſpuitio ex inſtrumentis ſpiritus prodibit, aut prodibit ratione refrigerationis inſtrumentorum, aut ratione reſerationis, ſeu ruptionis ipſorum vaſorum, aut ratione exeſionis ipſorum. Si fuerit ratione refrigerationis, poſt venæ ſectionem bis eodem die factã, & poſtridie etiam fiendam, Gal.5.met. ratione diuerſionis factam: atque artuum, atque extremarum partium frictione, & ligatione: toti pectori ceratum, quod ex thapſia conficitur, poſt alteram ſanguinis detractionem ſecunda die erit imponendum, mox veſperi, ne ſupra,

Sputum cruentum ex gingiuis.

Sanguinis eructatio ex faucibus aut gurgulione.

Sanguinis eiectatio a capite fluẽs.

Sputũ cruentum ex inſtrumentis ſpiritus ratione refrigerationis.

modum calfaciat, auferendum: & rursus tertia die ad tres horas apponendum: & corpore vacuato diaspermaton ad vesperam exhibebat, non semel duntaxat, & hoc, quod somnum conciliabat, sensum doloris leuabat, & siccandi vim habebat, postremo Thabias ægrũ mittebat. Sin autem cruenta spuitio ex reseratione vasorum, aut ruptione prodeat, post incisam statim venam cubiti internam, bis, terque extrahendo sanguinem, quod gratia diuertendi id fiat, aut vena ex talo, vbi ea nõ apparebit quæ in cubito, quam magis proficere testatur Alexander, vtpote ad longinquiores partes diuertente. Notãter autem dixi, statim esse fiendam venæ sectionem, quod Galenus (vt ait) nonnullos hac affectione laborantes curauit: ad quos, statim vt malum senserunt, potuit accedere, donec cruentum adhuc vulnus erat, & antequam phlegmonẽ excitaret: quod phlegmone semel excitata, & inuadẽte exiguam spem habebat Galenus eius glutinãdi, quanquam in longius tempus trahi possit potissimum pulmonis vasis disruptis. Quare post venæ sectionem statim fiendam, atque post artuum frictionem, & ligaturam, posc tum diluta, tum tepida ad vncias tres, vel quatuor, qualibet vice erit exhibenda, postea iis erit vtendum, quæ & astringendi, & emplasticandi vim habeant: cũ quibus admixta sint medicamenta, tum calida, tum partium tenuium exsistentia. Quod etsi vasorum ruptura

Ex reseratione aut ruptione vasorum.

Sanguinis missio mox in initio conuenit.

In reseratione vasorum qua ratione calida conueniant & tenuium partium.

ac reserationi sint infestissima, tamen quod astringentia, ac viscosa, & tenacia (quod sibiipsis viam præcludant) huiusmodi viam facilitantibus opus habent, in reiectione sanguinis, aut ex pulmone, aut thorace, aut arteria aspera, 4. met. & 7. de comp. med. per loca, ob id omnibus medicamentis, thoracis, & pulmonis vlceribus destinatis, mel admiscet, vtpote vehiculum celeriter transiens, digerensque 4. met. Quare puluerẽ ex rhabarbaro sine spica dra. j. vel scrup. iiij. mumiæ gr. 5. rubiæ tinctorum gr. iij. cum astringẽti vino rubeo, aut plantaginis aqua exiguo aceto iniecto exhibebis; quod hoc medicamentum nedum concretum sanguinem resoluat, sed foras propellat, atque expurget, ruptumque vas, aut reseratum sanet. Ex compositis medicamentis, trochiscis de spodio, aut terra lemnia, aut e succino, aut ex syrupis, mirtino, rosaceo, saccharo rosaceo, vel ex iis hoc elegmate licebit vti: Ex syrupi mirtini, & e portulaca an. vnc. ij. sacchari, mellisq; rosacei an. vnc. j. tragacanthi, amili an. vnc. j. ß. pulueris radicis symphiti, terræ lemniæ, boli armeni, & lapidis hæmatitis ana scrup. ij. fiat in modum elegmatis, quod æger in ore sæpius contineat, paulatimq; supinus permittat in asperam arteriam defluere, quod hoc modo nedum vis, sed medicamenti etiã substantia sensim, & paulatim per asperam arteriã influat, 4. & 5. met. & prędicto medicamẽto addi poterit etiã dra. j. ex p̄dictis trochiscis: Et vbi maluerit

Mel in vlceribus thoracis & pulmonum.

Sanguinem concretum propellens & vas ruptũ sanans medicamentũ.

B

Eclegmata.

Tabella.

æger medicamentum in forma solida ore tenere, hoc modo parabitur; Ex diacodii dra.ij. boli armeni, corallorum rubeorum, lapidis hæmatitis ana scrup.j. pulueris radicis symphiti, & terræ lemniæ ana scrup.ß tragacanthi, amili, gummi arabici ana dra. ß syrupi mirtini, aut de portulaca, & sacchari rosacei ana dra.iij. cum saccharo dissoluto in aqua rosacea, aut mirtillorum quantū satis sit, fiat medicamentum in tabellis. Vrgente vero sanguinis profluuio, nec prædictis medicamentis cedente, viribus præsertim non imbecillibus exsistentibus, audet tunc Galenus stupefacientibus vti, admixtis cū medicamentis ad hæmophtoicos paratis, tametsi huiusmodi pharmacorū genus infestissimum sit, 7. de comp. med. per loca, & hoc, quod altiorem somnum, & soporem inducant, & commodissima sint iis, qui tussi lancinantur, quod sistant nimium sanguinem, qui ad affectum vas defertur, ratione suę frigiditatis; veluti scrup. ij. aut dra.j. philonii persici, aut romani, cum astringenti vino, aut plantaginis aqua, non tantum semel, sed bis, & ter, & quoties opus fuerit, quod toties erit, quoties vrgebit symptoma, seu sanguinis profluuium. Ad extra vero pectori fiat irrigatio ex vino astringēte cum oleo rosaceo, aut mirteo, addendo quoque vinum austerum, quandoque acetum, præsertim multa sanguinis exsistente eruptione in ęstate, robusto, & carnoso ægro, nec tussi exsistente: Vel hoc cataplasmate

In sanguinis profluuio quando exhibeat Galenus stupefacientia.

Irrigationes.

mate: Ex foliis plantaginis, portulacæ, ſanguinariæ ana m.j. contuſis, addendo mannæ, thuris, aluminis, malicorii, ac radicis ſymphiti ana drac.j. hordeaceæ farinæ drac.ij. palmularum, & cidoniorum in vino auſtero decoctorũ ana drac.iij. fiat cataplaſma cum poſca, aut vino auſtero, aliquando permiſcendo cum iis aut acaciam, aut aloen, aut omphacium. Galenus vero 5. meth. ex melino, roſaceove pectus madefieri (ſi æſtas ſit) iubet vndique, ſi hyems nardino vnguento: & concedit etiam vſum aliorũ emplaſticorum medicamentorum. Vbi autẽ vaſa fuerint exeſa, ad quorum exeſionem ſequatur crueta ſpuitio, per renutritionẽ partis eroſæ fienda erit curatio, 7. de comp. med. per loca, fiet autem renutritio per cibos boni ſucci, & pharmaca carnem gignentia, ſarcotica græcis dicta, quæ ſane contemperare, mutare, & alterare humoris acrimoniam poſſint, niſi profuſior hæmorragia fuerit, quoniam tunc iis, quæ vehementiſſime aſtringunt, erit vtendum, quoad vehemens eius impetus frangatur, Galen. 5. meth. quod fiet ſuillorũ pedibus, aut hœdorum, aut caſtratorũ cum ptiſana decoctis. & vbi aderit humoris acrimonia, præſertim vbi ex acri diſtillatione pulmoni, ſeu thoraci eroſio fiat, diſtillationi & acredin ſuccurrendum erit, de quibus cap. de curatione fluxionis catarrhi, ſeu diſtillationis actum fuit. Sequitur cholera, quæ ſane ex Aetio etſi aſtringentia poſtulet tum in cibis, tum in me-

Cataplaſma.

Crueta ſputio ab exeſione vaſorum.

Renutritio fit per ſarcotica.

Hæmorrhagia profuſior.

Cholera.

dicamentis, præsertim cum simul ingruit vomitus, & alui fluor, ea tamen moderata esse debent, nec a principio: & hoc, quod si quis in principio, aut coaceruatim ea quæ efferuntur, cohibere aggrediatur, is maioris mali auctor erit; quod inutilia euacuatione opus habeant.

Cholera ex cibis corruptis.

Quare si cholera ex corruptis cibis pédebit, prouocandus erit vomitus aqua tepida, aut mulsa, quæ & vomitum, & aluũ ciere potest. & vbi materiæ erunt paratæ vt excernantur, per aluum magis medicamento leni erũt adiuuandæ: cauentes semper ne quidquã tribuatur, quod vomitum, vel aluum cieat, vbi vehementer, & vomitus, & deiectio vexabũt; sed optima iuscula cum aliquo astringente, vt aqua rosacea, & huiusmodi, erunt exhibenda.

Cholera cũ vomitu intolerabili, & fluxione alui.

Et vbi fluxio intolerabilis exsistet, ita vt vires deiiciat, mica panis in vino astringentis vim habente erit exhibenda. Et vbi ne his quidem cedet affectio, cucurbitula erit admouenda assumto cibo quod valide retrahendo vomitum fieri prohibeat, & quod vbi diutius adhęreat, concoctionem iuuet, & ventrem ne amplius fluat, prohibeat, Alexãdro. Frictionibus item vtendum, & extremorum ligaturis, superiorum vbi per aluum, inferiorum partiũ vbi per vomitum cholera fiet.

Cholera cũ copia bilis.

Vbi vero aderit bilis copia, ptisanæ cremore erit vtendum habente vim refrigerandi, & mali punici succo, & syrupis ex omphacio, & ribes, ac vnguentis, & cataplasmatibus habentibus vim astringẽdi

oleoque

oleoque masticino, de absinthio, nardino cũ vino exiguo fouendus æger erit: Vbi humorũ excretio quieuerit his localibus vtentes. Ad dyarrhœam vero, seu alui profluuium (si facta erit per modum crisis, ita quod per eam aut totum corpus, aut aliqua eiusdem corporis pars expurgetur, atq; vtiliter ea excernantur, quæ sint corporis commodo) minime reprimendum, nec cohibendum, ne materia in aliã partem conuersa prauos alios affectus gignat, velut phrenitim, aut lethargum, aut parotidas, Alexandro, & Aetio. sed permittendum erit vt fiat euacuatio donec videbimus id a natura salubriter fieri. Quinimmo si natura deficiet, adiuuanda erit, vt ex coniunctis ambobus perficiatur, id quod sequitur Galenus 9. metho. per eandem tamen viam naturam adiuuantes, per quam incepit euacuare: euacuationem molientes pro ratione materiæ, quæ aut biliosa sit, aut pituitosa, aut melancholica, prius tamen paratæ, ac contemperatæ: postea medicamento pro materiæ ratione materiam euacuantes, & cum medicamento astringentia magis, & minus admiscentes, prout magis, & minus aluus laborabit profluuio, & vires ipsæ magis, vel minus euacuare permittent. At a purgatione, vel vbi alui profluuium diutius perseuerauerit, vires consumens, ac habitum colliquans, tunc sane fluxioni resistere oportebit tum per ea, quæ per os sumuntur, tum quæ per anum infunduntur: atque ea, quæ

Diarrhœa critica.

Diarrhœa vires consumens.

ad extra applicantur, Aetio, & Alexandro: quod vbi aluus modum excedit, cohibenda sit, vt inquit Paulus. Quanquam vbi biliosa fuerint recrementa non statim admodum astringentibus medicamentis cohibenda erit fluxio, sed prius contemperanda erunt, & salubria magis reddenda; veluti cibis bonum, & crassiorem succum gignentibus, cuiusmodi ptisana est, & eius cremor, præsertim si hoc modo paretur: Ex hordeo torrefacto probe contuso, seu extenuato, & aqua pluuiali, adiectis mali punici granis, ac oxalidis foliis in iure gallinarum, seu pullorum hordeum sic paratũ decoquentes. Quanquam ad cohibendas fluxiones biliosas nullum compendiosius remedium reperiatur, quam lac caprillum, aut bubulum tepidum, recensque mulctum, aut ad ignem decoctum, & assidue agitatum, donec ad tertias sit redactum, aut per silices fluuiales ignitos, & candentes ferri laminas in ipso extinctas coctum, & potui datum, dummodo febris absit, aut non vrgeat. Vbi autem fluxio adhuc non cedet, sed vires ex fluxione biliosa incipiant deiici, astringentibus quoque resistendum erit; in biliosa quidem fluxione syrupo ex citri acido, aut e ribes, aut mirtino, aut eo, qui ex rosis siccis conficitur, aut cidonio rum succo: addendo vbi videbitur puluerem margaritarum, cornu cerui vsti, & seminum oxalidis, ac plantaginis scrup.j. vel ij. cum vnc. vel ij. aliquorum ex dictis syrupis. Confert etiam sacchar

Diarrhœa biliosa.

Ptisana præparatio in diarrhœa.

In fluxionibus biliosis ἐυπόριστον.

In fluxione biliosa deiiciente vires, astringentia.

ccharũ roſaceum: vetuſtum cum aqua oxalidis, vel plantaginis exhibitum. & vbi hæc nõ ſuffecerint, ad trochiſcos de ſpodio, ſeu e ſuccino, ſeu terra lemnia erit deueniẽdum: ſimiliter iis, quæ per aluum infunduntur erit reſiſtendum, veluti ex decocto plantaginis, rhu obſoniorum, balauſtiorum, hypociſtidis, ac hordei non decorticati, accipiendo quantitatem ſufficientem huius decocti, cum vnc.iij. olei roſacei omphacini, & tantundem ſucci plantaginis, & duos vitellos ouorum. Ad extra vero irrigationibus ex oleo omphacino, roſaceo, mirteo, ſeu citoniorum, cum vini albi quarta parte, quod aſtringens ſit, & vnguẽtis, ceratis, & emplaſtris, & irrigationibus factis ex aſtringentium decocto. Sin autem pituita fuerit, quæ nimis quam par ſit fluat, ſyrupo ex abſinthio, e corticibus citri, mirtino, cũ hoc puluere: Ex vtriuſque menthæ ſiccæ drac. j. cinnamomi, maceris, galangæ ſingulorum ſcrupul. j. ſeminis plantaginis, cornu cerui vſti, ſeminis oxalidis ana drac. ij. fiat puluis: Et medicamento Gal. 6. de tuen. val. ex ſucco cotoneorum, gingibere, pipere albo, aceto, & melle cõfecto, minuẽdo piper & gingiber, prout venter magis, vel minus frigida intemperie laborabit: aut cum aliquo ex dictis ſyrupis ſcr. ij. vel drac. j. trochiſcorum e ſpodio, ſeu e terra lemnia, aut mora immatura adhuc acerba ad ſolem deſiccata, deinde trita, & obſoniis admixta maximum ſunt aſtrictioni remedium.

Trochiſci de ſpodio.

Clyſteres.

Irrigationes.

Diarrhœa pituitoſa.

Puluis.

Irrigationes Ad extra vero oleo masticino, de absinthio, cum tertia parte vini odorati irrigare oportebit ventrem:& emplastro e gallia, quod a Gal. describitur 1.art.cur.ad Glauc.quod constat ex palmulis,vino, farina hordei, croco, aloe,ac mastice: & sacculis ex milio, sale, aut panico, aut etiam ex furfure,& hordeo torrefacto habentibus vim exsiccandi, Alexandro:& auersione ab intestinis ad renes,4.aph.vltimo: vesione ab intestinis ad renes,4.aph.vltimo: vesione luti cumino, & apii semine: semper prospicientes (quod sane perpetuum esse debet in omnibus affectibus ex fluxione profectis) & in primis parti fluxionem transmittenti, veluti si fluor alui erit a catarrho,vel acri,& pungente, & salso,vel vitreo, vel acido, vel insipido, vel dulci ex cerebro ruente nũc per œsophagum in ventriculum, nunc per messerecum in intestina,nunc in vtraque, qui vim retentricem vel qualitate,vel quantitate molestat, aut lubricam, & ad continendum ineptam reddit: cerebro inprimis erit succurrẽdum per dicta prius remedia in catarrho:dein partib. fluxionem recipientibus,vt ventriculo per remedia ante dicta in ventriculi imbecillitate. Dysenteria autem quibus medicamentis sit tollenda,libro morbis dicato in curatione solutæ vnitatis longius dictum fuit.Mictus autem sanguinis,qui fieri solet, vel ob quantitatem, vel qualitatem acrem, & biliosam, vel aquosam vel ab imbecillitate potentiæ secretricis hepatis,renum,vel ob erosionem vasis in partib

Emplastrũ e galla.

Sacculi.

Auersio ad renes.

Alui fluor a catarrho.

Dysenteria.

Mictus sanguinis.

vreticis, calculi attritu lacerato, rupto, lapſu, percuſſu, vel alio motu violento: ſæpe etiam coitu immodico, interdum criſi, vbi ob redũdantiam fiet, vel criticus erit, non erit ſupprimendus, niſi immodica euacuatione vires deiiciat: ſi bilioſus eſt, aut aquoſus, ſumtis cholagogis, & hydragogis, vel hydroticis auertuntur huiuſmodi materiæ a partibus vrinariis, & a ſanguine vacuantur. Si facultas ſecretrix eſt imbecilla, illinunt lumbos oleo myrtino, roſaceo, cidoniorum, cerato Galenus ſand. vnguento comitiſſæ de ſc. ſeu crocato floſculo roſarum, quam antheram vulgus vocat: fotu ex balauſtiorum, malicorii, gallarum, hypociſtidis decocto in aqua roſarum, plantaginis ferrata: ſumendo etiam ſyrupũ roſatum, myrtinum, cidoniorum, cum aqua ſolani, roſarũ, plantaginis, lactucæ & drachma vna boli armeni, vel trochiſcorum ſpodii, cum ſemine oxalidis a Raſi ſcriptorum, lactis ouini vnc. iiij. vel 6. mane cum drachma vna boli armeni ſumtæ ſunt in id efficaciſſimæ, & renes valenter roborant, modo non dormiat æger, aut exerceatur. quæ remedia etiam ſunt glutinantia, ob id ſalubria, ſi vas eſt apertum caſu, vel laceratu, vel alia ratione: ſi vero ob caſum eſt cruentus mictus, prius erit auertendum ſecta baſilica dextra: ſi purulentum erit lotium, tergentibus erit vtendũ, dein glutinantibus prædictis aſtringẽtibus: præterea calidiſſimũ ſerũ lactis, decoctũ hordei ſaccharatũ bibendũ, &

Criticus. Ob redundantiam. Bilioſus. Aquoſus. A facultate ſecretrice imbecilla.

A vaſe lacerato. A caſu. Lotium purulentum.

iniiciendum: trochisci quoque Rasis liquore aliquo ex prædictis soluti, salubriter in vesicā iniiciuntur tunc solum, quādo ab ea fluet sanguis. Notandum autem erit in hac affectione, ab iis quæ vrinam ciunt, & coitum, ex Aetio, omnino esse abstinendum. Ad vrinæ vero incontinentiam, notandum erit huiusmodi affectionem communia habere auxilia cum ea affectione, quę resoluit collum vesicæ, vrinam ducentia erunt vitanda, vesica porcina per se vsta, & in potu exhibita iuuat, similiter & cinis ouillæ vesicæ. Eandem vesicam ouillam seu caprillam vstam ex posca 9. de comp. med. per loca præbet bibendum Galenus, & castorei drac. j. in vino odorato in potu præbet: nec nō & leporis testiculum in vino odorato feruefactum, oblinireque iubet pudendum cimolia terra cum perdicii succo. Diabetes vero, est transitus vrinæ continuus, aut verius potionis non mutatæ, vt lienteria cibi, Galeno bis tantum visa. Vbi igitur inuitis excidet vrina, vt etiam lectum æger permeiat, causa primum erit auferenda, quæ a potu largiore, parcius bibēdo: si a potus aut cibi qualitate salsa, acri, ab iis erit abstinendum: si ab hepatis imbecillitate, curāda erit hepatis imbecillitas, quæ a sphinctere vesicæ resoluto ob frigiditatem, sananda erit ea paralysis per calorifica omnia: si ab hepatis & renum calida intemperie, sananda erit sumtis & admotis refrigerantibus sæpe dictis: si a retentione imbecilla vesicæ, intemperiei

Cautio.

Vrinæ incōtinentia.

Diabetes.

Vrinæ incōtinentia.

ejus

eius cauſa erit perſananda contrariis. thuris etiam ſcrup. j. vel drachma dimidia cum aqua abſinthii multis eſt remedio,& ſpodium,& ex eo, vel balauſtiis, vel terra ſigillata trochiſci ad drachmam vnam, & puluis glandis aſſatæ, & ſyrupus mirtinus, ex omphacio, de ribes, de infuſione roſarum, poſt corporis expurgationem a vitioſo humore. Et vbi his affectio non cedet, licebit vti ſtuporem inducentibus, ex Aetio; veluti ſcrup.ij.vel drac.j.philonii perſici ſeu romani,cum poligoni decocto, ac pauco vino nigro: & extrinſecus illinitionibus, vnguentis,& cataplaſmatis ſæpe dictis. Sequitur icteritia,quæ ſane ſi erit ratione criſis, velut in febribus,facile curabitur, Galen.9. de comp. med. per loca ex aquarum potabilium balneis,& olei diſcuſſorii affrictu,& omnibus cutem rarefacientibus, quale eſt oleum anethinum,camomellinũ. Et victu humido, qui humorum craſſitudinem extenuare poſſit. 5. loc.aff. Si vero fuerit ex venenata cauſa, per theriacæ potionem eum curabis: ſicuti Galenus imperialem ſeruum viperarum venationi deputatum,5.loc. aff.Si fuerit ex partium ſolidarum calore, cibis refrigerantibus & humectantibus,ptiſana, cichoreo, & balneis ex potabili aqua tepida: Si ex iocinore male ſe habente, ſi erit intemperies aut obſtructio, aut ſcirrhus curabitur ex horum morborum curatione. At ſi vitio veſicæ bilis obſtructæ,cibis aperientibus, & extenuantibus,& iis,quæ bi-

Icteritia critica in febribus.

Ex cauſa venenata.

Ex calore partium ſolidarum.

Ex iecoris vitio.

Ex vitio veſicæ fellis.

lem ducere possunt, erit curanda, Galen.5.loc. affe. & purgatione bilis: nam venæ sectionem prætermisit Gal.5.loc.aff. In purgatione autẽ hoc erit obseruandum, vt sit fortis, quod ob ventris siccitatem fiant imbecillitates, & naturam non habemus adminiculantem expulsione: cum ratione obstructionis non possit expellere: quibus tamen duobus indigemus ad hoc, vt promte noxii humoris fiat euacuatio medicamento detrahente. Natura vero expellente primo aph. 22. Galenus Archigenis auctoritate, 9. de cõp.med.per loca coagulum leporis commendat, cum meraco ad dies quinque, vel sex exhibitum. Icteritia vero nigra aut erit ratione intemperiei, aut obstructionis, aut inflammationis, aut scirrhi lienis: & tũc ex ratione horum morborum erit tollenda: sin autem erit ex intemperie iocinoris, iocinori erit prospiciendum: si vero ratione vtriusque tum lienis, tum iocinoris, vtriq; erit medendum, & magis vni quã alii, prout morbus vnius altero magis vrgebit. Lactis vero in redundantia, præter victus rationem talem, vt ex ea paucus procreetur sanguis, quod huic malo præ cæteris inedia cõferat, venæ sectione erit vtendum in poplite seu talo: quod venæ sectio optimum sit remedium, vbi menses erunt retenti: quod vt ait Galenus, quibus mẽses mediocriter feruntur, iis lac in mamillis, multum præsertim, non colligitur. Vbi autem erit vitio corporis sanguine redundantis, primum

Purgatio in ictericia.

Ictericia nigra.

Lactis redundantia.

Ex vitio corporis redundantis sanguine.

mum interna in cubito, dein in poplite, & cucurbitulis, frictionibus, & vinculis erit diuertendus ſanguis: poſtea ſpongia pura molli poſca e gelida imbuta, expreſſaq; ſuper mammas faſciis erit accommodanda, atq; exſiccantibus & digerentibus medicamentis erit vtendum, quæ tamen leniter fluxionem reprimant; ne ad pulmonem impetu quodam trudatur ſanguis. His autem tuto vti poterimus, quod neq; cogi, nec caſeari lac permittat, & a futura inflammatione penitus mammas liberet: veluti ex fœniculi, apii, petroſelini, maluarum, & althææ, ami radicibus an. pug. j. foliorũ lauri, & florum camomelli ſingulorum m. ß. quibus decoctis in aqua, tectis panno lineo mamillis, mamillæ erunt fouendæ, poſtmodum eodem decocto abluendæ, dein poſt ablutionẽ roſaceo omphacino illine: poſtea reſinæ terebinthinæ quantum ſufficit, vino albo odorifero, & aqua roſacea ſæpe abluatur, & addãtur duo, aut tria oua tota, ac croci ſcrupulus vnus, & fiat emplaſtrum ſeu ceratum addita cera, quod ſuper linteo lineo extẽdatur, perforato in duob. partibus, ex quibus mamillarum papillæ extra prominere poſſint, & mamillis imponatur.

Medicamẽta tutiora.

Sequitur menſium fluxio, ſeu menſtrua purgatio largior. Quæ quidem vbi pẽdebit a ſanguinis copia, ſupprimetur ſectione venæ internæ dextræ, & victu tenui, fuga ouorũ, carniũ, vini & aliorũ ſanguinẽ augẽtiũ: ſi ob mixtã bilẽ a cholagogis, vt mirobalanis citrinis vacuãda,

Menſium fluxio largior a copia ſanguinis.

A bile mixta.

128

ſanguisque refrigerandus ſyrupo granatorum, roſarum, ribes, oxalidis, cum aquis plantaginis, roſarum, oxalidis ſi a ſeroſa pituita ſanguini mixta, chebulis vacuanda: ſi a lapſu, glutinanda rupta: ſi ab vlcere, tergendum, glutinandum, ac cicatrice tegendum, vt in mictu ſanguinis diximus: Sanguis quoque erit reuellendus ſecta dextra baſilica, cucurbitula magna ſub mammis affixa, fotu, & ligaturis, & frictionibus dolorificis brachiorum, aſtringentibus quoque, & frigidis ſimul erit ſiſtendus, cogendus, & repellẽdus: tum ſumptis, vt ſyrupo roſato, mirteo, cidoniorum, granatorum cum aquis plantaginis, roſarum, ſolani, additis trochiſcis terræ ſigillatæ, vel electri a ſcrup. ij. ad drac. vnam, vel lapide hæmatite, corallio rubro, ferri ſcoria, triphera phenonis. tum impoſitis ſedi, & vteri collo balanis ex bombace, oleo refrigerante & aſtringẽte illitis, vel aqua, vel ſucco plantaginis, ſolani, roſarum imbutis, inſperſo poſt puluere aliquo aſtringente: amplius, decocto aſtringente venter inferior fouendus, aut totum corpus eodem ſuffiẽdum, lumbos, pectinemque refrigerantibus, aſtringentibus: tum oleis roſato, cidoniorum, mirteo: tum vnguentis ac emplaſtris ſandalino, ex flore roſarum, (antheram vulgo vocãt) comitiſſæ, inſperſo etiam his puluere aſtringente ex roſarum foliis, flore, malicorio, balauſtiis, gallis, hypociſtide, acacia, bolo armena, ſanguine draconis, & ſimilibus: ex quibus etiam prædictum

A pituita ſeroſa.
A lapſu.
Ab vlcere.

dictum decoctum faciēdum. In vterum quoque per metrenchitam iniiciendæ vnc. tres, seu quatuor succi depurati, vel aquæ plantaginis cum bolo armenia, sanguine draconis. vbi hæc non sufficiant, philonii, vel athanasii drachma vna cū aqua plantaginis sumta, sanguinem moueri ineptiorem facit: viribus tamen validis adhuc detur, ne imbecillis calor natiuus exstinguatur. Pessos autem causticos tentare non consulerem, multo minus iniectiones, nisi essent vlcera depascentia, qualia sæpe etiam dysentericis adsunt, tunc enim leuiora tentari possunt, veluti est pastillus Pasionis, Polyidæ, aqua plantaginis solutus. Sin autem erit propter nimiam osculorum vteri apertionem, a qua nimia itidem mensiū fluxio prodeat, astrictione itidem erit tollenda, post venæ sectionem internam in cubito reuulsionis gratia factam, & reliqua: in potu præbenda erunt succus poligoni, vel plantaginis cum vncia vna cornu cerui vsti, aut corallorum rubeorum tandem, aut scru. j. lapidis hæmatitis. Extrinsecus autem vteri loca erunt fouenda oleo rosaceo, melino, mirteo, pauco vino admixto, & vnguento, quod vulgus medicorum comitissæ appellat, pauco aceto addito, lumbos etiam vngendo, cataplasmatis etiam ex ordei, fabarumq; farina, symphiti radice, poligoni ac plantaginis foliis, acacia, alumine, & hypocistide ex posca compositis, aut ex palmulis, malis cidoniis, malicorio, balaustiis, a-

Pessi & caustica vitanda.

Vterum depascentia vlcera.

Mensium immoderata fluxio ab apertione osculorum vteri.

Vnguenta.

Cataplasmata.

lumine, gallis, acacia, & hypociſtide cum eadem poſca: inſeſſione ex foliis mirti, roſarum, plantaginis, poligoni, ſymphiti, virgultorum rubi, ac lentiſci decocto: peſſulis quoq; ex foliis plantaginis, poligoni, aut myrtillorũ, ſymphitique radice contuſis, pauca addita manna thuris, hypociſtide, balauſtio, cum eiuſdẽ plãtaginis ſeu poligoni ſucco, linteo ſerico, aut lineo tenui exceptis, & ad formam humani digiti redactis, & in roſaceo intinctis, qui immittantur penitus vſque ad os vteri: infuſionibus etiam per inſtrumẽta ad hunc vteri vſum parata, factis cum plantaginis, poligoni ſucco, ſimiliter acaciæ, vel hypociſtidis, vel decocto in aqua pluuiali malicorii, gallarum, balauſtiorum, hypociſtidis, ac foliorum lentiſci, cũ polygoni, ſeu plantaginis ſucco, aut etiam acacia. Quare fluxio ratione vaſorum dilatatorum & apertorum per aſtringentia hæc erit curanda, prius tamen artubus, & extremis partibus ſuperioribus vinculis ligatis, & cucurbitula magna ſub mammis affixa, Hipp. 5. aph. 50. & venę ſectione reuulſionis gratia in cubito: ruptum autem per conglutinantia citra mordacitatẽ reſiccantia, veluti eſt terra lemnia, & ſamius aſter, 7. de comp. med. per loca. Vbi autem erit propter vaſorum eroſionem, mediocriter exſiccantibus, & ſine morſu detergentibus, vt quæ carnem gignãt. 3. met. & 2. de comp. med. per genera. Galenus autem ex vtero ſanguinis profluuium quaternis iam diebus profluens, cum

Inſeſſiones.

Infuſiones.

Menſium immoderata fluxio ab eroſione vaſorum.

cum nullo alio potuiſſet ſiſtere remedio, plã-
taginis ſucco vtens prorſus ſanauit, 5. met. Se-
quitur gonorrhæa, ſeu ſeminis profluuium;
quæ ſane curanda quemadmodum omnis flu-
xio curatur. Quare refrigerantibus, atque ex-
ſiccantibus tum cibis, tum medicamentis erit
vtendum: quanquam vbi tenue, acre, ac bilio-
ſum fuerit ſemen quod emittitur, refrigeran-
tibus magis quam exſiccantibus erit vtẽdum.
Nam hi contemperantia & refrigerantia re-
quirunt, vt genitura ſenſim craſſior, & tempe-
rata reddita, non amplius effluat. Quare potu
aquæ frigidæ, in qua exſtinctum ſit ferrum, &
ſimul cum aqua iis, quæ ſemen exſtinguunt: &
extra illinitionibus, cataplaſmatis, inſeſſionib.
vnguentis: item paſtillis & vnguentis in cura-
tione morborũ iam enarratis. Sequitur pro-
fluuium muliebre, quod Gal. lib. de præſag. ad
Poſthumum, iis ait eſſe curandum, quæ citra
immodicum calorem exſiccant, cum affectus
ſit humidus. Aut igitur fluor erit ruber, & tũc
vtendum ſectione venæ in cubito, quæ non
ſolum ab vtero diuertit, ſed detentionẽ etiã, &
conſtrictionem efficit. A venæ ſectione lum-
bis & inguinibus lintea frigidis ſuccis imbuta,
& reliquis medicamentis in mẽſium fluxione
dictis erit vtendum. Vbi autem profluuiũ erit
vitioſorum humorum, aut bilioſorum, aut pi-
tuitoſorum, aut ſeroſorum, expurgãdi erũt, &
ab vtero diuertendi. Ita autem Galenus ibidẽ
in Boethi vxore proceſſit, quæ hac affectione

Gonorrhæa.

Fluor muliebris ruber.

A vitioſis humoribus.

Boethi vxoris curatio.

laborabat. Primum enim medicamento per aluum educente vsus est. Secundo iis, quæ per vrinam ducere valent. tertio iis quæ per cutim euacuare possunt. Quibus remediis quindecim diebus cum fuisset vsus, prorsus prædictã mulierem a morbo liberauit, & proinde Boethus quadraginta aureos ad eum misit. Quare prius purgato humore qui peccabit : & vbi vna purgatio satis non erit, alia iterata, in minori tamen quantitate, vt ibidem fecit Galenus: a purgatione vreticis erit vtendum, & totius corporis frictionibus humor erit euocãdus, primum mollibus linteis, dein asperis. Quibus medicamentis vniuerso corpori adhibitis huiusmodi fluores sanauit Gal. 6. loc. aff. intacto vtero. Et vbi hęc non sufficient, iis erit vtendum, quæ conferunt in mẽsium profluuio, non tamen multum efficacibus. Notãdum etiam, 10. simpl. Gal. leporis coagulum si cum aceto bibatur, sanare profluuium muliebre: semper aduertendo ne ab humoris acrimonia influentis, & sanie vlcus excitetur. Vnde assidue calida aqua erit eluendum, & moderate astringentibus, & vires abstergendi obtinentibus, veluti rosaceo, mirtino, melino illiniendus erit locus. Vteri vero exitus, si ex laxatis erit humore multo ligamentis, vel abscessu, ac vlcere exesis, aut partu improspero, vel lapsu ab alto ruptis, causa erit auferenda, & vterus loco natiuo restituẽdus, nisi inflatio prohibeat, quam fotu ex cumino, aniso, baccis lauri,

Leporis coagulum.

Cautio.

Vteri exitus.

Vteri inflatio.

lauri,&similibus,hydromeliti,aut vino rubro astringente incoctis dissipabis : mox,ne recidat, insperges pulueribus stipticis ante dictis, postea repones: suffitu etiam rerum graueolentium,vt pennarum perdicis, assæ, fœtidæ, castorii,& similium, excepto per infundibulum,vel cathedram perforatam.Sunt qui ouũ sub gallina corruptum,fractum, agitatum, lanis illiniunt,& imponũt vuluę. Odoret simul iniucunda, & docta obstetrix manibus subseruiat, vel instrumento virgæ virili proximo: postea clunib. elatis cubet aliquot diebus. Ad podicis autem,seu ani, seu sedis procidẽtiam, si erit ab humida intemperie, laxatis musculis sedem releuantibus siccandum erit, si frigida calfaciendum:si vtraque,calfaciendum,& siccandum. puluis ex hypocistide, acacia, balaustiis,malicorio,rosis,gallis,cortice thuris,scoria ferri:vel ex iis,vino, si calor abest,aut aquæ hordei si adest incoctis:fotus,vel illitum, post lotionem vnguentum sandalinum, oleum rosatum,mirteum, cidoniorum, puluere dicto post insperso,vel postquam erit,aluo deiecta,repositum,balanus ex bombace prædictis immergatur,illiniatur, inspergatur, & clunibus altis,& inunctis quiescat.Si sedes procidit non a violento desidendi,& cohibitæ respirationis conatu, neque ex mora longa in aqua frigida,aut super lapidem, sed ex decubitu pituitæ,coquenda erit,& vacuanda,post intemperies impressa erit castiganda. Si a tumore

Suffitus.

Ani procidentia.

Puluis.

Fotus.

Vnguentum

Balanus.

Ani procidentia ex decubitu pituita.

A tumore præter naturam.

præter naturam, is curandus, appositis cuique tumorum generi, & tempori pręsidiis. si dolor adest, applicetur decoctum camomelli, meliloti, maluæ, altheæ, seminis lini, fœnugræci.

Dolor in procidentia ani.

De excrementis retentis.

Sed hactenus de arte supprimendi nimiorum excrementorum fluxionem. Sequitur vt percurramus artē pellendi excrementa intra corpus retenta. Quod quidem suo opposito, & contrario cum habeat fieri: suppressionis autem contrariorum cum sit ipsa fluxio, sequitur igitur, vt penitus percurramus quid sit ipsa fluxio.

Fluxio.

FLVXIO est expulsio excrementorum corporis humani recte, & conuenienter facta ab iis, quæ motum inferre possunt, vt excrementa nimis quā par sit retenta pellantur ad extra. Ideo autem dicitur, Fluxionem esse repulsionem, quod expulsio sit proximũ genus ipsius fluxionis. Et quod sequitur: Fluxionem esse expulsionem excrementorũ corporis humani, notat symptoma, circa quod versatur ipsa fluxio. dein quod sequitur: Fluxionem fieri ab iis, quæ motum inferre possunt, notat causas efficientes ipsius fluxionis: quarũ sane cognitio, & numerus facile apparebit ex cognitione causarum ipsius suppressionis. Etenim cum fluxio, & suppressio oppositæ sint, & cōtrariæ, sequitur quod earum quoque causę effectiuæ erunt cōtrariæ. Atqui cum causæ suppressionis sint priuatio acrimoniæ stimulātis, partium expellentium sensus obtusior, propellentis facultatis imbecillitas, & cōtinentis

Fluxionis causæ efficientes sumũtur ex cognitione.

Causarum suppressionis

robur

robur validum, materia motui inepta, prohibitio excrementorũ aliũde refusorum, viuendi ratio parca, viarum angustia, & obturatio, recipientis partis imbecillitas, & situs ex decliui sursum situatus: sequitur modo, vt ad inducendam, & efficiendam fluxionem excrementorum acrimonia aliqua stimulans sit inducenda; corporis sensus exquisitior erit conseruandus; expultrix erit roboranda: & continens facultas erit reddẽda imbecillis; materia erit lubricanda, & fluida reddenda, excremẽta aliunde erunt refundenda; & copia ciborum largior erit iubenda; viarum latitudo, & laxitas erit fienda, excipiens pars reddenda erit imbecillis, situsque decliuior. Quæ quidem ars inducendi fluxionem in excrementis suppressis, vt clarius appareat, discurremus per aliquot excrementorum genera suppressa, incipientes a suppressis excrementis ipsius vrinæ (ischuria appellatur) in qua sane cauendum erit a ducentibus vrinam. Aut igitur symptoma hoc proueniet propter vesicæ imbecillitatẽ, aut ratione crassorum humorum, aut lapidis, aut grumi, aut inflammationis, & ex huiusmodi morbis. Igitur si fuerit ratione imbecillitatis vesicæ, Galeno, æger figuratur, & ait manibus tumorem præter naturam comprimẽdũ, ita vt vrina expellatur, musculiq; abdominis, maxime medii, ægroti manibus, seu alteri⁹ cõprimẽdi, 6. loc. aff. postea vtendũ erit fomẽtis, cataplasmatis, & vnguẽtis in curatione morbo

Ischuria ex imbecillitate vesica.

rum harum partium dictis. Et vbi his non ce-
det ſymptoma, cathetere erit vtendum. Sin
autem fuerit ratione craſſiorum humorum,
tenuanda erit, & incidenda huiuſmodi mate-
ria, & eodem modo erit comprimendum, &
vtendum erit iiſdem fomentis, inſeſſionibus,
& vnguentis. Sin autem fuerit ratione lapidis,
conandum erit vt lapis ex meatu recedat. Re-
cedet autem hoc modo, vt ait Galenus, ſupi-
num figurando ægrum, vt crura reliquo cor-
pore ſint ſublimiora, multifariam ipſum con-
cutiendo: & vbi non cedet, rurſus concute, ſed
vehementius: Nam ſic & lapidem a ceruice
repelles, & vrinam reuocabis, 6.loc.aff. vel ca-
thetere, vel candela cerea oleo intincta, vel di-
giti condylo per perinæum celeriter acto ſedē
verſus. Si in meatum totus iam inciderit, tra-
hendus erit ſuctu virgæ dilatato prius meatu
per inſeſſum, vel fotum. Si grumus in cauſa fu-
erit, ipſum oxymel in potu dandum erit, 6.loc.
aff. Vbi autem cauſa fuerit, aut inflammatio,
aut alius morbus, ex curatione illius morbi e-
rit tollenda. Sequitur ſtranguria, quæ ſane ſi
fuerit cauſa acrimoniæ, contemperanda erit
humectantibus, & aliqualiter refrigerantibus
extra balneo aquæ dulcis, & fotu pubis eaſdē
vires habentis. Vbi autem cauſa fuerit frigida
veſicæ intemperies, calfaciente vino, & reli-
quis medicamentis in dyſuria fieri ſolitis. Se-
quitur calculus renum, in cuius curatione, ex
Gal.6.mor.vulg. ab iis erit cauendum, quæ du-
ram

Ex craſſis humoribus.

Ex calculo

Ex grumo.

Ex inflammatione.

Stranguria.

Renum calculus.

ram substantiam habent, & quæ ægre concoquuntur, quæ sunt tenuia, & crassa. Vomitus erit prouocãdus, lib. de cur. affectorum renũ: & aluus clysteribus erit tentanda. Nam licet non ab affectu, ab accessione tamẽ liberatur, Galeno. Et vniuerso corpore vacuato, medicamentis erit vtendum, quæ renum corpora molliant, & meatus relaxent, fomento, inunctione, cataplasmate in morbis partium corporis enarratis, & cucurbitulis absque incisione a renibus ad inguina, quæ habent vim trãsferendi lapidem ab eo loco. Ad calculum autem vtendum iis, quæ secandi, & abstergendi vim habent, 10. de comp. med. per loca, quæ tamen non sint admodum calida, 6. san. tuen. quod calculorum igneam intemperiem calculi effectricem causam augeant; veluti sunt radices asparagorum, betonica, acetum scylliticum, 5 simpl. asplenii quoque decoctum, quod cetrach appellatur, cum oxymellite ipsum lapidem frangit, 6. simpl. Gal. & puluis in morbis partium positus. Eiecto autem calculo, vbi voluerimus præseruare ægrotum, ne alii in eo gignantur, vtendum erit extenuantibus citra magnum calorẽ, vnde aluus semper sit laxa: & a cœna sæpe vomat, & ante omnem cibum bibat aquam tepidam, quod nihil sit quod adeo renes recrementis vacuos, temperatosque reddat, vt non amplius calculos procreare possint: & hoc, quod temporis spatio igneus ipsorum calor a tepore aquæ exstin-

In calculo vehementer calida sunt fugienda.

Præseruatio

Renes excrementis bene vacuat aqua tepida.

Calculus vesicæ. guatur. Ad eundem modum, & iisdem vesicæ calculus erit tollendus. In hoc variat, quod ratione situs, validioribus remediis est vtẽdum. *Calculus vrinæ meatum obturans.* Si calculus meatum vrinæ obturabit, curãdus erit, quomodo diximus ex Galeno ægri concussione. Sed Alexander longa experientia cõprobatũ laudat caprillum, seu hircinum sanguinem calidum extrinsecus super vesicã impositum, præsertim in calido balnei aere. *Lactis defectus, ex defectu sanguinis.* Sequitur lactis defectus, qui quidem aut procedet defectu sanguinis, aut ex sanguine facto deteriori. Si ex defectu sanguinis proueniet, seu paucitate ipsius victus ratione calfaciente, & humectante emendatur, Gal. 5. simp. Sin autem fuerit ex sanguine facto deteriori; aut erit *Ex sanguine deteriore ratione bilis.* deterior ratione bilis, aut atræ bilis, aut pituitæ, si fuerit bilis, purganda erit, mox eodem victu vtendum 5. simp. Gal. si atrabilis eodem modo. At si pituitosus fuerit sanguis, Gal. calfacientibus, aut primo, aut secundo; non tamẽ exsiccantibus vtitur, quod ab his pituitosi hu- *Ratione pituitæ.* mores excalfacti vertantur in sanguinem. Se- *Mensium suppressio.* quitur mensium suppressio, quæ sane aut erit ob plenitudinem, aut ob nimiam caliditatem cum humore bilioso: aut ob frigidam corporis intemperiem cum succorum frigidorum redundantia: aut ex atræ bilis affluentia. Si erit ex repletione, venæ sectione in poplitibus, aut *Ex repletione.* malleolis, Gal. curat lib. de rat. cur. per venæ sectionem, tempore ante quatuor, aut quinq; dies temporis mensium statuti, Gal. & cucur-

bitulis

curbitulis pubi, & inguinibus affixis, 13. meth. Si ob caliditatem cum copia bilis, purganda erit bilis, & pubi, & inguinibus cucurbitulæ affigendæ, & frictionibus, & vinculis partibus inferioribus factis, & intus, & extra alterantibus in temperiem calidam: intus decocto, pastillo: extra insessionibus, vnguentis, pesso, in morbis partiū positis, & balneo aquæ dulcis. Sin autem fuerit ob nimiam intemperiem cū humoribus frigidis, prius præparatis, & post præparationem frigidis humoribus euacuatis. Eodem modo si fuerit atrabilis postea vtendum erit euocantibus menses, quæ quidem excalfacientia sunt, non tamen multum exsiccantia, Galenus 5. simpl. veluti pulegium, sabina, cinnamomum: & nepitum, & pulegium in mellicrato cocta, aut contusa arida, cribroque, subtili discreta, ac rursum trita, vsque dum pollinem tenuitate referant: & inde in mellicrato inspersa mire educunt, Galenus libro de cur. ratione per venæ sectionem. Amplius, medicamentum quod amarum appellant drach. j. exhibitum cum aquæ calidæ cyathis tribus, 2. de comp. med. per loca. Et ibidem, pastillorum e myrrha drach. j. cum aqua mulsa, aut capillorum veneris. Item pastillo, insessionibus, sacculis, suffitu, vnguētis, pessis in morbis partium dictis. Sequitur mola, quæ sane tolletur medicamentis siue intus, siue extra adhibitis, quæ habeant laxandi vim, ac molliendi; veluti insessionibus,

Ab humoribus frigidis.

Ab atra bile.

Menses prouocantia.

Mola.

fotibus, vnguentis, cataplasmatibus, pessis, & iis tandem medicamentis, quæ mensium suppressionem adiuuare solent, in morbis partiũ positis. Ad secundam autem derelictam, omnia menses ducentia erunt conuenientia. & præter hæc sternutatio, spiritus detentio, oris, & narium obturatio, 5. aph. 49. Hipp. Et castorei, ac pulegii drac. j. ex aqua mulsa potata, Aetio. Sequitur lumbricus, qui sane cũ sit in numero eorum, quæ tota substantia sunt præter naturam: e corpore est eiiciendus, 14. metho. Ratione vero qua est excrementum viuens, ideo prius est interficiendus, postea eiiciendus. Quoniam vero triplex est genus lumbricorum, nec vni generi conuenit ita vehemens medicamentum sicut alii, ibidem Galenus: quare sciendum, teretibus absinthium conuenire, Galeno, præsertim si pueri non fuerint. cremor autem ipsius est sumendus. in summa amara omnia nedum ad interficiendos lumbricos sunt idonea, sed etiam ad fœtum viuum enecandum, & mortuum eiiciendum, 8. simplic. vbi de filice, & myrrha agit. Laudat Paulus oleum immaturum, omphacinum scilicet ad cochlearia duo, quod sui amaritudine interficiat, sui vero lubricitate eos cum stercore eiiciat. aloe lota optima est: acetum scyllinum in adultioribus, clyster mulsa factus, quod dulcedine capti deorsum descendant. Latus vero lumbricus etsi iisdem met, Galenus tamen vehementiora medicamenta

Secunda relicta.

Lumbricus.

Triplex lumbricorum genus.

Teres.

Latus.

B

menta postulat, quam teretes: huiusmodi autem medicamentum ait Galenus ibidem esse filicem, præsertim eius radix; 8. simplic. si drac. iiij. in mellicrato exhibeatur, latum lumbricum interficit, Galeno. Ascarides vero adhuc vehementiora, Galeno. Quare aut absinthii decocto oleo admixto sunt vacuandi; vel centaurii decocto cum nitro, & melle, & salis momento. Quoniam vero adsunt qui lumbricis cum alui fluore inuaduntur: quare iis plantaginis succus erit præferendus. Et si ipsa plantago arida absumatur, ex æquo vtriusque, & fluori, & lumbricis efficax est. Sed hactenus dictum sit de curatione symptomatū.

Ascarides.

Lumbrici cum fluore alui.

IO. PAVLI PERNVMIA PATAVINI.

De Curatione affectuum simul implicitorum.

LIBER OCTAVVS.

AFFECTVS, alias corporis humores, alias corporis partes, alias actiones, atque excrementa infestant: & hi rursus modo solitarii sunt, modo comitati. Cumque hactenus expositæ fuerint curationes af-

Connexio huius libri cum præcedentibus.

fectuum omnium qui solitarii sunt, & seiuncti: Sequitur vt percurramus modum curandi eosdem affectus simul associatos: vbi scilicet & corporis humani partes morbo aliquo premuntur, & aliquod symptoma, aut actiones, aut excreméta, aut vtrunq; perturbat, eorumque causæ efficientes præsentes adhuc adsunt. Quo scilicet ordine, & qua arte sint auferédi, quibusque ingeniis remedia ita vni applicari possint, vt alteri quoq; prosint, aut saltē nihil obsint. Febris autem cum cæteris frequentius aliis affectibus associetur: quapropter de curatione febris primum agemus. Quoniam vero vt initio huiusce operis dictum fuit, curatio tunc recte & conuenienter dicitur esse facta: quoties trium præcipue habebitur ratio: affectus, corporis affecti, & circunstantiarũ: quapropter sequitur, vt etiā in febrium curatione horum omnium sit habenda ratio. Incipiétes igitur exercere in morbis associatis arté curādi propositam, incipiendũ erit a recta, & exquisita febriũ cognitione. Porro FEBRIS est intēperies calida cordis, facta ab iis, quæ caliditatem præter naturam in corde inducere possunt, vt fiat actionum læsio, vel interitus. Ideo autem dictum fuit esse intemperiem, vt notaretur sub primo morborum genere febrim contineri, ratione cuius distinguitur a tribus aliis morborum generibus. Ea vero ratione, qua dictum fuit esse intemperiem calidam, seiungitur ab omnibus aliis intemperierum specie-

Curationis tria summa capita.

Quid Febris.

ſpeciebus. Ratione vero, qua in corde exſiſtit, notatur locus affectus, ſeu ſubiectum, in quo ſedem tenet ipſa febris: modo per cor intelligantur partes cordis ſimilares, quæ ſunt ſubiecta materia ipſius febris. Fit autem, atque introducitur huiuſmodi intemperies calida in corde, vel a cauſa calida recedente poſt factã impreſſionem, vel permanente. & ſi recedente, vel ab extrinſeco aduenięte, veluti aeris feruore, cibo & potu nimis calidis, & medicamẽtis, aut quãtitate, aut qualitate peccãtib. aut ab intrinſeco: & hoc vel ab animi accidẽtibus, veluti ira, mærore: vel a corporis accidẽtibus, vt nimio motu, laſſitudine: vel vtriuſq; vt vigiliis: & ſi a cauſa permanente, aut a meatuũ cõſtipatione, vel frigiditate extrinſecus cutis poros claudente, ita vt calor difflari non poſſit; vel a putredine vapores calidos ad cor mittente. Fit autem actionum læſio, earum ſane, quæ cordi propriæ ſunt; veluti ſunt pulſus celer ac frequens, ſolius calidioris cordis proprius; viriũ languor, & imbecillitas cum ſpontanea corporis diſſolutione: & hoc, quod neceſſe ſit corpus vniuerſum conſentire laboranti cordi. Qualitas præterea corporis vniuerſi mutatur ad caliditatem: foris ſane acrem & pungẽtem, aut intus certe moleſtam, hæcque omnia ſequuntur ad febrim, quatenus febris. Habita iam cognitione naturæ febris in vniuerſali, ſequitur vt percurramus differentias, ſeu ſpecies febrium, eas aſſumentes ex diſſolutione ma-

Febrium cauſa.

Actionum læſio in febribus.

Tres febriũ differentiæ.

teriæ ſubiectæ in diffinitione febris poſitæ. Porro cum ſubiecta materia febris ſint partes cordis ſimilares: partes autem cordis ſimilares ex tribus principiis ortum trahant: ex ſpirituoſa, humorali, & ſolida: ſequitur quod tria etiam erunt febrium genera, nec plura, nec pauciora: quarum prima, quæ ſpiritum occupabit, in calfacto eſſe: reliqua vero in calfieri, ephemera appellatur. ſecunda, quæ eodem modo humores occupauerit, putrida: tertia, quæ ſolidam cordis ſubſtantiam, hectica eſſe dicitur. Igitur ephemera erit intemperies calida ſpirituum cordis facta ab iis, quæ ſpiritus calfacere poſſunt, vt fiat actionum læſio, vel interitus. Illud autem non ignorandum, quod etſi febris, quatenus febris, ſit cauſa læſionis actionum cordis, differẽter tamen ephemera lædit actiones cordis vitales ab aliis febrium generibus: nempe quod ephemera tametſi ratione qua febris eſt pulſationes cordis immutet, eas tamen æquales remanere ſinit: & hoc, quod in ephemera nõ adſit materia, a qua pulſus in motu impediri poſſit: veloces tamẽ ſunt, quo aucta ſit neceſſitas euentandi. Qualitas vero corporis, caliditas ſane, tactu mitis percipietur: quæ in putridis atq; hecticis mordacior eſſe ſolet, atque excrementa corporis, vt vrina, ſubſtantia, colore, ſedimento, aut nihil, aut minimum a naturali diſtabit. Sequitur secũdum genus febrium, quod putridum appellatur, ſi prius, illud prænotatum fuerit, reperiri

1. 2. 3.

1. Quid ephemera.

Actionum læſio in ephemera differt ab aliarum febrium læſione.

Qualitas corporis. Excrementa non multum mutãtur.

reperiri quoddam ephemerarum genus quod non ſimplex, ſed compoſitum appellatur, anceps & ambiguum, inter ephemeram & putridam, ortum trahens a duabus cauſis ſimul cõiunctis, ab augmento ſanguinei caloris in ſubſtantia aucti, & meatuum conſtipatione, (& ſynochus abſque putredine appellari ſolet) oriri ſolitum, vt ait Galenus, nõ in corporibus debilibus, ſed in quadratis corporibus. cuius ſane tres differentiæ aſſignari ſolent ex vario conſtipationis modo deſumtæ: prima, in qua plures ſint pori conſtipati quam aperti, acmaſtica: ſecunda, in qua pauciores ſint conſtipati quam aperti, paracmaſtica: tertia in qua æquales ſint aperti cum conſtipatis, omotona: iiſdemque ex cauſis proficiſcuntur huiuſmodi febres, quæ tamen vehemẽtiores ſint, ex quibus diariæ, iiſdemque accidentibus & notis apparent, ſed aliquantulum manifeſtioribus. Sequitur ſecundum febrium genus, quod putridum appellatur. Porro febris putrida eſt intemperies calida in humoribus cordis ſedem tenẽs, facta a vaporibus putridis, cum humoribus cordis commixtis, vt fiat actionũ læſio, vel interitus. Quod quidem putridum genus, ratione qua humores cordis occupat, ſeiungitur ab aliis duobus generibus febrium: nimirũ quod ratio ephemerarum ſimplicium ſit, vt caliditas inſit in ſpiritibus cordis abſque additione alicuius ſubſtantiæ: hecticarum vero ſimplicium ratio ſit, vt calor & ipſe auctus ſit

Synodus nõ putrida.

Synochi tres differentia.

Acmaſtica.

Paracmaſtica.

Homotona.

II. Quid putrida.

Putridarũ ab ephemeris & hecticis differentia.

secundum solam qualitatem absq; extrinseco additamento, in substantia cordis exsistens: sed ratio febris putridæ sit & ipsa intemperies calida cordis, sed cum additione putridorum vaporum commixtorũ cum humoribus cordis: ita vt cordis humores duntaxat inficiantur, & non putrescant. Notanter autem dictum fuit, putridos vapores commisceri debere cũ humoribus cordis: & hoc, quoniã tametsi in corpore adesset putredo, atq; ab eo loco nõ eleuarentur putridi vapores, qui commiscerentur cum humoribus cordis, non esset putrida febris. Ratione vero, qua positum fuit, huiusmodi vapores putridos cõmisceri debere: ita vt inficiant solum, non autẽ putrefaciant cordis humores: seiungitur a pestilẽti febre. Causæ autem huiusce febris eædẽ esse solent, quas etiã & febris in vniuersali esse diximus, & quæ ephemeram etiam causare solent, modo non leuissimæ sint, ac veluti præterfluentes, sed ita vehementes sint, vt humorem spiritib. difficilius alterabilẽ inficere possint. Actionem autem cordis ita oblædere solent, vt pulsum faciant inęqualem tum vnius, tum pluriũ pulsationũ: vnius quidẽ quod velocior sit systole: diastole vero tardior: Et hoc ratione materiæ, quam natura systole depressa arteria conatur excludere. Plurium vero pulsationum etiam inæqualitas apparet, modo scilicet celerem, modo tardum pulsum faciens: & propter inæqualitatem, & varium putredinis motum: & rursus

Putridos vapores necesse est cõmisceri cum humoribus cordis.

Putridæ & pestilentis differentia.

Putridarũ causa.

Actionum læsio in putridis.

rursus modo fortem, modo languidum, alias quidē oppressa, alias leuata natura. Excremēta vero tali modo immutat, vt vrina vel penitus cruda, vel obscure appareat cōcocta, idq; maxime initio: qualitatēq; corporis adeo immutat, vt acris mordax & tangētis sensum acriter ferire incipiat, nō quidē ipso inuasionis initio, sed vel in augumento, vel in statu. Atque hæc sane est ratio putridæ febris. Cuius sane species, ac differentias facile inueniemus, si prius illud fuerit prænotatum, quod ex duplici putridorum humorum situ & loco, duo putridarum febrium prima genera ortum trahunt: alterum ex putredine humoris intra venas, atque arterias exsistentis, humores cordis continuo inficientis, & labefactantis, quæ etiam putrida continua appellatur: alterum vero ex putredine a venis ad extra venas emissa, quæ cum non assiduo cor inuadere possit, intermittens appellatur: putridæque febris cōtinuæ adhuc modum (non autem genus) duplicem esse: alterum earum febrium quæ ab initio in finem perseuerant, nullo stato excandescentiæ ordine: cuiusmodi solet esse synochus putrida, & quæ causus appellatur: alter vero earum, qui etsi nunquam intermittat, remittit tamen, & excandescit, alia quidē quotidie, alia alternis diebus, alia quarto quoque die. Qui quidem duplex modus inde ortū trahit, quod primus modus earum, quæ excandescentiam non habent, fit propter materiē in venis cordi proximis exsistentem, ratione cuius putre-

Excrementorum mutatio.
Corporis qualitas.

Putridarum duo sunt prima genera.

Putrida intermittens.
Putridæ cōtinuæ modus duplex.

Synochus putrida.
Causus.

Duplicis modi ratio.

do cor ipsum assidue pari vehementia exercere potest. secundus vero, qui, etsi nunquam intermittat, remittit vero, causam sui habet in venis aliquantulum a corde disiunctis: ratione cuius distantiæ putredo in cor pari impetu assidue fieri nequit: quanquam nec istarum excandescentia vel a rigore, vel ab horrore, vel a frigore initium habet, vt intermittentes, nec sudore soluuntur. His prænotatis, sequitur modo, quod febris putrida continua erit intemperies in cordis humoribus exsistens, facta a putredinali caliditate humorum intra venas exsistens, vt fiat actionum læsio, vel interitus. Nam in eo, quod ait diffinitio, esse intemperiem calidam exsistentem in humoribus cordis factam a putredinali caliditate humorum, notat vniuersale genus omnium putridarum tam continuarum quam intermittentium. Quod autem ait diffinitio, huiusmodi putredinalem caliditatem intra venas exsistere, seiungit hoc genus putridarum continuarum a genere intermittentiũ: & hoc, quod putredo humoris ad intra exsistẽs sit ratio, per quam continua ab intermittente seiungitur, seu modo putredo intra venas exsistẽs omnes, aut saltem maximas venas æqualiter inuadat; aut ex vna quapiam initium ducat, in cæteras postea sensim continuatione perreptans. Cuius quidẽ duplicis modi causæ solent esse duę, aut quia putrefaciens causa vni quã alteri venæ propinquior exsistat, aut quia sanguis non

Quid putrida continua

Putridarũ continuarũ & intermittentium differentia.

Continua putrida duplex modus.

in

in omnibus æque venis ſui ſimilis habeatur. Actionem autem cordis hoc modo immutat putrida continua, pulſus inæqualitatem vltra vigintiquatuor horas exporrigendo, neque vt intermittens ſenſim hoc tempore deſinit, ſed hoc modo perſeuerat dum prorſus conquieſcat. Nec actionẽ motionis deprauat prætergreſſo frigore, ſed repẽte calor hominem adoritur, quo ad excrementa ſudor manifeſtus non apparet, vt in intermittente, quæ manifeſto ſudore deſinit. Quanquam huiuſmodi læſiones nõ vno, ſed duplici modo apparere ſoleant, ſecundum quod duplicem diximus eſſe continuæ febris modum: nimirum in iis, quæ ſunt continuæ ab initio in finem perſeuerantes nullo ſtato excandeſcentiæ ordine, cuiuſmodi ſunt ſynochus putrida, & cauſus, grauiores apparent: in iis vero, quæ ſecũdi modi ſunt continuæ remittentibus aliquando, nunquã tamen intermittẽtibus, leuiores: veluti in tertiana cõtinua leuiores, in cauſſone vero multo grauiores. Cui ſi tanta accedat pernicies, vt interiores partes, ipſaque viſcera vri videãtur, ſimulq; extrema frigeant, peculiari nomine, lipyria febris euadet, ardentium omnium deterrima. Declarata iam putridæ continuæ natura, ſequitur vt inquiramus eius differentias, illas eliciẽtes ex putridæ cõtinuæ natura. Porro cum putrida in humoribus ſedem teneat, ſequitur etiam, quod tot erunt putridæ continuæ ſpecies, quot erunt humorum differen-

Continua putrida duplex modus.

Actionum læſio.

Actiones duplici modo læduntur

Lypyria.

tiæ. Cumque humores quatuor ſint, ſanguis, bilis, pituita, melancholia, horumque vnuſquiſque dupliciter putreſcere poſſit, vel vnuſquiſque per ſe & ſolitarie aliis illæſis, vel ſimul omnes: ſequitur quod etiam putridarum cótinuarum differentiæ quinque erunt, nec plures, nec pauciores: alia quidem, in qua ſanguis ex quatuor humorum æquabili permixtione temperatus putreſcat, incendioque prédatur, ſynochus putrida dicitur: aliæ vero ex vincentis humoris natura ſpeciem ſortientur, ex putredine ſanguinis ſanguinea, ex putredine bilis bilioſa, cuius ſi magnum ſit incēdium, cauſus euadet, ex putredine pituitæ pituitoſa, ex putredine melancholiæ melancholica. A quibus eiſdémet humoribus intermittétes quoque originem trahunt, nec quo ad cauſas a cótinuis differunt, ſed per motum duntaxat, & ſitum: motu quidē, quod in interpolatis materia moueatur a venis ad extra venas: in continuis vero eadēmet materia in venis maneat. ſitu vero, & loco, quod locus interpolatarum ſit extra venas, locus vero continuarum intra venas exſiſtat, vt non abſque ratione Galenus quandoque dixerit, quod ſi tertiana eſſet continua, euaderet cauſus, & ſi cauſus fieret interpolatus, euaderet tertiana. quod de aliis quoq; quartana, & quotidiana dici poteſt. Inuentis putridæ continuæ differentiis, ſequitur vt cuiuſque naturam percurramus, incipientes ab ea, quæ quatuor humores æquabili permixtione

Putridarum continuarũ quinq; ſunt differentiæ.

Continuarũ & intermittetium differentiæ.

tione constitutos putredine, incendioq; prehẽdit, synochus putrida appellatur, quæ est intemperies calida exsistens in humoribus cordis, facta a putredine omnium humorũ intra venas exsistentium, vt fiat actionum læsio, vel interitus. Porro quod ait definitio, synochum putridam esse intemperiem calidam exsistentẽ in humoribus cordis, eo pertinet, vt notet vniuersale genus omnium specierũ putridarum febrium. At quod additur, fieri a putredine omnium humorum, eo spectat, vt per hãc differentiam contrahatur genus illud ad hanc solã speciem; nempe quod cæteræ omnes putridarum species non fiant ab omnium putredine, sed a putredine aliquorum duntaxat. Illud tamen non est ignorandum, per omnium humorum putredinem, non esse intelligendã massam sanguineam, sed ichores omnium humorum. At quod additur, huiusmodi putredinem omnium humorũ intra venas exsistere: eo pertinet, vt separetur ab iis putridarũ speciebus, quæ intermittentes sunt, quæ quidem non intra, sed extra putredinẽ suã sortiuntur. Læsiones vero actionum eædẽ fere huiusmodi febrem insequuntur, quas synochũ simplicem sequi diximus, sed insigniores, pulsusque nõ modo magnus, vehemẽs, celer, ac frequẽs, sed inæqualis, & inordinatus: Quoad excrẽtia, vrina crassa erit, rubra, turbida, sedimentoq; nullo. Quoad qualitatẽ immutatã calor in hac acrius, quã in synocho simplici cõtactũ feriet;

Quid synochus putrida.

Synochus putrida differt ab aliis putridis.

Humorum omnium putredo in synocho putrida.

Actionum læsio.

Excrementa & qualitas mutata.

& hoc, quod ab iisdemmet causis originem trahat, a quibus synochus simplex, sed multo validioribus: quæ non modo inflammationē, sed & putredinem accersere possint, hancque omnium efficacissimam esse, non solum cutis simplicem constipationem, sed impactis multis crassis, viscosisque humoribus obstructionem veram, quæ non solum cutim, sed & tenues iecoris, habitusq; corporis venas infarciat.

Causa.

1. Quid putrida continua sanguinea.

Postquam declarauimus naturam putridæ febris continuæ. Sequuntur illæ, quæ sunt putridæ continuæ, ex putredine vnius duntaxat humoris, incipientes a sanguinea, quæ est intemperies calida exsistēs in humoribus cordis, facta a putredine sanguinis intra venas exsistentis, vt fiat actionum læsio, vel interitus. Porro intemperies calida exsistens in humoribus cordis est genus vniuersale omnium febrium putridarum. Ob id, vt seiungeretur a cæteris putridis cōtinuis, additum fuit in definitione, huiusmodi intemperiem calidā humorum cordis factam esse a putredine sanguinis.

A febre sanguinea interpolata differentia.

Quod vero additum fuit intra venas exsistētes, eo pertinet, vt distinguatur a febre sanguinea interpolata, tametsi maximum dubiū sit, vtrum sanguis ab aliis humoribus contra distinctus putrescere possit in venis.

Actionum læsio.

Læsiones vero actionum, quæ insequi solent huiusmodi febrem, eædem ferme sunt, quæ insequi solent biliosam, ac melancholicam febrim. Sequitur secunda, quæ fit ex putredine flauæ bilis intra

lis intra venas, continua tertiana dicitur: quæ ſane erit intemperies calida exſiſtēs in humoribus cordis, facta a putredine flauæ bilis intra venas; aliquantulum tamē a corde diſiunctas, nunquam intermittens; remittens vero alternis diebus, vt fiat actionum læſio, vel interitus. Quæ ſane ratione qua ſedem tenet in humoribus cordis, ſeiungitur ab ephemeris, & hecticis, & reponitur ſub genere putridarum: ratione vero, qua putredo intra venas exſiſtit, ſeiungitur ab interpolatis putridis: ratione vero, qua humor putreſcens eſt flaua bilis, ſeiungitur a cæteris continuis putridis: ratione vero, qua huiuſmodi humor putreſcēs intra venas reperitur aliquantulū a corde diſiunctus, ſeiungitur ab illis putridis continuis, quæ cor aſſidue pari vehementia exercent, atq; ab initio ad finem nullo ſtato excandeſcentiæ ordine perſeuerant; cuiuſmodi ſunt ſynochus putrida, & quæ cauſus dicitur: quod etiam per aliam particulam expreſſum fuit, quæ ait, nunquam huiuſmodi febrem intermittere, ſed duntaxat remittere. Quoniam vero erant aliæ quoque putridæ continuæ remittentes, nunquam tamen intermittentes, ob id, vt ſeparetur huiuſmodi febris tertiana continua ab omnibus aliis exacerbantibus: additum fuit, huiuſmodi febrim continuam remiſſionē ſui alternis diebus efficere: quod non facit aliqua aliarum putridarum continuarum remittentium: ſed earum aliæ quotidie, aliæ vero quar-

11. Quid tertiana continua.

Tertiana continua ab ephemeris, hecticis, interpolatis putridis & cæteris continuis putridis diſcretio.

Actionum læsio. *Excrementa mutata.* to quoque die remittũt. Læsiones vero actionũ efficere solet, nullo frigore, aut rigore motionem deprauans: & quo ad excrementum immutatum, nullo insequente sudore mitescit, sed alternis diebus manifestam habet remissionem, ac manifestũ exacerbationis motum.

III. Quid continua quotidiana. Sequitur tertia species continuarum ex putredine vnius humoris, qui pituita appellatur, continua quotidiana dicitur; quæ sane erit intemperies calida exsistens in humorib. cordis, facta a putredine humoris pituitosi intra venas exsistentis, nunquam intermittẽs, quotidie tamen remittens, vt fiat actionum læsio, vel interitus: *Continua quotidiana ab aliis differentia.* ratione putredinis intra venas differens ab interpolatis: ratione humoris pituitosi putredinis intra venas differens ab interpolatis; ratione humoris pituitosi putrescẽtis differens ab aliis speciebus putridarum cõtinuarum. Ad quod etiã pertinet id quod ait, hanc febrim nũquam intermittere, quotidie tamen remittere: cum nulla aliarum quotidie remittat, sed vel alternis diebus, vel quarto quoq; die. *Actionum læsio.* Actiones autem lædit pulsus non eadem celeritate, frequentia, aut inæqualitate feriendo atq; in cæteris, exacuiturq; nullo frigore, aut horrore motionem deprauans, mitescitq; quotidie nullo sudore.

IIII. Quid continua quartana. Sequitur quarta species continuarum putridarum ex melãcholia ortũ trahens; quartana appellatur: quæ sane & ipsa erit intemperies calida exsistens in humoribus cordis, facta a putredine humoris melan-

melancholici intra venas exſiſtentis, nunquã intermittens, remittẽs vero quarto quoq; die, vt fiat actionũ læſio, vel interitus: ratione putredinis intra venas differens ab omnibus putridis interpolatis: ratione vero qua humor putreſcens ad intra contingit eſſe humor melãcholicus, differens a cæteris putridis cõtinuis: ad quod etiam pertinet id quod dictum fuit, huiuſmodi febrem nunquã intermittere; remittere vero quarto quoq; die, cũ nulla aliarũ quarto die remittat. Actiones autem lædit, exacuiturq; nullo frigore, aut horrore motionẽ deprauans, miteſcitque nullo ſudore quarto quoque die. Hactenus declaratis, & decurſis omnibus ſpeciebus primi generis putridæ febris, quod continuum appellatur: ſequitur vt aggrediamur ſecundum genus putridarum, q interpolatũ dicitur, in vniuerſum prius illud declarantes. Porro putrida febris interpolata

Continua quartana ab aliis differentia.

Actionum læſio.

134 eſt intemperies calida exſiſtens in humoribus cordis, impreſſa a putredinali caliditate humorum extra venas exſiſtẽtium, vt fiat actionum læſio, vel interitus. Quæ diffinitio ſane ſecundum omnes particulas eodem modo eſt intelligenda, quomodo ſuperius fuit declarata. Et ratione qua dictum fuit, cauſam extra venas exſiſtere, ſeiungitur a genere putridarum continuarũ. Actiones autẽ cordis hoc modo lædit, pulſum reddendo inæqualẽ, ſed vltra vigintiquatuor horas ſenſim deſinit, motionẽq; deprauat prægreſſo aut frigore, aut horrore,

Quid febris interpolatæ putrida.

Actionum læſio.

aut rigore:non autem calore repente hominē adoritur,atque in eius desinentia, sudore manifesto,qui tamen in continuis latens erat,apparere solet. Declarata natura putridæ febris interpolatæ in suo genere, sequitur vt percurramus eius differentias: quę quidem sicuti etiam continuæ ex numero humorum, in quibus sedem tenet,trahi debent. Atqui cum humores quatuor sint,sanguis,bilis, pituita,melancholia:sequitur etiam quod quatuor erunt interpolatarum febrium putridarum differētiæ(nam quintam speciem interpolatū genus habere non potuit, quam tamen continuarū genus habuit)& hoc,quod impossibile sit sanguinem extra venas exsistere qui bene temperatus sit,quique ex æquabili quatuor humorū permixtione constitutus, putredine,incēdioque prehendatur,sicuti fieri diximus synochū putridam. Sequitur modo vt singularum naturam declaremus, prætermissa interpolata, quæ sit a sanguine,vtpote quæ diuersos periodos a tertiana, & quartana non faciat. Igitur tertiana interpolata erit intēperies calida exsistēs in humoribus cordis, facta a putredinali caliditate humoris biliosi extra venas exsistētis,vt fiat actionum læsio,vel interitus:quæ sane ratione putredinis humoris biliosi seiungitur a reliquis speciebus febrium interpolatarum. Causæ autē superuacanei humoris biliosi petendæ erunt a temperamento natura calido,& sicco, habitu gracili, ætate florente, laboribus,

Febrium putridarum interpolatarum quatuor differentiæ.

Interpolata sanguinea.

Quid tertiana interpolata.

Causa exsuperantia bilis.

laboribus, vigiliis, mœroribus, curis,ardoribus,victu parco,calido, & ſicco,ac iecore impenſe calido:a quibus omnibus ſequi ſolet flauæ bilis exſuperantia,maxime quidem æſtate, calidis, ſiccisque regionibus, atque æſtuoſo cœlo:quorum aliquo deficiente exquiſita tertiana eſſe non poteſt. Actiones autem cordis hoc modo lædit, pulſum ſane efficiẽs inęqualem , quod hoc proprium ſit putridi generis febrium ; minimum tamen erunt inæquales ob tenuitatem ipſius materiæ , maximum, & velociſſimum , ob maximam neceſſitatem euentandi humoris maxime calidi : motionem deprauat prægreſſo rigore,ac cõcuſſione: ſenſationẽ vero prægreſſo frigore , ac capitis dolore : appetitionem immutat ad frigidum , & humidum:& vigilias inducere ſolet. Qualitatem autem corporis mordaciſſimam facit, cito tamen ob eius tenuitatem pertranſeuntẽ; ita vt paroxiſmus tertianæ longitudinem duodecim horarum non pertranſeat:&quo ad excrementa,ſudore in fine deſinere,vomitumq; bilis inducere ſolet. Ad eũdem modum quotidiana interpolata erit intemperies calida exſiſtens in humoribus cordis facta a putredinali caliditate humoris pituitoſi extra venas exſiſtentis, vt fiat actionum læſio , vel interitus, ratione putridi humoris pituitoſi differens a cæteris putridarum interpolatarum febrium differentiis. Superfluitatis autem huiuſce humoris pituitoſi cauſæ erunt temperamen-

Tertiana exquiſita.

Actionum læſio.

Corporis qualitas mutata.

Excrementa mutata.

Quid interpolata quotidiana.

Cauſa ſuperfluitatis pituita.

tum natura frigidum, & humidum, habitus obesus, ætas senilis, otium, somnus longior, victus frigidior, & humidior, assidua crapula, tempus hyemale, regio frigida, & pluuiosum cœlũ. Actiones vero cordis hoc modo lædet, pulsum efficiendo minimũ: & hoc, quod propter humoris frigiditatem pauca adsit necessitas euentandi: sensitiuam & ipsa deprauans frigore, sed multo longiori ratione humoris frigidi, & humidi calori rebellis, sensusq; facit obtusos, reddens homines obliuiosos, ad motum tardos, & somnum procliues: & quo ad excrementa sudore in statu apparet: qualitatemque corporis facit non acrem, sed hebetẽ tangẽti, quæ ægre augescit, & magna inæqualitate, qua modo calor, modo frigus percipitur: totaq; accessio erit horarum octodecim, intermissio sex. Ad eundem modum quartana interpolata erit intemperies calida exsistens in humoribus cordis, facta a putredinali caliditate humoris melancholici extra venas exsistentis, vt fiat actionum læsio, vel interitus: ratione putridi humoris melancholici differente a cæteris speciebus interpolatarum; cuius causæ erunt, temperamentum natura frigidũ, & siccũ, habitus corporis gracilis, & glabrus, ætas constans, vel iam inclinans, curis præsertim, & mœroribus confecta, viuendi ratio in cibo crassior, terrena, ac omnino fœculenta, vinum crassum, atque potens, regio frigida, & sicca, tempus anni autumnale, cœlique constitutio:

Actionum læsio.

Qualitas & excrementa mutata.

Quid interpolata quartana.

Causa superfluitatis melancholia.

ſtitutio inæqualis, ac turbulenta. Actiones autem hoc modo lædet, pulſum efficiens paruũ, tametſi non ita paruum ſicuti quotidiana: & hoc, quod non ita impediatur inſtrumentum a vaporibus frigidis, & ſiccis, ſicuti a craſſis, & viſcoſis, inæqualem ſane magis quidem quam in tertiana, minus vero quam in quotidiana. ſenſitiuam deprauat prægreſſo frigore, ſed maximo, & longo, quod humor ſit maxime frigidus. Quo ad exeuntia, aliquando deſinens cum ſudore, aliquando ſine ſudore. Quo ad qualitatem corporis, calorem in corpore inducit medium tertianæ, & quotidianæ, quadam frigoris permixtione, cuius exceſſio quatuordecim horas non excedit. Hactenus dictum ſit de ſimplicibus, & exquiſitis febribus putridis ex vnius duntaxat humoris ſimplicis putrefactione proficiſcentibus, in cuius humoris generatione omnes cauſæ, nempe natura, ætas, victus ratio, regio, anni tempus, cœli ſtatus, & alia omnia concurrunt. Sequitur vt percurramus febres compoſitas proficiſcentes ex cauſis ſimul complicatis, & compoſitis, a quibus etiam ſolent procedere, atq; effluere læſiones in actionibus qualitate, atque excrementis compoſitæ, ſi prius illud prænotatum fuerit: febrium compoſitionem dupliciter intelligi poſſe: primo modo, ſi fiant ex diuerſis humoribus, eodem tamẽ loco permixtis, atq; confuſis: ratione cuius ſimul etiam incipiunt, ſimulque deſinunt: earumque læſiones,

Actionum læſio.

Qualitas corporis & excrementa mutata.

De febribus compoſitis.

Febrium compoſitio dupliciter accipitur.

& notæ simul sunt confusæ, nomenque sortiuntur ab eo humore, qui prædominatur in confusione, vt quæ plus bilis quam cæterorũ humorum possidebit: tertiana, sed notha appellabitur: quotidiana nota, quæ plus pituitæ, quartana notha, quæ plus melancholiæ. Secũdo modo cũ fiunt ex diuersis humoribus, sed non eodem loco positis, quorum sit sua cuiusque sedes, sua essentia, suusque motus, quarũ læsiones, & notas tanquam seorsum essent, ac solitariæ, non sit difficile internoscere. Hæ igitur febres cõpositæ cum dupliciter fieri possint: quas primo modo compositas esse diximus, confusas appellabimus: quas vero secundo modo, implicitas quarum sane differentiæ & numerus facile elicietur ex varia complicatione diuersorum humorum putrescentium simul confusorum. Quoniam vero sæpius occurrere solet confusio illa humorum, in qua tamen plus bilis adsit, quam cæterorũ humorum, quæ tertiana notha, sed illegitima appellatur: quapropter huius duntaxat naturam, tãquam futurum exemplum aliarum confusionum, percurremus. Tertiana notha erit intẽperies calida exsistens in humoribus cordis, facta a putredinali caliditate bilis cum pituita commixtæ extra venas exsistentium: vt fiat actionũ læsio vel interitus: ratione putredinis bilis cũ pituita seiungitur ab omni specie interpolatarum simplicium, quarum nulla fit ex putredine plurium vno simplici humore.

2.

Febres confusa.
Febres implicita.

Quid tertiana notha

Quorum

Quorum duorum humorum causę euidentes eædem erunt, quæ simplices gignere solent, sed simul vnitæ, noxasque actionum tales inuehent, quæ sapient læsiones vtriusq; simplicium, tum febris tertianæ, tum quotidianæ. Sequitur vt percurramus febres secũdo modo compositas, quæ propriæ implicitæ appellari solent. Porro cum materia implicitarum febriũ sint simplicia prima duo genera, quorum alterum continuum, alterum interpolatũ dicitur: sequitur quod quotupliciter simul poterunt commisceri, ac implicari hæc duo genera, etiam tot consurgent genera febrium implicitarũ. Atqui simul implicari potest vel continua cum continua, vel intermittens cũ intermittente. Cumque implicatio continuæ cum continua potius confusio quam implicatio euadat, & hoc, quod in duabus continuis humores putrescant in venis maioribus, in iisque agitati permiscentur, ratione cuius simul confunduntur: sequitur igitur quod implicatio proprie fiet vel intermittentis cum intermittente, vel continuæ cum intermittente. Quarum implicationum differentiæ, & numerus hinc facile apparebit, incipiendo a differentiis & speciebus implicationis intermittentis cum intermittente. Porro cum materia implicitarum intermittentiũ sint tres species simplices intermittẽtium: nimirum tertiana, quotidiana, quartana: cumque vnicuique cõplicari possit altera cum altera vel ex eiusdem

Implicitarũ febrium materia.

Implicitarũ differentia.

Differentia implicationis intermittentis cum intermittente.

generis, vel ex diuersi generis implexu: eiusdē quidē, veluti simplex tertiana, quæ etiā frequē tius cōtingit, duplex quotidiana, duplex quartana: ex diuersi vero generis implexu intermittētiū, veluti tertiana, quotidiana, tertiana, quartana, & huiusmodi. Quę sane implicatio intermittentium, diuersi generis intermittentium perquam rara est. Ad eundem modum ex varia complicatione continuarum cum intermittentibus, variæ etiam ac multiplices differentiæ oriri possunt: Quæ sane cum ex mutua simpliciū inter se complicatione colligi possint, ab earum enumeratione supersedebo, putans satis fore si eas implicationes, quæ frequentius euenire solent, tāquam aliarum implicationum exempla proponam: veluti solet esse implicatio illa, ex diuersis generibus, nimirum altera continua, altera intermittente: quæ quidem cōtinua quotidiana sit, & tertiana sit interpolata, hemitritęi nomē sortietur. Igitur hemitritæus erit intemperies calida exsistēs in humoribus cordis facta a putredinali caliditate duorum humorum, bilis scilicet ac pituitæ: alterius quidē, bilis sane, extra venas: alterius vero, vt pituitæ, intra venas exsistētis, vt faciat actionum læsionem vel interitum. ratione putredinis duorum humorū differēs ab omnibus febrib. putridis, quæ simplices sunt: ratione vero, qua duo isti humores bilis scilicet & pituita, differens a cæteris febribus cōplicatis, in quibus putredo inuasit duos diuersos

Differentiæ implicationis cōtinuarum cum intermittentibus.

Quid hemitritæos.

Hemitritæi ab aliis differentia.

ſos humores, veluti bilem, & melancholiam: ratione vero, qua alter horum humorum, bilis ſcilicet extra venas, pituita vero ad intra putreſcit, differẽs ab implicitis ex duabus cõtinuis, & duabus intermittentibus, & reponitur in numero earum implicitarum, quæ ſunt diuerſi generis, vt alterius continuæ, alterius intermittentis: nec adhuc omnium iſtarum, ſed eius ſpeciei implicationis duntaxat, quæ ortum trahit ex tertiana intermittẽte, & quotidiana continua, quæ nomen hemitritæi proprium fuit adepta. Cuius febris læſiones ex nocumentis febrium ſimplicium, ex quibus ortum trahunt, facile deſumi poſſunt, præſertim cum vnaquæque illarum ſeorſum conſiſtat, propriamque eſſentiam habeat. Sed hæc de ſecundo febrium genere, quod putridum appellatur. Sequitur tertium genus febrium, quod hecticum dicitur. Porro hectica erit intemperies calida ſubſtantiæ cordis, facta ab iis quæ cordis ſubſtantiam in calfacto eſſe reponere poſſunt, vt fiat actionum læſio, vel interitus. Quæ quidem differt ab alis duobus generibus febriũ, ratione qua huiuſmodi febrium genus ſolidam ſubſtantiam partium ſimilarium cordis occupauit: ephemera vero ſpirituoſam, putrida vero humoralem. Cuius quidem cauſæ erunt eædemmet, quæ epherarum, modo aliquantulum ſint vehementiores. Quæ vbi vehementius perſeuerabunt, nõ ſolum hecticã, ſed tabẽ etiam, quæ eſt termi-

Hemitritæi læſiones.

Quid hectica.

Hecticarũ a reliquis differentia.

Tabes ex hectica.

nus arefactionis, inducent. Notandum autem est, quod si causæ tales erunt, vt nõ solum qualitatem, sed etiam materiam, veluti putridos vapores admisceant in substantia cordis, tunc non amplius hectica simplex, sed hectica putrida euadet. Qui vapores putridi vbi non tãtum admixtione substantiæ cordis contenti erunt, sed prætergressi substantiam cordis putrefaciant, tunc hectica pestilens euadet. Hectica vero febris actiones hoc modo lædit, pulsum efficiens imbecillimum, ita vt tacta arteria statim cedat: durum, quod cor siccum fiat: vacuum, quod exhausti sint spiritus, qualitatemque corporis immutatam ad calidum, semper æqualem conseruat, quod huiusce generis febrium proprium duntaxat exsistit. Nã tametsi semper acutior fiat, non tamen habet paroxysmorum excrescentias, quas, quodcunque aliud febrium genus habere solet, seu sit continua, seu intermittens, in quibus necessario in aliquo tempore calor exacerbatur. Sed hæc de tribus febrium generibus, & specieb. generis cuiusque. Notandum autem, præter hæc dari quoddam febrium non dicam genus (nam quomodo plura tribus generibus esse possunt, si plura tribus in quib. fundatur, subiecta non reperiuntur?) sed modum quẽdam, qui malitia, seu pestilẽtia appellari solet: vt hac ratione tum putrida, tum hectica, vbi ad tantam pernitiem peruenit, putrida pestilens, atque hectica pestilens appellari solet. Nam putrida

Hectica putrida.

Hectica pestilens.

Actionum læsio in hectica.

Cautela.

trida febris, quæ rationem putridæ tenet, donec vapores putridi sunt permixti cũ humoribus cordis, si ad tantam vim & malignitatem procedat, vt putrefaciat humores cordis, putrida maligna, seu pestilens appellatur. Atque hectica, si præter caliditatem quam induxit in substantia cordis, substantiam cordis etiam incipiat putrefacere, non amplius hectica simplex, sed hectica pestilens appellabitur. Cuius quidẽ malignitatis causa erit vehementia causarum, & maior putrefactio humorum putridorum. Actiones vero hoc modo lædit, nempe efficiendo pulsum paruum, languidum: tãdemque actiones omnes prosternere solet. Et hoc, quod cor tam alte labefactet, quod est principium & fons reliquorum omnium mẽbrorum. Quo ad qualitatem corporis, nõ sentiunt magnam caliditatem. Quæ tamen noxæ in putrida pestilenti leuiores, in hectica vero pestilenti grauiores erunt. In hoc tamen conueniunt, quod raro solent pertransire quartã, & vbi quartam pertransire contingit, aliquid boni prognosticari, & sperare possumus. Sed hæc de cognitione essentiæ, causarum, specierum, atque accidentium ipsarum febrium. Sequitur vt percurramus tempus, & quantitatẽ, seu magnitudinem, & paruitatem ipsarum febrium, incipientes a tempore: cum tempus, quo salubriter nutriri debet æger, a temporibus ipsarum febriũ sit sumendus. Cum igitur vnaquæque febrium species deprehẽsa fuerit

Putrida pestilens.

Hectica pestilens.

Actionum læsio.

non manere a sui principio vsque ad finem se-
cundum eandem dispositionem, seu conside-
remus febris essentiam, seu causam febris effi-
cientem: hoc est ipsum humorem, seu eius ac-
cidentia, propter igitur hanc variam disposi-
tionem, quæ fere quadruplex apparebat, assi-
gnarũt medici febribus ipsis quatuor tempo-
ra: primum quidem tempus principiũ appel-
lantes, in quo febris essentia, calor sane, debi-
lis est: & causa seu materia febrim faciens per
vrinam nullo pacto a calore naturali, vel præ-
ter naturam mota deprehenditur, dum scili-
cet nullum in vrina coctionis apparet vestigi-
um, vel coctioni cõtrarium apparet. Vbi autẽ
increscceret essentia febris, caliditas scilicet fe-
brilis: & causa ipsius, seu materia inciperet o-
stendere aliquod coctionis vestigium, & acci-
dentia ipsius inualescerent, tunc huiusmodi
dispositionem augmentum appellarunt. Vbi
autem febris essentia, caliditas sane, consiste-
ret, & eadem appareret atq; eius causa, humor
scilicet aut coctus, aut pessime se habere ap-
pareret, & accidentia ipsius in eodem esse etiã
permanerent, statum tunc febriũm esse dix-
erunt. Vbi vero omnia, tum febris essentia, ca-
liditas sane decresceret, materiaque cõsume-
retur, vel insensibiliter vel extra corpus detru-
deretur per aliquam euacuationem sensibilẽ,
accidentiaque penitus euanescerent, declina-
tionem febris esse dixerũt. Quæ sane quatuor
dispositiones seu tempora in salubribus qui-
busque

Tempora febrium.

1. *Principium.*

2. *Augmentũ.*

3. *Status.*

4. *Declinatio.*

busq; febribus, seu longæ sint, aut breues, etiamsi vnius tantum accessionis sint febres ipsę semper reperiuntur (quãquam in mortalibus declinatio non ad sit, vtpote quod in statu frequentius hominem mori contingat) quæ tẽpora in febribus sunt maximi momẽti: & hoc, quod ex ipsorum varietate necesse sit etiã auxilia ipsa variare. Patet igitur, principium febris totum illud tempus esse, quandiu humor, in quo febris est, crudus exsistit. Vbi coqui incipit, augmentum; vbi maxime cõcoquitur, vigor seu tempus morbi totius vehementissimum, vbi symptomata minuuntur & humoris declinatio: vt hac ratione coctio humorum obscura, principium: manifesta, augmentum, perfecta statum determinet. Ex his autem temporibus statum præcipue præcognoscere oportet, & hoc, quod ad ipsum inspicientes omnem victum instituamus. Quoniam vero pro recta febrium curatione ad victus rationem instituendam, non solum totius morbi duratio ex totius morbi temporibus vniuersalibus constituta, quæ morbi constitutio appellatur, est attendenda; sed & febrium accessiones sunt obseruandæ, in quibus cauemus ægrum nutrire: quapropter sequitur vt etiam accessiones febrium percurramus: (per accessionem autem intelligo partem periodi, & circuitus febrilis priorem, & peiorem: intermissionem vero posteriorẽ & mitiorẽ) cui quidem accessioni etiã quatuor

Tempora febrium variant auxilia.

Constitutio morbi.

Accessionis febrium quatuor tempora.

Intermissio.

tempora fuerunt assignata; principium sane,
augmentum,vigor,declinatio.quod vt clarius
appareat, exemplis illustrabimus, tum in fe-
bribus intermittentibus, tum cõtinuis. Prin-
cipium sane accessionis tertianæ erit dũ quis
inhorruit: duratque hoc tempus cum summa
illa caloris & frigoris inæqualitate, donec æ-
qualiter totum corpus caleat, pulsu duriori, &
minori, idque horis tribus, pluribus, paucio-
ribus. Calore mox insigni augescente, & in
partes etiam exteriores extenso, & pulsu ob
eum maiore,velociore,frequentiore, fit,aug-
mentum.Perseuerante æquali caloris magni-
tudine,& perseuerantibus dictis pulsuum dif-
ferentiis,quãtum sensu iudicare possumus, fit
status seu vigor, & summa accessionis magni-
tudo. Decrescente vero paulatim calore fit
declinatio, quam finiunt halitus quidem per
cutim,ac sępe sudores. Post declinationẽ suc-
cedit integritas,seu quies, seu intermissio, seu
interuallum, seu infebricitatio, in qua cessat
calor,& pulsus ex magno, veloci, crebro, ad
habitum naturalem redit. Atq; hæc sane sunt
quatuor tempora intermittentium febrium
accessionis,seu particularia,calore,& pulsibus
maxime distinguenda. Continuarũ vero quo-
tidianæ,& tertianæ finitimarum (nam rara est
admodum continua quartanæ affinis) tempo-
ra,quanquam sunt in accessionis portione in-
termittentes imitantes, eadem tamẽ sunt ob-
scuriora, vt sæpe principium in augmentum
coeat:

Accessionis tertianæ principium.

Augmentũ.

Status.

Declinatio.

Intermissio.

Accessionis continuarũ tempora.

coeat : ſtatus tamen iis ſemper adeſt,ſed pro integritate habent ſolum inclinationem quãdam,& caloris febrilis, atque eius ſymptomatum remiſſionem. Quęque in vna acceſſione, aut cõtinuarum reduplicatione per ſimplices periodos tempora notauimus : in reliquis acceſſionibus,& in reduplicationibus facile erit obſeruare, nunc breuiora, nunc longiora, pro varietate ipſarum cauſarum. Sed hactenus de natura ipſarum febrium,& temporibus. Earũ curationem percurramus (nam de earum magnitudine & paruitate , de natura corporum affectorum, remediorum , & ipſarum circunſtantiarum in curatione ipſarum ſermo fiet.) Porro cum curatio recte & conuenienter dicatur fieri, vt initio huius operis notatum fuit, quoties quatuor rerũ præcipue habebimus rationem: nimirum affectus, corporis affecti, remedii,& circunſtantiarum: ſequitur quod etiã in curatione febrium horũ omnium erit habenda ratio. Illud autem prænotandum eſt: ex tribus horum, affectu ſcilicet, corpore affecto & circunſtantiis. affectum,& quę circa affectũ conſiderantur , omnia indicare ſuiipſius ablationem per contraria: corpus autem affectum in morbis indicare ſui conſeruationem per ſimilia: quod vt ait Gal. 11. therap. temperamentum vitiatum in morbis nõ liceat mutare: circunſtantię vero, veluti aer quodammodo medius inter hæc duo , quandoque ſui poſtulant conſeruationem , quandoque vero per con-

De curatione febrium.

In curatione quatuor potiſſimum ſpectanda ſunt.

Affectus.

Corpus affectum.

Circunſtãtia.

traria immutationem : conseruationem sane suiipsius, cum aer temperiem habebit morbo cõtrariam, alterationem vero, & immutationem per contraria, cum habebit temperaturam morbo similem. Incipientes igitur exercere artem curandi propositam, incipiamus ab affectu. Diximus affectum esse diuidendum in morbũ, causam morbi, & symptoma morbi. Ergo & in hoc affectu, qui febris appellatur sumenda erit indicatio a febre, quæ est morbus, a causa febris, & a symptomate febris, quanquam a symptomate non quatenus symptoma sumenda sit indicatio, sed quatenus aut habet rationem causæ morbum augentis, aut vires debilitantis. Incipiẽtes igitur a febre,

Et remedia.

Indicationes in febribus.

Indicationes sumtæ a symptomate.

Febris primum in quantum morbus est, indicationem etiam exhibebit generalem, videlicet eius ablationem per contraria. Quatenus vero talis morbus seu febris, exhibebit indicationem magis limitatam, non quidem ablationem absolute, sed determinatam ablationem per determinata contraria: nempe per remedia refrigerantia: Quapropter vbi febris erit simplex, absque causa, ita quod causa iam desierit, veluti est ephemera, & hectica, frigidis solum & humidis erit auferenda, per sumenda, admouenda, educenda, facienda, quæ calorem redundantem æquabili excessu refrigerando abigãt. Quoniam vero diximus aliud remedii & alimenti genus esse exhibendum affectibus solitariis, vt in febre absque causa,

1. Indicatio a morbo sumta.

Febris ephemera & hectica ablatio.

videlicet

videlicet causa iam desita, vt diaria, & hectica: aliud in affectibus implicitis, vt febre associata cũ causa, ita vt adhuc sit in generatione, quod causa eam accendens prior erit summouẽda, quemadmodum diximus in arte curandi: aut si pars febris iam genita erit, pars adhuc erit in generatione, vtrique simul erit consulendũ, prius accendentem causam amouendo, dein accensam febrim exstinguendo. Nec hoc sufficit in affectionibus simul associatis, & implicitis, nisi etiam perpẽdamus, an in huiusmodi cõplicationibus morbus, id est, febris, & eius causa sint cõtraria, an vero similia: & hoc quoniam tametsi morbus, & causa morbi hoc habeant commune, quod per contraria sunt abigenda, non tamen semper eodem remedio contrario & morbo & causæ erunt tollenda: veluti contingit in febre cum causa contraria: Nam quod morbo erit contrarium, causæ erit simile, & ipsam fouebit, atque contra. Sed tũc potentioris indicationis erit habenda maior ratio, altera non neglecta. Vbi autem febris, & causa simul implicita non erunt contraria, sed inter se similia, cum vtriusque indicatio tũ causæ, tum febris simul consentiant, idem etiã vtrique contrarium conueniens erit, & tunc omnibus modis erit refrigerandum, & humectãdũ. Exemplis hoc fiet manifestius. Febris .n. si sit pituitosa, cuius causa est pituita, aut febris ab humore melãcholico, prior vtiq; cã postulat calida, & sicca; secunda calida, & humida. at

In febribus cum causa, causa prius tollenda est.

Indicationes a causa.

Morbo & causa non eadem contraria competunt.

In febribus quando humectandum & refrigerandum.

Febris pituitosa.

Febris melancholica.

calida,& ſicca febrim augent: victus enim frigidus, & humidus febricitantibus omnibus confert: victus poſtea talis cauſam febris exacerbat. Quare in hac complicatione morbi cum cauſa, inter ſe contrariis, & cõſequenter indicationum pugna, maioris erit habenda ratio, cauſę ſcilicet, aut morbi, a quo maius pẽdebit vitæ periculum. Vbi autem & febris, & cauſæ erunt ſimiles, veluti eſt febris bilioſa, victus frigidus, & humidus, tum cauſam, bilem ſane, humorem calidum, & ſiccum, tũ febrim morbum calidum ſiccum oppugnabit, tumq; audacter omnibus modis erit refrigerandum, & humectandum. Hæc de morbo ſimul cum cauſa: ſequitur vt conſideremus etiam febrim, & cauſam febris, cum ſymptomatibus quæ febrim inſequi ſolent. Porro ad hunc morbum, qui febris dicitur, quæ eſt intemperies calida, & ſicca cordis, quanquam etiã ad eius cauſam multa accidentia inſequi ſoleãt, vt plurimum tamen concomitari ſolent capitis dolor, ſitis, & vigilia: quæ ſymptomata ſane ſimilia ſunt cũ ipſo morbo. Dolor enim a multis vaporibus acribus ab vniuerſo corpore elatis cauſari ſolet, quapropter repulſione erit vtendum, quæ cũ fiat rebus frigidis, febrim etiã exſtinguũt. Sitis etiam ſimilibus remediis febrim etiam obtundentibus tolli ſolet; veluti oris madefactione ex aqua hordeacea cũ muccilaginibus cidoniorum, vel pſillii, aut lactucarum, aut ſeminum communium frigidorum maiorum,

Febris bilioſa.

Symptomatum in febribus conſideratio.

Dolor.

Sitis.

aut iulep violato cum aqua hordei: quæ omnia & linguæ ariditati, & nigrori conferre ſolent. Vigiliæ itidem mulſione papaueris cum iure lactucarum, a cæna lotione extremorum cum decoctione foliorum vitium, lactucarum, ſalicis, & capitum papaueris, & odoramento ex decoctione iuſquiami. Tuſſis quinetiam ſi febri ſit aſſociata, vbi ex ſiccitate partiũ pectoris pendebit, linitione thoracis ex oleo violato, & lacte; quæ omnia febrim etiam tollunt. Sed hæc de ratione curandi, & alendi in febribus, indicatione ab affectu ſumta. Sequitur quãtitas curandi, & alendi. Nam affectus, & quæ circa affectum hucuſque conſiderauimus, victus qualitatem magis indicant refrigerãtem, humectantem, calfacientem ſiccãtem potius quam quantitatem. Sequitur igitur poſt qualitatem remediorum, & cibariorum, vt percurramus quantitatem cibariorum, magis ſcilicet & minus nutritoriam, tum continuam; veluti cibi, potusque menſuram, tum diſcretã videlicet quoties die nutriendus ſit æger. Quę ſane quantitas a totius morbi ſtatu erit eliciẽda; morbis quidem bilioſis (quod cito etiam fiant, & creſcant) ſtatim victus tenuis erit ſaluber; pituitoſis autem, & melancholicis diuturnis initio plenior, in ſtatu, & ante ſtatum tenuior, quod vt ait Hipp. Quibus morbus ſtatim conſiſtit, iis ſtatim tenuis victus adhibendus: quibus vero poſterius debet conſiſtere, iis & in ipſo conſiſtendi tempore, & paulo ante il-

Vigiliæ.

Tuſſis.

Medicamentorum & alimentorũ quantitas.

Victus in morbis bilioſis.

Pituitoſis.

Melancholicis.

illud cibus ſubtrahendus: prius vero vberius agendum, vt æger ſufficiat, quod quãdo morbus in ſuo vigore conſtiterit, tunc victu tenuiſſimo ſit vtendum. Vbi autem morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, id eſt ſtatum. Nam dum morbi cõſiſtunt, omnia & febris, & eius ſymptomata ſunt valentiora, & extreme tenuiſſimo victu eſt vtendum: Vbi vero non, ſed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi eſt indulgẽdum, quãto morbus exrremis eſt mitior. Quæ omnia vt manifeſtiora fiant, hæc prius erunt intelligẽda, victũ in tres præcipuas differentias diſtingui, craſſum, ſymmetrum, & tenuem: craſſumque illud alimentnm appellari, quod vires augere valet: ſymmetrum, quod ſeruare: quod minuere, tenue. Notandum autem tenuis victus rationem hoc modo eſſe intelligendam, nimirum de imminuente tenui; non quia vere vires imminuat, ſed quia non ſufficienter roboret. quod elicitur ex 3. de ratione victus ex illo loco, vbi ait: Damnata autem propterea &c. quo in loco ait: imbecillitare, nullo pacto nutrire, & parum nutrire non eſſe idem: quoniã inquit diminuunt vires ſanguinis eruptio, deiectio ſuperflua, ſudor immodicus: & per accidens cibi abſtinentia: & hęc vere imbecillitare dicuntur. Quæ vero nullo pacto nutriũt vt aqua, eam imbecillitare, nec roborare quis dicet, niſi per accidens? tertio loco quæ exigue nutriunt. & poſſet quidẽ, ſiquis ſolis ipſis vſu

In vigore.

Victus tres differentia.

Victus tenuis.

vſus fuerit, mori, non quidem quia vires diminuant, ſed quia non ſufficienter roborant: ex his eſt mulſa. Nã ſi quis diebus quatuor cibo priuatus interire poſſit, is mulſæ vſu nõ quintam modo diem, verum quoque & ſextam attinget. Notandum autem vt ex libro de priſca medicina elici poteſt, quod etſi vniuerſa viuẽdi ratio, vt in aphoriſmis habetur, triplex ſit, craſſa, tenuis, & tenuiſſima; videlicet quæ cõeduntur, ſorbentur, & bibuntur; & quarta poſtea, quæ vltimo tenuiſſima appellatur in aphoriſmis, quam Galenus omnimodam cibi, & potus abſtinentiam interpretatur: ita vt totus victus quadrifariam diuidatur: in ea quæ comeduntur, ſorbentur, bibuntur, & omnimodam cibi, & potus abſtinentiam. Sorbitio nanque cum partiatur bifariam, in craſſam, & tenuem ſorbitionem, ſequitur quod vniuerſus victus in quinque differentias erit partiendus. ex quibus quinque differentiis quatuor acute ægrotantibus cõueniunt: nempe craſſa ſorbitio, tẽuis ſorbitio, pocula, & omnimoda cibi abſtinentia. de quibus meminit Hippoc. lib. de rat. victus in acutis. Quare ea conſiderando quæ comeduntur, craſſum ſorbitiones craſſæ, vt tota ptiſana: tenuem, tenuis ſorbitio, vt ptiſanæ cremor: exacte tenuem; potus, vt mellicratum; ſicut omnimoda cibi abſtinẽtia: vltimo tenuiſſimum victum conſtituunt. His iactis fundamentis, ex Gal. & Hipp. deſumtis, ſequitur vt accõmodemus ſingulis morborũ

Victus ratio tota quadrifaria eſt.

Victus totius quinque in vniuerſum differentiæ.

Ratio victus in morbis acutis.

In morbo peracuto omnimode a cibo abstinendum.

acutorum suam determinatam viuēdi formā, iuxta status distantiam præscriptam. Porro morbo peracuto, quique intra quartum diem sit terminaturus, vltimo tenuissimo victu vtemur, id est omnimoda cibi abstinentia: quod vt ait Hippo. vbi peracutus morbus fuerit, & statim vltimos labores habet, vltimo tenuissimo victu est vtendum. & sequens ait: Vbi vero non, paulo pleniorem, id est vbi morbus ab vltima symptomatū vehementia proxime degenerabit, qualis est qui ad septimum terminatur, eo vtemur victu, qui inediæ proximus est: qualis est victus per pocula, vt mellicratū, & huiusmodi. Quod statutum fuit etiam a Gal. 1. de ratione victus, & in aphorismis: In quibus inquit, non vltra primam septimanam protrahuntur, forti exsistente natura, solo est vtendū mellicrato. Qui autem morbo acuto laborāt, ad vndecimum terminū accessuri, tenui sorbitione erunt alendi, vt cremore ptisanæ. Qui vero morbo simpliciter acuto laborabūt, cuius terminus ad duas finitur septimanas, crassa sorbitione vtētur: exempli gratia, tota ptisana vti debent. Patet igitur hucusque, quomodo Hippo. & Gal. ab huius termini distantia victū ægrotantibus diffiniant. Cumque quatuor ab Hip. assignētur in dies quatuordecim quaternarii, quibus vt plurimum morbi acuti terminare solent, singulis suam victus formam definiuit, prout morbi adinuicem acumine differunt: ita vt quatuor, qui intra dies 14. sunt, terminis

In morbo acuto qui ad septimū terminatur.

Qui ad vndecimum.

Qui ad duas septimanas.

Acutorum terminis quatuor victus formæ respondent.

terminis, quatuor similiter victus formæ respondeant. His stantibus, sequitur modo vt ostendamus quænam febres intra quartũ, quæ intra septimum, quæ intra vndecimum, quæ intra decimumquartum terminare soleant: quoniam hoc habito, facile erit cuique febriũ differentiæ suam etiam determinatam applicare viuendi formã. Porro Causus legitimus, hoc est, febris ardens a bile impermixta ortũ trahens, atque synochus, si cum inquietatione erunt associatæ, ad quartum terminabunt. Eædem si cum vigiliis, aut capitis dolore, aut delirio cõtinuis fiant, intra septimum. Febres vero continuæ, quarum in die quietiori symptomata vtcunque ægrum molestabunt, ad vndecimum. Quarum vero apud inclinationem febris symptomata omnino euanescent, ad decimumquartum. Hoc est illud quod ait Hipp. libris de ratione victus, & libris de morbis vulgaribus. Quibus inquit, ardẽtes febres cum inquietatione fiunt, si robusta sint virtute, & habitu denso, difficulter spirabili, si abstinentiam longam citra insigne incommodũ pati assueti sint, hos in omni seruabis inedia. Si aliquid horum deficiat: nempe virtus sit imbecillis, aut habitus rarus, facilis resolutionis, aut humores nimium tenues, potibus hunc nutries. Quod si febris ardens citra inquietationem sit, & vigiliis torqueat, virtuteque valente, & reliquis vt oportet habentibus, pocula ministrato. Quod si illorum virtuti non

Febrium termini.

Causus legitimus.
Synochus.

Febres continua.

Febres ardentes cum inquietatione, qualẽ victum requirant.

Febres ardentes sine inquietatione.

fidas, aut in præsenti, aut in posterum: tenuem sorbitionem exhibeto. Febri autem, cuius symptomata in die tranquilliori nõ quiescũt, si cum robore virtutis accidant, tenui sorbitione. Quod si ob imbecillitatem præsentem, aut ob habitum rarum, in posterum illum nõ posse sufficere speres; præcipue si multo sit cibo assuetus, & humores tenues fuerint, crassa sorbitione hunc nutries. Quod si febris continua sit, cuius symptomata in die quietiori omnino euanescũt, crassa sorbitione ales. Quod si imbecillis fuerit virtus, aut habitus rarus, aut tenues humores affuerint, aut multo cibo sit assuetus, præcipue si hyems fuerit, huic cõcedendũ dabis quod facilis sit coctionis. Quoniam vero particularium cognitione, atque vsu rerũ cognitio certior euadit: quapropter sequitur vt percurramus modum curandi singulam speciem febrium, incipientes ab arte alendi. Porro ars alendi, vt tertio libro notatũ fuit, consistit in eligendo alimẽti genere, quãtitate, & tempore; secundo in consideratione ipsarum circunstantiarum. Genus autem cibandi sumitur a genere ipsius affectus: cibandi autem genus attenditur penes qualitates; vt intemperies calida frigidam vult diætam; obstructio aperientia, rarefacientia, vnitatis solutio condensantia. Amplius alio modo exhibẽdum est alimenti genus in affectibus simplicibus, & solitariis, aliud in affectibus implicitis, vt vbi, morbus causæ, aut morb. symptomati, aut

Febres continua.

Ars alendi in omni febrium genere.

Artis alẽdi requisita.

1. Alimenti genus.

aut cauſa ſymptomati implicita. Idque aut ſimilia inter ſe, aut diſſimilia, aut contraria. Quantitas vero alimenti ſumenda eſt a quantitate affectuum, vt longis morbis craſſiorem exhibemus viuendi rationem, breuibus autẽ, & acutis tenuem. Breues autẽ, & acuti morbi cum triplices ſint, ad quartam, ſeptimam, & decimamquartam; breuibus ad quartam, tenuiſſimum, veluti mellicratum, (quanquam antiqui nihil exhibebant) breuibus ad ſeptimam tenuiorẽ, ſuccum ſane ptiſanæ, antiqui dabant mellicratum. breuibus autem ad decimamquartam, ptiſanam non colatam. Amplius, huiuſmodi quantitas alimenti exhibenda dupliciter exhiberi poteſt, vel vniuerſa, ac ſemel: vel pluribus vicibus; videlicet vel ſemel in die, vel bis, vel pluries. Tempus vero exhibendi alimentum a temporibus morborum etiam eſt ſumendum; nempe quod iis temporibus, in quibus natura eſt valde oppreſſa, tenuior etiam conueniat viuendi modus: vt hac ratione, & in ſtatu, & in particulari morborũ paroxyſmo cibus ſit aut remouendus, aut diminuendus. Atque hæc de iis quæ ſumuntur ab ipſo affectu. Secundo conſiderandam diximus eſſe naturam corporis, in quo reperitur affectus, quod eorum temperamenta ſimilib. ſemper ſint ſeruanda. Amplius, quod non omnes temperaturæ in cibi abſtinẽtia ſint ſeruandæ, aliquos enim videmus difficile tolerare inediã, alios facile: difficile quidẽ calida, &

2. Alimenti quantitas.

Acuti morbi triplices.

3. Alimentũ exhibendi tempus.

II. In arte alendi conſideretur. Corpus affectum.

ſicca corpora, vt neceſſe ſit etiam in acceſſionibus eos cibare: facile vero corpora frigida, & humida. Diximus tertio, quod conſiderandum eſt ipſum alimẽtum; nempe modus ſubſtantiæ ipſius: & hic vel penes alterationẽ, vel motum localem, vel nutritionem: quantitas, & hæc vel molis, vel virtutis. qualitas etiam tũ prima, tum ſecunda. Diximus quarto conſiderandas eſſe circunſtantias; primum ſane ſolitarias, dein ſimul aſſociatas, aut inter ſe, aut cũ affectu, aut cũ corpore affecto, aut vtriuſque, atque in horum omnium ponderatione conſiſtere artem recte alendi. Sequitur modo vt artem hanc alendi applicemus ad vſum ſingularum febrium, incipiẽtes ab ephemeris: quãquam in ephemeris pauca ſit opus alẽdi arte, quod parum & pauco tempore recedant a naturali: vnde ptiſana conuenientiſſima erit, aut vice ptiſanæ panatella ex optimo pane confecta, potus vero aqua hordei cocta: atque hæc declinationis tempore erunt adminiſtranda. Sequuntur putridæ (nam ephemeræ, quæ habent pororum conſtipationem tanquam cauſam annexam, & ſynochus ſine putredine, omnem fere curationis ſpem ab euacuatione per venæ ſectionem habens, vtpote quæ refrigerandi, aperiendi, & ſimul euacuandi vim habẽs, febris intemperiem calidam, obſtructionem ſimul, ſeu conſtipationem, & humorum quantitatem acrem tollat.) Quod tamen attinet ad alẽdum, cum ſynochus ſine putredine

III. Alimẽtum.

IIII. Circumſtantiæ.

Alendi ars in ephemeris.

Ephemeris ab conſtipatione pororum & ſynocho ſine putredine auxiliatur venæ ſectio.

ratione

ratione morbi nullas habeat intermiſſiones, cum raro accidat in corpore calidi & ſicci tẽperamenti, aut habitus rari, conſequenter raro cum imbecilli facultate, potu ſolo conuenienter nutrietur ex aqua hordei parata, vt infra in cibandis cauſo laborantibus parãda. Synochus vero a putredine, ratione cauſæ, nempe humorum, qui corrumpuntur, cum natura citius labatur a febre & putredine ſimul inuadentibus, quam ex ſola febre, ſolidiori victu erunt nutriendi, videlicet ſorbitiuncula tenui ex hordeo, aut pane per horam in aqua endiuiæ infuſo, & acetoſa cocta, & potu aqua hordei cum acetoſa cocta. In cauſo vero cum humore bilioſo eius cauſa, & ſiti eiuſdem ſymptomate, in corpore talis habitus, vt nõ facile exſoluatur: & ex circunſtantiis cum virtute robuſta, potu erit nutriendus, cõfecto ex hordei parte vna, aquę partibus viginti, in quibus hora vna antequam ab igne amoueatur, recẽtes violæ inſimul fuerint coctę, aut ſyrupi acetoſi, aut ſyrupi violarum parum. At ſi, aut corpus affectum ſit habitu raro, ex circũſtantiis vires aut ſint imbecilles, aut etiamnum conſtantes ſint, dubiũ ſit ne ſolo potu perdurare poſſint vſque ad criſis horam: & cõſuetus ſit multum ęgrotus comedere: aquam hordei vt ſupra parato, & linteo raro hordeum fortiter exprimatur, ita, vt hordei exeat medulla, multaque aqua admiſcendo, fac tenuẽ ſorbitionẽ, parũ ſyrupi acetoſi addendo. aut hoc modo: micam

In ſynocho ſine putredine.

In ſynocho putrida.

In cauſo cũ humore bilioſo & habitu denſo.

In cauſo in habitu raro.

panis in paruulas partes rasam infunde in aquam frigidam ter innouatam, dein coque in aqua hordei, violacea, illi addendo succi acetosorum granatorum, & sacchari tantũ, quantum ægri palato placeat, panemque multa aqua diluens fac tenuem sorbitionem. Nam & Hippocrates agens de curatione huius febris, aquæ mulsæ coctæ, & aquosæ quantum æger voluerit, concedit: & hoc potu ægrum vsque ad crisis horam ducit, aitque sorbitiones non esse dãdas nisi dies indicatorii transierint: quanquam Galenus id intelligendum esse interpretetur si virtus ægrotãtis robusta esse videatur. Cauendũ autem erit in legitimo causo (quidquid aliqui dicant) a potenter refrigerãtibus, & astringentibus. & hoc, quod cum ex 4. de ratione victus, legitimus causus fluxu sanguinis: aut sudore soluatur, quæ nimis frigida sunt, & quæ astringunt, vtrique obstant terminationi. Ad eundem modum in synochis, & continentibus febribus ab herbis potẽter refrigerantibus, & astringentibus erit cauẽdũ: & hoc, quod, cum huiusmodi febres valde acutæ sint, natura eas diu ferre non potest, quin cito fiat crisis, qua aut natura vincit, aut vincitur, vt hac ratione maxime cauendum sit, ne aut humores, aut corporis vias a crisis dispositione diuertamus, prohibẽdo aut fluxum sanguinis narium, aut corporis sudorem ex humorum in dispositione, astringentibus vero corporis vias coarctando, per quas febris re-

Hippocrat. de victu in causo sententia.

In causo legitimo fugienda sunt vehementer frigidãtia & astringentia item in synochis & febribus continẽtib.

misso

missio ex efferuescentium humorum transpiratione fieri solet, cum pori totius aperiũtur. At si causus sit associatus cũ causa, quæ sit materia pituitosa salsa, in corpore habitus qui nõ facile effluat, viribus robustis, & consueto viuere parce: tunc ratione causæ potus non erit victus idoneus, sed sorbitio tenuis, aut ex ptisana, aut ex pane superius descripto, addendo loco succi granatorum, syrupum acetosum acrem, qui scilicet plus aceti recipit. Et vbi aut corpus erit habitus rarioris, aut virtus imbecillis, aut futura imbecillis, aut ob aluũ liquidam, aut alterius causæ ratione, & cõsuetus sit æger multum comedere, pullum gallinaceũ cũ hordeo & aqua coquito: aduertendo quod nec in causo notho, nimis frigida sunt conuenientia: & hoc, quod humor huiusmodi febris sit difficilis coctionis, frigidus, glutinosus, & crassus: vt hac ratione. 4. de ratione victus, abscessu soleat terminare. Sequitur tertia continua, quæ sane cum dupliciter intermittat: aut enim in intermissione, quiescunt symptomata, aut solum remittuntur. Si erit tertiana cõtinua talis, vt in eius remissione non omnino symptomata quiescant, veluti sunt capitis dolor, vigilia, sitis magna, delirium, grauiter æger feret morbum. si corpus affectum tale erit, vt nõ facile in halitus digeratur, ex circunstantiis virtus sit robusta; & cõsuetudo sit ad parce viuendũ, ptisanę sorbitione vtẽdũ erit cũ syrupo acetoso vt supra parata: aut panis offa infusa in

In causo cũ materia pituitosa, salsa, habitu denso.

In habitu corporis rariore.

Frigida sunt vitanda in causo notho.

In tertiana continua permanentibus symptomatis & habitu denso.

Habitu raro & cæteris.

aqua endiuiæ,& succo granati acidi. At vbi aut corpus affectum erit habitus rari, aut virtus imbecillis, aut multo cibo æger assuetus, crassiori sorbitione hordeo expresso in ius pulli præbeto, aut medullam panis in aquam endiuiæ infusam, in iure pulli dissolutam. Vbi autẽ febris terriana continua talis erit, vt in intermissionibus quiescant omnino symptomata, & habitus duræ resolutionis, virtus robusta, consuetudo ad parce viuendum, alteram dictarum sorbitionum exhibeto. Habitu vero exsistente facilis resolutionis, aut virtute debili, aut consuetudine multum comedendi, alteram adhuc dictarum sorbitionum,& pulli extremitates addes. Vbi vero febris continua nulla aut parua afferet symptomata, habitu duræ resolutionis, virtute robusta, consuetudine parca, hoc eodem victu æger erit nutriendus. Vbi vero aut habitus erit facile resolubilis, aut virtus debilis, aut consuetudo larga, præter dicta, pulli etiam carnes addendæ, eaq; quæ comeduntur. Febris autem continua a pituita in corpore duri habitus, cum virtute robusta, consuetudine parca, sorbitione ex hordeo in iure pulli cocto, aut ex pane,& pullæ carnes hora quietiori dato, aperientia etiã & præcidentia simul coquendo, modo caueamus ab aperientibus & incidentibus ante totius euacuationem: quod in continuis febrib. vbi est suspicio de pororum obstructione, periculosa sint ante totius euacuationem aperi-

In tertiana continua quiescentib. symptomatis, habitu denso.

Habitu raro.

In tertiana continua nullis aut paruis concurrentibus symptomatis.

In febre cõtinua a pituita, habitu denso.

Aphorismus

entia,& incidentia. Virtute autem exſiſtente imbecilli, exhibeto phaſianum: potus autem ſit, aqua decocta cum hordeo, & ſemine fœniculi. Febris vero phlegmatica, quæ latica ſeu latens dicitur, cum in ea humidi natiui multũ exſoluatur, & corpus ab humore aſſiduo laxetur, ob id cibus multi nutrimenti erit exhibẽdus, qui maxime virtutem corporis augere poſſit, more hecticæ febris, cui valde aſſimilatur: veluti perdicis aſſæ carnes, aut phaſiani, cũ vino albo imbecilli, & decoctione radicum plantaginis. Et vbi carnes perdicis, aut phaſiani digerere non poterit, ſuccus ipſarum complete aſſarum per linteum expreſſus, cũ pane, aut modico vini albi mixtus exhibebitur. Tertiana ſimplex pura, craſſa ſorbitione ex hordeo, aut pane in aqua endiuiæ infuſo, acidoq; arancii deſuper expreſſo, traducenda. Magna enim in hoc cibo vis ineſt refrangendi bilioſi humoris acrimoniam, & exſtinguendi ventriculi, & iocinoris immoderatum ardorẽ. Ab hoc tamẽ cibo cauendũ erit vbi aderit pororũ obſtructio, aut cõdenſatio, aut corporis cõſtrictio: quanquã in cõtinuis febribus a venæ ſectione ſecure exhiberi poſſit. Die trãquillo carnes erunt exhibendæ: cum a paroxyſmo præterito, & ab inſtante interſint horæ decẽ & octo, quibus natura vires reſumſit. Neq; enim tenui victu in tertiana pura vtraque die nutriendus eſt æger: cum huiuſmodi ægros gracilis habitus, & naturæ calidæ & ſiccæ faci-

In Febre phlegmatica latente.

In tertiana, ſimplice pura.

le ſit deducere in maraſmum. Febris vero a pituita dulci, ſorbitione facta ex phaſiano, aut capo, aut pulla, cocto cũ petroſelino, thymo: modo ante cibum deglutiat oxymellitis cochlearia duo, mellis roſati colati vnum, quod plurimum conferat ad mundificandum ſtomachum, & rectam ciborum coctionem. Vbi autẽ febris pendebit a pituita craſſa lenta, ſorbitione facta ex capo aut pulla cocta cum thymi, hordei, paſſularum ana m.i. pulegii duos, & modico ſale. Sed oritur difficultas. Nam ſi craſſities victus, & eius contrarium a diſtantia ſtatus ſumuntur, & morbi qui breuius finiuntur, magis tenuem, qui vero tardius craſſiorẽ victum expoſcunt: ſequitur quod cum febris hæc longior ſit, quam tertiana, quod etiã craſſiori victu ſit tractanda. Reſpondendum, ibi maiori alimonia opus eſſe, vbi virtus magis exſoluitur, cumque in tertiana plus exſoluatur corporis virtus, quam in febre phlegmatica, ſequitur quod plus ſit alendũ in tertiana, quã in pituitoſa, ratione ſumta a virtute: ratione vero ſumta a morbo, quoniam in tertiana vna integra die, & nocte ſunt a morbo liberi, at in febre phlegmatica cum omni die corripiantur, & non raro prima adhuc non euaneſcẽte, proxima ſubintret: ſequitur quod neceſſe ſit febricitãtem alere, priore febre adhuc aut nõ ſoluta, aut ſaltim ad futurum paroxyſmũ proxima, modo cum febre adhuc non euaneſcẽte minus cibi, & tenuioris ſit exhibendũ ex arte alendi.

In febri a pituita dulci.

In febri a pituita craſſa & lenta.

Dubitatio an in tertiana vel pituitoſa plus ſit alendum.

Solutio ſumpta a morbo & circunſtantiis.

alendi. Sequitur quod in febre phlegmatica magis tenui victu vtendum sit, crassiori vero in cholerica. Hactenus hoc probauimus ratione sumta a circunstantiis, & a morbo: probatur etiã ratione sumpta a causa morbi: nempe quod pituitosus humor, quo repletus est ventriculus, intestina, & meseraicę, vlteriori coctione in sanguinem verti possit, & nutrire: non autem sic humor biliosus: ratione etiam sumta ab ipso remedio, quod ob multitudinẽ materiæ, quæ solet esse in febre phlegmatica, cibus non parũ obstet eius subtiliationi, incisioni, & consumptioni. In febre autem cholerica cibus non solum nõ lædit, verum etiam iuuat ad reprimendam humoris acredinem, & inducendam humori nimis tenui crassitiẽ debitam. In summa enim in omni febre longæ terminationis, cum materia nutricationi est inepta, ex abstinẽtia, aut subtili victu febricitantes grauiter læduntur. Quartana vero febris sorbitione ex pulla crassa cum scolopendrii mani.j cocta, & parum antequam ab igne amoueatur, florum boraginis m.j. Sequuntur putridæ non simplices: & primum ex confusis B tertia simplex non pura a bile permixta cum pituita, sorbitione indiget ex hordeo cum pulla gallinacea cocto, & thymo, & petroselino: qua vti poteris cessante febre, & ante aduentum paroxysmi horis septẽ ante accessionem, carnes comedendo in diebus quietis, aut pisciculos saxatiles in aqua coctos cum

Solutio a causa morbi sumta & ab ipso remedio

In cholericis crassior victus conuenit quam phlegmaticis.

Aphorismus

In febri quartana.

In putridis non simplicibus.

In tertiana simplici non pura.

In putridis implicitis. *In tertiana duplici.*

ſatureia,thymo,aceto, ſale,& oleo. Sequũtur putridæ implicitæ ex febribus eiuſdem generis,veluti eſt duplex tertiana,in qua ſane tenui eò magis victu erit vtendum, quantum in ea minus quieſcit natura, & a carnibus erit abſtinendum,niſi vires ſint imbecilles, aut niſi multo cibo ſit aſſuetus.Vtrique autem febri conueniens potus erit aqua hordei. Sequuntur putridæ implicitæ ex diuerſis generibus febrium, veluti eſt hemitritæus verus: nempe quotidiana continua, & tertiana interpolata, quæ ſane mediæ rationis victũ expoſcet, nempe qui ſubtilior ſit, quam qui in febribus interpolatis conueniat,& craſſior quam continuis ab vno humore, cum ſingularum qualibet ſit longior.Etenim cum duobus qualitate & ſubſtantia contrariis humoribus pugna ſit, viribus & temperie indiget,vt ambos vincat. Cum igitur in ſuperioribus, in ſimplicib. febribus cibis ea admiſcuerimus, quæ peccãtis humoris qualitates reprimant, oportebit in hemitritæo ſimul ea, quæ contrariarũ ſint qualitatum admiſcere, quoniam ea, quæ alterum illorum ſolum reſpiciunt, adminiſtrare non licet.Quare aut cibus erit accipiendus,in quo vtraque qualitas reperiatur, aut in cibo erunt miſcenda ea, quæ contrariarũ ſint qualitatum, & præterea inciſiuus. Ex ſimplicibus erit acetum, quod vtrique humori competit, præſertim ſi cum abſtergente miſceatur, veluti ſaccharo:cuiuſmodi erit mixtio illa ex ſaccharo,

In hemitritæo vero.

charo,& acri aceto, quæ syrupus acetosus appellatur. Victus igitur hoc modo erit fiendus: Ex hordei ab vno cortice exuti, & thymi, & petroselini, ana m. i. bulliant cum pulla crassa quãtum satis fit. Accipe huius decocti libram vnam, syrupi acetosi acris, quantũ sufficit ægri palato: iterum bulliant quousq; misceantur, qua vteris ante accessionem vehemẽtiorem, & in eius inclinatione. In die vero mitiori eisdem vtitor, pullæque extremitatibus. Sciendũ etiam mixtionem ex pipere, & succo violarũ magni esse iuuamẽti in hemitritæo. Vbi vero in hemitritæo humor pituitosus præualebit, sorbitionem parabis ptisanæ ex pipere & oxymellite: vbi vero bilis, ptisanam cum pulla, ex petroselini, & apii radicibus, acetoq; parabis. Cognoscetur autem pituitam præualere bili, vbi frigus ad horrorem magis accedet: bilem vero pituitæ præualere, vbi frigus ad rigorem magis accedet. Febris vero illa, in qua exteriora calẽt, & interiora frigẽt, epiala dicitur, & ortũ habet a putrescente bile calorẽ febrilẽ excitante, & phlegmatib. crassis, quæ in interioribus partibus concreta dissoluuntur, ex quorũ dissolutione partes internæ frigescunt. Amplius etiam febris est illa, in qua e contrario exteriora frigent, & interiora calent, quæ lipyria dicitur: quod ab eisdem humoribus ortum habent, sed situ diuersis, nempe a bile putrescente, in qua phlegmata crassa in exteriorib. partibus exsistentia dissoluuntur, & accidit

In hemitritæo præualente humore pituitoso.

An bilis vel pituita præualeant quomodo sciendum.

In epiala.

In lipyria.

partes externas infrigidari æstuantibus internis. In vtrisque vero his febribus vtẽdum erit iis cibis, quos hemitritæo conuenire diximus. In hoc solum erit differentia, quod in ea, in qua exteriora calent, & interiora frigent, lipiria sane appellata, victus copiosioris alimoniæ erit exhibendus, quod minus periculosa sit hæc febris, vtpote præternaturali calido in externas solum sæuiente partes: in ea vero, in qua e contra exteriora frigent, & interiora calent, subtiliori victu erunt regendi, quod periculo nõ vacet huiusmodi febris: & hoc, quod febrilis calor multoties in seipsum reduplicetur transpiratione prohibita. Quare victu subtiliori erunt regendi, cui admixta sint ea quæ aperire, & valenter incidere valeant, post calidam, & asperam totius corporis fricationem.

In hectica actu refrigerantia sunt periculosa.

Hectica vero cum sit intẽperies calida, & sicca, exposcit victum refrigeratiuum, & humectantem. Ideo cum actu refrigerantia præstãtissima sint, sed periculosa, vtendum erit iis quæ potentia refrigerant, & humectant, ob id ptisana erit optima, vel panatella ex pane infuso, ex chondro, alterando iuscula cum lactucis, portulaca, endiuia. Potus etiã non actu, sed potentia sit frigidus, ne incurramus in accidentia a Galeno enarrata: & hoc, ratione vẽtriculi excarnati, in quo sit virtus vel seminum cucumerum, vel melonum, citrulorum, endiuiæ, lactucæ, portulacæ, parum aceti admiscẽtes, quo nil præstantius, quoniam etsi habea

Acetum.

aliqualer

aliqualem caliditatem, & vim exſiccādi commixtam, tamen cum aqua amittit ſiccitatē illā, & facit, vt acetum penetret per ſingulas corporis partes, vbi aqua ex ſe non penetraret, idē dicit Meſues de ſyrupo acetoſo ratione aceti. Maligna vero febris, ſeu peſtilens febris, non eam quam reliquæ acutæ febres, victus rationem expoſcunt, quia in illis tenuem victum miniſtramus, vt natura coctioni materię morbi fortiter vacet: ſed in peſtilenti, ſeu maligna febre, cum ſubſtantia ſpiritus fortiter exſoluatur, & materia ad eorum ingenerationem indiſponatur, conādum erit vt cibo, & potu cōuenientibus, materia generationi ſpirituum conueniens ſuppeditetur. Sequitur igitur, q͏̄ cibaria debēt eſſe facilis coctionis, vt cito vertantur in ſpiritus. Periculum autem quoniam eſt, vt exſiſtentia facilis coctionis a peſtilenti contagio prius immutentur, (craſſa vero cibaria, quod a calido naturali, vtpote languido vinci non poſſint, etiam non ſunt exhibenda, quod hac ratione periculū ſit vt in peſtilētem cauſam abeāt.) Sequitur igitur quod cum difficile ſit reperire in ſimplicibus cibum, qui facilis ſit coctionis, & peſtilenti contagio difficulter cedat: quod alimentum hoc modo erit conficiendum, ex iis quæ facilis ſint coctionis, & iis quæ habeant vim exſiccandi, & reſiſtēdi: veluti immittendo ouum integrum in aquam frigidam mixtum cum aceto per tres horas. Tandem ouū rumpito, albumq; extra mittito

In febre peſtilenti ſpirituum generatio procuranda eſt.

Victus ratio

Cibi præparatio.

ſuccoque arancii, aut aceto albo capacitatem impleto, ſalis tantum addendo, vt mediocriter ſalſum fiat. Coquito ſupra cinerem calidum, miſcetoq; donec craſſum reddatur, & eo vtere cum ſucco mali citrei, loco arancii, aut aceti. Item perdicis carnoſæ, aut phaſiani, aut capi, aut iuuenis columbæ viſcera effodito, eamq; ſale condito, quæ per diem ita maneat, poſtmodum in eam mali citrei fruſta immittito, & petroſelini, vt quod inane eſt impleatur, eamque ad ignem lentum coquito. Cumque mediocriter aſſa fuerit, perdicem in parua fruſta ſecato, & in linteum dimittatur, & totus eius ſuccus extrahatur, multum enim nutrit, ſpiritus ſubſtantiam auget, ventriculum roborat, & peſtilenti infectioni valde obſiſtit.

Dubitat. de ſalſis. At dices, ſalſa febrilem calorem acuunt. *Solutio.* Reſpondendum ex Galeno: In complicatis affectibus, ad id, quod vicem cauſæ habet, aut magis vrget, attendẽdum eſſe, nempe corruptioni graſſanti magis, quam febri, aut eius cauſæ vrgẽti. Adde quod humectus præter modum ventriculus, & relaxatione laborans, ob idque cibum cito euomẽs, tali exſiccatione curatur, præſertim, cum in peſtilenti febre laborãtium virtutes ſemper vrgeant, ob inceſſantes vomitus. *Potus.* Potus autem huic malitiæ conueniens talis erit. Etenim cum dictum ſit, potum illum eſſe conuenientem, qui aut morbo, aut eius cauſæ contrarius ſit: cumque febris peſtilens caliditate, & humiditate nocua ſit, ſequitur quod

quod conueniẽs potus erit frigidus, & ſiccus, veluti aqua cum aceto; aut plantaginis, aut acetoſæ aqua cum arancii ſucco. Sed variandus poſtmodum potus erit iuxta maiorem, & minorem vrgentiam virtutis, & morbi, vt hac ratione reſpiciens virtutem Celſus, quæ maxime in hac febre vrgere ſolet, ob ingentem ſpirituum exſolutionem, vinum calidum exhibeat. Qui vero ad morbum magis mentem dirigunt, vinum recte prohibent, aquamque mixtam cum aceto iubent. Et vbi vtriuſque habenda erit ratio, tum morbi, tum virtutis, vinum cum aqua acetoſa, aut plantaginis erit miſcendum. Sequitur febris colliquans, quæ victum craſſiorem, quam pro morbi ratione poſtulabit, vt corporis diſſolutioni ſubuenire poſſit, infrigidantem, & modice aſtringẽtem, 4. de ratione victus. vbi agens de febrium curatione cum aluo liquida abſumente, & contabefaciente corpus, iis ait eſſe miniſtrandas ſorbitiones frigidiores, & craſſiores, potusq; vinoſiores, & aſtringentiores, delirio non obſtante. Igitur victus præparandus erit, qui habeat rationem febris, iuxta ſcilicet febris acumen, humoris, ſeu cauſæ, & etiam corporis affecti, quod diſſoluitur. Habebimus autem rationẽ morbi, ſeu febris, ſi vtemur ſorbitionibus craſſis; humoris vero, ſi victus erit infrigidans, & aliqualiter aſtringens. Notanter autem dixi aliqualiter, quoniam ea, quæ inſigni vi aſtrictoria pollent, cauſam morbificã intra

Vinum an conueniat.

In febribus colliquantibus.

Pro ratione morbi humoris.

Corporis ratio.

corpus detinent, cum ad omnem euacuationem vias obstruant. Corporis vero habebitur ratio, si victus præstabit corpori multum nutrimentum, & facilis sit coctionis: cuiusmodi erit iste: ptisana scilicet hordei non colata, hoc modo confecta:

Ptisanæ confectio.

Capum iuuenem coquito cũ tribus hordei excorticati pugillis, plantaginis vno, modicum antequam ab igne amoueatur, immittendo granorum mali granati acidi pugillum vnum, quod coquatur tandiu donec rumpatur hordeum, & tenerrimum fiat. extrahe hordeum, & adiecto pauco saccharo administretur. Nam infrigidat, roborat, & est facilimæ coctionis, & parum astringit.

De victu, ratione symptomatum.

Hactenus de ratione viuendi in ipsis febribus, habita ratione tum febris, tum causæ, tum symptomatum. Quoniam vero plerunque symptomata, curationis indicationem ad se trahunt, sic etiam & victus rationem, quemadmodum ab Hippo. & Gal. 1. de ratione victus videmus fuisse obseruatum: Sequitur modo vt agamus etiam de victu, habita ratione symptomatum vehementium, quę febres insequi solent.

Quæ symptomata victum mutent.

Notandum autem est, quod non in quacunque, sed in determinata quadam symptomatis ratione, & magnitudine, victus rationem immutare licet. Nam in eo, quod ait Hippocrates: si multa sitis fuerit, mellicrato, & aqua, elicitur, non a symptomatum quacunque magnitudine, sed ab ea, quæ effatu digna est, curationis scopum esse mutandum: quoniam symptomata

ptomata

ptomata, vt effectus ſunt, nullius ſunt capacia indicationis, niſi prout effatu dignam accreſcant magnitudinem. Hoc autem modo ſymptomatum magnitudo erit diffinienda, quoties ſcilicet ad id deuenerit, vt alicuius præternaturalis diſpoſitionis fiat cauſa, quæ aut in morbum addat, aut naturæ vires exſoluat. Horum quodcunque eueniat cauſa magnitudinis ſymptomatum, victus rationem mutare licebit, dummodo in victus mutatione ea miniſtremus: quæ aut morbo, ſi fieri poſſit, conueniant, aut ſaltim incommoda non ſint: veluti phrenitico parum ſitienti victum exhibebis, quem morbus ipſe exigat: vbi vero multa ſiti vexabitur, non iis quæ morbum, & eius cauſam reſpiciunt, ſed iis quæ ſitim mitigant, vtetis: & hoc, quod multa ſitis ſputum exſiccet, morbum incoctilem reddat, febrisque calorem augeat. Sed indicatione a ſymptomate ſumta, mellicratum, & aquam exhibebis, ſumta a ſymptomate indicatione; etiam quod aqua doloris maturationi ſit aduerſa. Igitur febricitanti vigilias patienti panem puriſſimum in exiguas abrade particulas, tribusque aquis lauato, dein amygdalarum ſuccum ex aqua hordei exhibeto, ſimulque cum pane coquito ad lentum ignem ſemper agitando. Conuenit enim hic cibus exſiccato, & ſupercalfacto cerebro, frigidos & humidos halitus ad caput mittens. Notãdum autem, quod vbi ob doloris vehementiam procedent vigiliç, cibis

Quando a ſymptomatis ſint petenda indicationes.

2

Phrenetico ſitienti quænam exhibenda.

Vigilia in febribus.

In vigiliis ob vehementiam doloris cibi non cõueniunt.

omnium inducere non erit ſperandum, ſed aut ad medicamen, aut chirurgiam erit tranſeundum. quinimmo hora doloris cibus quicunq; culpa non vacat; vt hac ratione priſana, cibus alioqui febricitantibus conuenientiſſimus, in vehementia doloris ab eo damnetur, 1. de ratione victus in morbis acutis. formaq; victus eodem modo erit ſumenda a terminatione longa, & breui ſymptomatis: quemadmodum de morbo diximus. Vnde vigilię continuæ a dolore cauſatæ cum ſint vnum ex iis ſymptomatibus, quæ morbum ad ſeptimum terminant, ſequitur iis victum per pocula eſſe miniſtrandum. Sitis vero vbi erit talis vehementiæ, vt aut materiæ morbi coctionem remoretur, aut nimia ſputum exſiccatione inhibeat, aut ab ea corpus arefiat, rationabiliter ab ea viuendi ratio erit ſumenda: quod fiet cibo & potu, actu & potentia, frigido & humido. Omnium autem quæ ſitim vincunt primum eſt aqua frigida, ſecundum aqua hordei, tertiũ ſyrupus violaceus multa aqua dilutus. aut hoc modo: Aquæ coctæ partes viginti, ſyrupi violarum depurati, aut eius iulep partem vnam, bulliant lento igne donec permiſceãtur, dein ſub dio exponito ad ſeptentrionem, & frigidum exhibeto. Quare ſolo potu erit vtẽdum, ex Hippocrate, qui ait, in morbo vltra modũ ſicco, ſolo potu humectante nutriendos eſſę laborãtes, donec ariditas ſoluatur. Cognoſcetur autem ſiccus affectus ex ſignis ibi a Galeno enarratis,

In vigiliis continuis a dolore victus.

Sitis vehemens.

Sitim ſedãtia.

Affectus ſicci ſigna.

enarratis, vbi ait: Et sane superfluitatum nihil excernere, siccorum omnium morborũ nota est. Quare solo potu humectante vtendum erit in iis, quorum lingua, totumque corpus vltra modum arida sunt. Ratio est, quoniam si iis cibum, aut sorbitionem exhiberemus ante corporis humectationem, partes sorbitionis, quæ crassioris sunt substantiæ, ventriculi tunicis præ nimia earum siccitate adhærentes a febrili calore deurerentur potius, quam coquerentur, non aliter quam cibus ollæ adhærens comburi solet humore aqueo deficiẽte. Quare in siti cũ validissima siccitate cibis erit parcendum, & solo humectante potu nutriendi erunt ægrotantes. Non ignorandum tamen est, cum sitis quandoque a ventriculo, quandoque a iecore, quandoque a pulmone, quandoq; a renibus prouenire possit, ex libris de lo. aff. quæ a ventriculo potu aquæ frigidæ; quæ ab hepate, aquis distillatis frigidis, quæ a pulmone, aqua hordei cum syrupo violarum: quę a renibus, aqua decoctionis liquiritię maxime sedari. In fluxu ventris, qui vi morbi potius, quam naturæ actione regulariter agentis eueniat, hac victus ratione erit vtendum. Cognoscetur autẽ esse vi morbi, si inter morbi initia eueniet: & hoc, quod quoties natura est auctor est effluxionũ, non morbi initio, sed post crisim sequuntur. Quare indicabitur a natura symptomatis roborandã esse naturã a morbi violentia oppressam, cibo crassiori, quam pro

In siti cum validissima siccitate cibus disconuenit.

Sitis a diuersis partibus oritur.

B

Victus ratio in fluxu vẽtris a vi morbi.

morbi acuminis ratione, quod symptomati sit indulgendum: vt si quis causo laboret cũ aluo liquida, tunc nõ potu solo, quem victum alias causus exposcit, sed sorbitiuncula ex ptisanæ cremore erit nutriendus: & hoc, quod suspicandum sit imbecillitatem virtutis ab euacuatione illa ortum habere: vt hac ratione quantum euacuationi occasionis dat, eo tantũ tenui victui parcendum est, & crassiori indulgendum. Quare succus perdicis assæ, aut phasani, aut pulli in hoc erit optimus, & reliquus viuendi modus in colliquãtibus febribus supra descriptus. In morbillis vero, & variolis, quæ duo in hoc conueniunt, quod vtraque pustula ab ebullitione sanguinis fit, natura prauum ab eo quod purum est separante, & ad cutem detrudente: in hoc differentes, quod morbillus in cute est instar morsus pulicum, variola autẽ cutem magis in tumorẽ attollit. Quare cibus talis erit conficiendus, qui vim expulsiuam nec sui crassitie, nec multitudine, nec dura coctione distrahat, aut impediat; quinimmo vt opus virtutis expulsiuæ, pellendi scilicet humorem noxium extra ad cutim, melius compleatur: cibus parandus erit qui parum infrigidet, & leniter astringat, vt particulæ roboratæ melius a se noxium humorẽ expellere possint: veluti esset ius lẽtium cum herba acetosa, & aceto, & ptisanæ sorbitio eo modo parata, quo diximus esse parandam in febribus colliquantibus, & potu ex aqua hordei cum poly-

In causo cum aluo liquida.

In morbillis, & variolis.

Morbilli quid differant a variolis.

tricho, vitãdo inter initia gallinaceorum iura. Vitanda erunt etiam vehementer refrigerantia, quod expulſioni naturæ vehementer obſtent, & eruptionem puſtularum retardent ſua vehementi frigiditate. Vitanda etiam ſunt calida, & fumoſa, ne augeatur ebullitio, ſolũque ea erunt miniſtranda, quæ modice refrigerent, & aſtringant, vt per hæc roboratis, ſiue in ſe collectis particulis, melius fiat ab intra ad extra pulſio. Solent aliqui vti piſcibus ſalitis, inter quos tertio de alimentis pretioſiſſimam ait eſſe ſardæ ſalituram. Qui ſane tunc laudãdi ſunt, cum natura ſegniter opus expulſionis aggrediatur, ob ſalis inciſiuam qualitatem, & acutam penetrationem, & craſſos humores in tenues ſoluendo, tenues in fumum digerendo, fumum, & fuligines ad cutim, pellẽdo. & vbi lentos humores ad expulſionem talem ineptos præpararunt, viarum etiam occluſiones aperiunt, & partes corporis, ob ſalis compreſſionem in ſe inuicem collectas roborant tametſi melius ſit eos in ſucco acetoſæ per diẽ integram prius macerare. Sed hæc de ratione viuendi in febribus. Quoniam vero non ſolum alteratione indigent humores vitiati, ſed etiam euacuatione: quapropter perpendendum erit, vtrum euacuatio fienda ſit vitiati humoris duntaxat vtili relicto, an vero omnium humorum: Et ſi opus erit euacuatione, id ſolum quod vitiatum eſt, quod medicamine fieri debet, vt recte, & conuenienter fiat,

Refrigerantia calida & fumoſa vitanda.

Piſces ſaliti.

Ad purgationem recte instituendam 4. requiruntur.

ipsa quoque ex quatuor rerum obseruatione erit fienda: affectus scilicet, loci in quo reperitur affectus, & ipsius medicamenti, amplius & circunstātiarum: affectus quidem vtrum simplex sit humor qui purgari debet, an implicitus: quantitas vero purgandi a quantitate humoris replentis, & ab humoris vario situ, pro vario trium regionum in corpore exsistētium situ: tempus vero purgandi tum a coctione materiæ morbi, tum a materiæ impetu: locus vero per quem cōmode purgatio fieri potest, tum ex indicatione humoris purgandi, tum a facultate expultrice illius humoris, tum a vasorum consensu, per quem humor inclinans, & a natura pulsus a vi medicamenti duci debet. Quanquam humor antequam ad extra corpus ducatur, præparatione, eaque duplici opus habeat, altera vacuandi humoris, altera vero corporis, quo viæ in aluum pertinentes patentes sint. In circunstantiis vero, primum virtus occurrit, vtrum valida sit, an imbecillis: & quodcunque horum sit, an cum multa, an vero cum pauca cacochymia associata: deinde consideratio habenda ætatis, quod nec puerū, nec senem liceat malignis medicamentis purgare, nec prægnantem, nec qui habitu sunt raro & macilento, nec qui animi accidentibus subiecti sunt, nec æstate, nec hyeme, nec in regione quæ sit aut nimis calida, aut nimis frigida. Sin autem opus erit euacuare non quidem vitiatum humorē vtili relicto, sed vniuersum san-

Purgandi quantitas.
Tempus.
Locus.

Præparatio purgationi præmittenda est.

Cōsideratio circumstantiarum in purgatione.

ſanguinem, & omnes humores ſanguini admixtos, ad eundem modum & ipſa recte fiet euacuatio ex obſeruatione eorum, quæ diximus eſſe obſeruanda in arte curandi, affectu, loco, & circunſtantiis, (nam hoc remedii genus nihil habet quod indigeat emendatione) Ex affectu quidem, quod genus repletionis indicet genus euacuationis, & diſtincta, & determinata ſpecies repletionis, diſtinctam, & determinatam ſpeciem euacuationis. Quare perpendendum erit an repletio ſit ſimplex, id eſt quo ad quantitatem ſolum, videlicet quod quantitas ſola ſanguinis peccet : an implicita, ita quod & quantitas ſanguinis peccet, & qualitas aliorum humorum a ſanguine, idque aut omnium, aut vnius humoris determinati. & ſi ſimul cum quantitate ſanguinis peccet aliquis determinatus humor, an humor ille determinatus non multum recedat a natura ſanguinis, an vero multum recedat: & ſi multum receſſerit, vtrum recedat ſecundum quantitatem, an ſecundum qualitatē, an vero ſecundum vtrū que. Quod vbi peccet ſanguis ſecundum quā titatem, ſolum, euacuādum ſit per phlebotomiam vſque ad ſyncopim; quemadmodum fit in ſynocha abſque putredine. Vbi autem peccat non ſolum quantitas ſanguinis, ſed etiam qualitas aliorum omnium humorum ſit vitiata, cum virtus in huiuſmodi complicatione adeſſe non poſſit, velut in peſtilentibus, pro ſectione cum cucurbitulis procedimus, pro

Miſſionis ſanguinis requiſita.

Indicationes ex repletione.

In ſynochæ non putridæ miſſio ſanguinis.

In peſtilentibus euacuatio quæ competat.

euacuatione vero cum medicamento, epicrasim facimus. Sin autem simul cum quantitate sanguinis, aliquis determinatus humor vitiatus sit, qui non multum recedat a natura sanguinis, sectione venæ solum satisfacere poterimus. Vbi autem simul cum quantitate sanguinis aliquis humor determinatus vitiatus redundabit, aut vitiũ sit penes qualitates, aut penes quantitatem, aut vtrunque, iis omnibus vtrisq; succurrendum erit, tũ medicamine, tũ phlebotomia. In his omnibus tamen erit incipiendũ a medicamine, postea sanguis mittẽdus erit, dummodo in ea quantitate non mittatur, qua mitti solet peccante sola sanguinis quantitate. Circa circũstãtias vero, in sectione venę virtus valida esse debet: ętas nõ debet esse puerilis, nec in diebus canicularibus, nec in regione calidissima, nec vbi adsunt symptomata, veluti ventriculi imbecillitas, aut vteri gestatio, præsertim octauo, aut nono Mense. His iactis fundamentis, sequitur vt percurramus modũ euacuãdi febres. Cũ quatuor enim sint species febrium, quotiescunq; peccãt humores febris, sanguinea, cholerica, phlegmatica, melancholica, fiantq; hæ febres putrescentibus quatuor his humoribus, quotiescunque peccat sanguis, id contingit vel ratione quantitatis sanguinis, vel ratione sanguinis putrescentis: si ratione quantitatis, dictum est quomodo huius speciei febris curanda sit per sanguinis missioné: si vero ratione sanguinis putrescentis,

Purgatio debet præcedere phlebotomiam.

Circumstãtiæ in missione sanguinis.

De euacuatione in febribus.

trescentis, dictum fuit superius ex sanguine putrescente quod subtile in sanguine est verti in bilem, quod crassum in melancholiam, vt iam constet febres triũ specierũ tantummodo per euacuationem curari, secundum febrẽ ex bile, febrẽ ex pituita, febrem ex melancholica. Et quãuis possint inuicem postea complicari hæ febres, nihilominus in præsentia tantummodo percurremus modũ euacuandi singulas species simplices harum febriũ, quoniã ex simplicibus facile compositarum euacuandi modum habebimus. Incipiendum ergo est a febre biliosa, quam dicunt tertianam, cuius medicamenta euacuãtia sunt in duplici differẽtia, vel simplicia, vel cõposita: simplicia sunt, cassia, manna, & his leuiora pruna damascena exsiccata ex hispania, quæ omnia bilem ipsam educunt: composita vero sunt syrupus rosatus solutiuus, electuariũ rosatum Mesuæ, electuarium ros. Nicolai, rhabarbarum in infusione, cum decoctione florum, fructuum cordialiũ. Cæterũ a proprietate præstantissima sunt hęc medicamenta, rhabarbarum & scammoneũ, quæ medicamenta fere ingrediũtur pharmaca omnia eductiua choleræ. Phlegmaticę vero febris tum simplicia tũ cõposita medicamẽta eductiua, sunt semina carthami, agaricus, colocynthis, etsi laboriose soluat, nihilominus auxilia sunt propinanda omnib. illis adiunctis quæ possunt naturam effrenẽ eius corrigere, composita autẽ sunt Diaphinicõ, Diacartamũ,

In febre tertiana medicamenta euacuantia simplicia & composita.

Bilem vacuantia.

In phlegmatica febre vacuantia.

Pituitam vacuantia.

Diaturbith, electuarium lenitiuum cum agarico trochiscato, & possunt etiam hæc omnia inuicem misceri. Febris autem melancholicæ simplicia auxilia sunt , radices ellebori nigri præparatæ, sicuti docebat Gal. in raphano: senę non modo folia, sed etiam foliculi: & de compositis ellectuariũ Indum, cõfectio Hamech, decoctio Epithymi descriptione diuini Mesuę, quæ omnia educunt melancholiã ipsam; & in propinandis his omnibus medicamentis ea omnia consideranda sunt, quæ dicta fuerũt ratione temperaturæ, ætatis, sexus, regionis, temporis anni, exercitiorum, & propriæ vniuscuiusque naturæ: eo modo ægrotis offerenda, & sub ea forma, quæ facilior videbitur, vel vt deglutiant, vel vt sorbeant. Et hæc fere sunt medicaméta eductiua humorum in febribus ipsis simplicibus pẽdentibus ab vno humore tantum. Sin autem fuerint mixti humores, ex consequenti mixtæ febres, vt puta tertiana cũ quotidiana, vel tertiana cum quartana: tunc consideranda erit febris illa quæ intensior sit, vt si inuicem medicaméta misceantur, maior portio sit illius medicaméti quod respicit humorem febris intensioris, non neglecta altera febre, hocque modo educentur, siue euacuabuntur humores singularum febrium dictarum. Hactenus dictum sit de curatione febris implicitæ cum causis & symptomatibus diuersis, habita etiam ratione corporis, & circunstantiarum. Vt autem curatio affectuum simul

In febre melancholica vacuatio. Melancholiam purgantia.

In febribus mixtis quomodo vacuandum.

ſimul implicitorum magis eluceſcat, ſequitur vt percurramus quoſdam alios affectus ſimul implicitos, in quibus cerebrum ipſum ſit affectum. Sit, exempli gratia, intemperies in cerebro continens, materia ſit humor quicunque, corpus etiam vniuerſum ſit repletum, ad quã capitis intemperiẽ ſequatur hoc ſymptoma, quod dolor appelletur. Pro recta horum affectuum ſimul implicitorum curatione, prius oportebit memoriæ habere artem illam curandi, vnde hauriuntur modi recte adminiſtrandi remedia, & depellendi affectus. Hæc autem cum tria ſint in genere, affectus, locus affectus, & virtus cum reliquis virtuti annexis, & morbus, vtrum ſit in complexione, vel cõpoſitione, vel ſolutione continui, an morbus compoſitus: & ſi intemperies, vtrum ſimplex vel compoſita: & quodcunque horum ſit, cum materia, an ſine materia. Etenim ſi erit cum materia, tunc non ſolum indicabit eam eſſe alterandam aut remouendam per contrariũ, cum ſit præter naturam, licet magis compoſitam exhibebit indicationẽ: nempe alterationem & euacuationem: materiaque erit diſtinguenda vtrum ſit in loco præter fomentum aliunde, an cum fomento: etſi cum fomento, vtrum foueatur ab aliqua corporis parte, an a corpore vniuerſo: quoniã fluxa indicabit euacuationem, fluxura vero auerſionem ad partẽ oppoſitam: primumque fienda erit auerſio fluxuræ, quam euacuatio materiæ fluxæ, de-

De affectib. aliis implicitis.

In dolore capitis ab intemperie cerebri continente corpore vniuerſo repleto.

1.

A morborũ conſideratione indicationes.

In intẽperie cum materia indicatio.

Materia fluxa & fluxura quid indicet.

mum fluxa erit euacuanda: Ad ſciendum autẽ quo inſtrumento ſit euacuanda, diſtinguenda erit materia:quia ſi tota erit bona,per phlebotomiam:ſi tota mala,per pharmacũ: ſi partim bona,partim mala,per hoc,&per illud inſtrumentum: ante medicamen præmittẽdo ſemper antecedentem præparationem & concoctionem.diſtinctus autem præparandi modus ſumendus erit a qualitatibus ipſius materiæ: viſcida ſcilicet abſtergendo, craſſa incidendo, acria obtundendo. His decurſis quo ad morbi cognitionem, conſiderandus dein erit locus affectus, vtrum ſit nobilis vel ignobilis: quoniam membrum nobile, vt cor, ventriculus, cerebrũ, indicabunt ſtatim eſſe occurrẽdum: membri operationes, verum vitæ neceſſariæ, veluti cordis & cerebri, indicabunt calorẽ innatum, & ſpiritum recreari debere, & augeri: toti corpori neceſſariȩ & miniſtrantes, vt ventriculi, & hepatis: eſto quod relaxantibus indigerent, indicabunt tamẽ calorem innatum in illis eſſe retinendum, & conſtringentibus aliqualiter vtendum, quæ tonum membrorum conſeruẽt, mẽbri ſenſibilitatẽ. Ob id in neruis cauet Galenus a valide abſtergẽtibus, & mordicantibus, etiam quod valida abſterſione indigeamus: membri conſideranda etiam fuerit temperatura,& gradus tẽperaturæ, membriq; habitus, vtrum laxus an durus: membri inſuper communicantia, qua ratione Hip.4.de ratione victus in acutis, commiſcẽda eſſe voluit odorata,

II. A loci affecti conſideratione indicationes.

In cura neruorum valide abſtergentia & mordicãtia ſunt fugienda.

odorata, ratione communicantiæ, oris ventriculi cum corde: & in cura neruorũ cauemus a mordicantibus ratione communicantiæ cũ cerebro: Situs membri, quia profundis fortiora, vt in affectibus pectoris, superficiariis mitiora exhibemus. Deinde ad virtutem erit accedendum, quæ indicationem longe diuersam a morbo, & loco affecto indicabit: Nam sicuti morbus semper indicat ablationem, & depulsionem, ita virtus semper indicat conseruationem, & sui retentionẽ. locus vero affectus inter hæc duo medius, vtrumque indicat, ratione morbi ablationem, ratione vero sui vt conseruetur. Virtus autẽ in duobus consistit, in spiritibus, & mẽbris solidis: addamus & humores, quæ Hippocrates appellare solet solida, impetentia, & fluentia. Vnde spiritus, si pauci erunt, indicabũt se esse multiplicãdos. Si ratione humorũ virtus erit affecta, aut erit ratione sanguinis, aut ratione aliorum humorum a sanguine: si ratione sanguinis, aut quia diminuti, aut quia aucti, vt in plethora. si primo, erunt augendi, si secũdo, diminuẽdi phlebotomia copiosa: si ratione aliorum humorũ, medicamento euacuandi. Sin autem hoc erit ratione solidorum, vel erit propter nimiã soliditatem, & astrictionem, ita vt spiritus collidantur, tuncque erit aperiendum: si propter nimiam laxitatem, erit stringẽdum. Igitur cõceptis prius indicationibus, quæ ab his tribus desumũtur, accedemus postea ad intẽperiẽ exi

III. Indicationes a virtute.

Virtus consistit in tribus.

Virtus affecta propter spiritus.

Virtus affecta ratione humorum.

Ratione solidorum.

Curatio doloris ab intemperie capitis, cum sanguine peccante.

ſtentem in capite, a qua proueniat dolor: & ſi erit ſine materia indicabit alteratioñe ſolam: ſin autem erit cum materia, indicabit alterationem & euacuationem ſimul. Vtrum autem phlebotomia, vel medicamine ſit euacuanda, indicabit id diuerſitas ipſius materiæ: Etenim ſi pendebit a ſanguine, phlebotomandũ erit a cephalica eiuſdem lateris, vbi eſt dolor. Facta euacuatione, fidenter poterimus accedere ad repercutientia materiam fluentem ad caput, conſeruantem & augentem dolorem. Neque enim repercuſſiua recte & conuenienter apponuntur, niſi prius præceſſerit euacuatio. Quoniam ſtante multitudine, ſi ante euacuationem inciperemus a repercutientibus, maior eſſet vis, atque impetus multitudinis ſuperius aſcendentis, quam vis medicamenti repercuſſiui: vnde periculum eſſet propter prohibitionem euentationis, ne fieret ſphacelus.

Ante euacuationem materiæ nõ competunt repercutientia.

Repercuſſionis ſcopus.

Repercuſſio autem cum fiat, vt fiat repulſio vaporum, ſeu materiæ aſcendentis ad caput, cauſantis malam temperãtiam, & ſolutionem continui: repercutientia autem frigida ſint & craſſa, cõſulendus erit locus affectus: qui cum ſit caput, caput autem habeat cutim craſſam, craneum craſſum, ambas meninges, vt difficilis ſit trãſitus, eorum quæ frigida ſunt & craſſa, ad ipſum cerebrum, niſi quid ſit quod penetret, ob id indicabitur, ſuſcipiẽda quidem eſſe frigida, ſed in ſubtili ſubſtantia fundata, cuiuſmodi ſunt acida. Cum autem quæ ſubtilia ſunt

Repercutientia qualia eſſe conueniat.

pungant,

pungant & mordicent, conſequenter doloré augeant, ob id indicabitur, acidis eſſe commiſcenda ea, quæ craſſioris ſunt ſubſtantiæ, vt craſſities obtundat ſubtilitatem & acrimoniã: hoc poſtea, vel illud augentes, ſecundum indigentiam maioris & minoris penetrationis. Atque hoc eſt illud, cur Gal. in libris de comp. med. per genera, emplaſtrum frigidum ex cicere cõfectum neruis adhibeat, tametſi mordeat, & hoc, quod cum haberet ſpatium penetrandi magnum, illius frigiditas in itinere remittatur. Igitur in dolore capitis optimum repercuſſiuum erit aqua roſacea, oleo roſaceo & aceto admixta. Neque enim timenda eſt ſtipticitas olei roſacei, quoniam vt ait Gal. 3. de ſim. med. cap. 9. eius ſtipticitas non ſolum non impedit penetrationem, quinimmo eã adiuuat, & eſt veluti vehiculum: & dat exemplum: ſi corium oleo roſaceo illinatur, magis intrinſecus humectabitur, quam ab alio oleo. Et hoc, quod roſaceum modica illa ſtipticitate vtatur tanquam manu exprimente. Oleum igitur roſaceum optimum erit tum ratione penetrationis, tum etiam quia ſedat dolorem. Ob id in inflammationibus membrorum capitis, timentes inflãmationem chirurgi, ſemper infundunt oleum roſatum. Ponitur autem aqua roſata, quod ſit ſubtilior oleo roſato, & magis humectet. Apponitur autem acetum propter penetrationem, quæ ſi ſuper niuem erunt refrigerata, adhuc erunt meliora: & hoc, quod

In neruorũ affectum emplaſtrum

Roſaceum oleum.

Inflammationes membrorum capitis.

tunc non ſolum potentia, ſed actu quoque frigida ſint. Etenim quæ actu frigida ſunt, calorem præter naturam magis vincunt quod non ita efficere poteſt id, quod potentia frigidum eſt: cum prius, quam refrigeret, ad actũ habeat deduci ab ipſo calore. Atque hoc eſt illud, cur Gal. 2. de comp. med. per loca, omnia remediorum genera in niue refrigerata conficiat. Non ignorandum tamẽ eſt, in vſu horũ repercutientium, ſi dolor non ceſſabit, in illis non eſſe perſeuerandum: & hoc, quod vt ait Gal. 13. meth. vtẽtes frigidis, & in illis perſeuerantes, ad talem cõſtipationem poſſemus deuenire, vt calor naturalis exſtingueretur. Vnde corpore mundificato, tuto poterimus procedere cum iis, quæ habent vim ſubtiliandi, & maturandi ſine vi calfactiua; vt accipientes ſemina vel radices, aut fólia ibiſci, aut althææ, vt ait Gal. cap. de ibiſco, quia maturãt, reſoluunt, & diſſoluunt ſine attractione, in hunc modũ, extrahentes muccilaginem ab ipſis ſeminibus althææ; accipiendo ſeminum althææ vnc. ij. agitentur quouſq; viſcoſitas extrahatur. Quoniam autem medicamẽtum ex ſe eſt craſſum, ideo addendum erit acetum, vt poſſit deducere medicamentum, quod alioquin ex ſe eſt viſcoſum. Euacuato ſanguine, applicitis repellentibus, victus ratio erit inſtituenda. Cumq; ex dictis adſit dominiũ ſanguinis, indicabitur abſtinendum eſſe a carnibus & vino, vt recte etiã ait Raſis: & hoc, quod plurimum in ſe habeant

Actu frigida.

Frigidis & repercutientibus quouſque vtendũ.

Maturãtia & reſoluentia ſine caliditate.

Althææ ſemina.

Victus ratio in dolore capitis a ſanguine.

beant alimenti. Quoniam vero peccat humor ſanguineus calidus, & humidus, indicabit victus rationem frigidã, & ſiccã. Quorũ vtrunq; cum lentes habeant, ob id pro cibo maxime conuenient. Etenim dum parum nutriunt, conſulunt alimento, quod intus gerunt: dum vero frigidum, & ſiccum alimentum prębent, qualitatibus morbi obuiant: Poterit addi acetũ, quod habet vim extenuandi, & exſiccandi. Et ſi lentes decoquentur in aqua cum herbis frigidis, cuiuſmodi ſunt lactuca, endiuia, & huiuſmodi, adhuc magis refrigerabũt. Euacuato ſanguine, applicitis repellentibus, ordinata victus ratione: tranſeundum erit ad medicationem, quæ quidem leuibus medicamentis erit agenda: & hoc, quod in ægritudinibus a calida materia pendentibus, a fortibus medicamẽtis ſit cauendum, quod magis calfaciãt & exacerbent. Atq; hoc eſt illud, cur Gal. 2. reg. acut. admoneat euitandũ eſſe elleborũ, & peplium in pleuriticis, quæ ſunt medicamenta calida: tametſi Hippocrates iubeat illa exhiberi debere: & hoc, ne illis agitentur humores, qui poſſent pręcipitari ad aliquem locum nobilẽ. Sed purgandum erit benedictis medicamentis in hunc modũ: Ex mirobalanorũ citrinorũ vnc. iiij. habent enim vim mundificandi ſanguinẽ a cholera, & reddẽdi ipſum magis benignũ, qui groſſo modo conterantur, & infundantur in aqua endiuiæ per noctẽ, prunorũ numero 10. intelligo autem pruna hiſpana, non autem

Lentes.

Curatio.

In affectibus calidis facienda ſunt med. fortia.

Pleuriticis elleborus & peplium vitanda.

Mirobalani citrini purgant bilem.

Pruna damascena & hispana.

damascena, quæ sunt acerba, & constringunt. Quare hispana, aut alterius generis dulcia erunt eligenda, quoniam ratione dulcedinis sequitur laxatio, tamarindorum drac.vj.decoquantur, & addantur vnc.ij.sacchari albissimi. Sed hactenus dictum sit de curatione intemperiei cerebri causantis dolorem, & associatæ cum materia sanguinea. Sequitur vt aggrediamur curationem intemperiei cerebri, pendẽtis a materia biliosa. In qua quidem non erit incipiendum a phlebotomia, sicuti diximus fieri debere vbi adest materia sanguinea: sed incipiendum erit a solutione ventris cum mitibus, & lenibus, cuiusmodi sunt myrobalani, tamarindi, pruna, cassia, manna, & huiusmodi: & hoc, quod in maximis doloribus, & febrib. non conueniant fortia medicamẽta, & scammoneata. Facta ventris solutione si dominium bilis non multum distabit a natura sanguinis, mittendus erit sanguis, sed parce, in ea quantitate quæ videbitur prudenti medico. Quod si dominium bilis tale erit, vt plurimum distet a natura sanguinis, nullo modo mittendus erit sanguis. Victus autem ratio eadem ferme conueniet, quam diximus conuenire in intemperie a materia sanguinea, de herbis illis frigidioribus nemini dubium. Lentes etiam conuenient, quoniam cum bilis sit tenuis, & erodens indiget alimento obtundente, habente substantiam emplasticam, quæ humorẽ crassefacit, & degenerare facit. Acetum mire conueniet,

In dolore capitis ab intẽperie cerebri a materia biliosa purgandum leniter.

Missio sanguinis.

Victus ratio.

Lentes.

Acetum.

ueniet, quoniam vt ait Hippoc. 3. acut. 16. acetum ideo conuenit picrocolis quia facit degenerare bilem in pituitam. Nam tametsi in frigiditate vix primum gradum pertranseat, refrigerat tamen magis quã ea, quæ frigida sunt in tertio. Et ratio sumitur a Galeno 11. simpl. cap. de castoreo. Nam castoreum, etsi non sit virtutis ita calidæ, & exsiccantis, sicuti sunt alia multa, longe tamen magis exsiccat, & calfacit iis, quæ ipso calidiora sunt & sicciora: & hoc ratione tenuitatis substantiæ suæ, quæ penetrat ad profundum: quod nõ faciunt alia crassiora, licet calidiora sint. Eadem ratione acetum dicitur esse frigidum, quod sui tenuitate possit penetrare ad infrigidãda loca, ad quæ alia peruenire non possunt. Vt hac ratione Galen. 4. simp. med. 11. dicere potuerit, si accipiatur mel & acetum simul in pari portione, quod in hoc composito longe magis refrigerabit acetum, quam calfaciat mel, cum tamen totum oppositum facere deberet: & hoc, quod mel calidũ sit in secundo, acetum vero frigidũ in primo. Quod alia ratione nõ contingit, nisi quia mel est crassæ substantiæ, acetum vero tenuissimę, ratione cuius subtilitatis potest ad ea loca peruenire, ad quæ nunquam mel peruenire posset. Postea descendendum erit ad localia, naribus iniiciendo frigida, & humida, vt oleum violatum, quod frigidum est, & humidum circa secundum. Notandum autem, quod vt ait Galenus secundo, & tertio de sim.

Castoreum.

Acetum plus refrigerat quam ea quæ sunt in 3.

Topica. Oleum violatum.

medic.oleum est materia omnium liquidorũ,
sicuti lithargyrium durorum. Vnde quidquid
coquitur in oleo, ab eo nullam sumit quali-
tatem, sed a simplici accipit denominationẽ.

Ab oleo non desumitur denominatio.

Poterit igitur in eo decoqui cucurbita frigi-
da & humida in secundo, vel nenufar, & fieri
oleum nenufarinum: & horum quodlibet su-
per niuem infrigidatum capiti poterit appo-
ni. Quæ tamen in auribus, aut alio sensus in-
strumento absque offensione non poneren-
tur ita in niue refrigerata: & hoc, quia non so-
lum offenderentur ratione qua sensus instru-
menta, cum operationes omnes a frigiditate
maxime lædãtur, sed etiam quia neruosa. Qua
ratione Galenus 2.de comp.med. per loca, ad
aurium inflammationem docet apponere in-
fusiones tepidas in auribus, & 6. & 7. therap.

Auribus frigida infusa nocent.

Capiti tamen olea illa in niue refrigerata ap-
poni possunt: & hoc, quod frigiditas habeat
percurrere per partes crassas, vt per os cranei,
antequam perueniat ad substantiam cerebri.

Capiti frigida adhibentur.

Pręter hæc conuenient etiam odoramenta ad
sedandum dolorem, præter infusionem in na-
ribus, & auribus factam, veluti caphura, aqua
rosata, & huiusmodi: veluti conficiendo po-
mum ex puluere nenufaris, violarum, rosa-
rum, florum salicum, addendo caphuram, in-
uoluendo hæc omnia in syndone, & sæpe ir-
rorando aqua rosacea, vel violarum, vel vtra-
que simul. Quod si dolor non cessabit, sed in-
ualescet maxime, tunc audet Rasis vti stupe-
facientibus,

Odoramenta.

faciẽtibus, opii ſcilicet, & caphurę granis duobus hordei quod tamen opium Gal. 2. de cõp. med. per loca, contra Apollonium, non eſſe exhibendum præcepit, niſi in doloribus, in quibus vel mortẽ, vel ſyncopim exſpectamus. At cum nunquam dolor capitis ad tantã magnitudinem peruenire poſſit, vt valeat ægrum interficere, vel in ſyncopim hominem trahere, nunquam etiam erit adminiſtrandum. Ob id Galenus non accedit ad hæc mortificantia, niſi cum timet mortem: ſed contentus eſt theriaca noua, diaſpermaton. Qua ratione 12. met. nunquam inquit eſſe occurrendum iis ſtupefacientibus, niſi cum adſunt ſymptomata, quæ habentia rationem cauſæ ducant ad interitũ. Quem ſecutus Auicenna dixit: Cum prouocaturus es ſomnum, non tranſeas papauer album. Notandum etiam vnum aliud, quod Raſis audet exhibere opium cum re frigida commixtum, vt cum caphura, quod tamen nunquam facit Galenus: ſed vt habetur ex ſecundo de comp. med. per loca, calida medicamenta apponit, vt lac muliebre. Ob id in inflammationibus auriũ accipit opiũ correctũ, & duplum caſtorei. Quare vbi eo opus erit vti, eo vtemur admixto, vel cum croco, vel cum caſtoreo. Sequitur curatio intemperiei cerebri, quæ ſit aſſociata cum materia pituitoſa, & melancholica, a qua proueniat capitis dolor. Notanter autem materiam pituitoſam, & melancholicam ſimul poſuimus, vt

Stupefacientia.

Capitis dolor an lethalis.

Rhaſes exhibet opium mixtum cum re frigida.

In dolore capitis ab intemperie cerebri cum materia pituitoſa & melancholica.

Pituita & melancholia sunt materia associata.

& Rasis:& hoc, quod si quis abundet atra bi-
le, pituita etiam abundare soleat, 2. de tempe-
ramentis, quod vtræque sint materiæ frigidæ.
Qua ratione etiã antiqui in omni medicamẽ-
to atram bilem euacuante magnam portionẽ
ponunt eorum, quæ pituitam purgant; cuius-
modi sunt hiera Archigenis, Galeni, Ruffi,
Logodii, in quibus sunt colocynthis, agaricus,
& genera titimalorum. Igitur in huiusmodi
intemperie cum materia frigida, materia cum
phlebotomia euacuari non possit, medicami-
ne erit purganda, ante tamẽ erit præparanda,
& coquẽda oxymellite, vel simplici, vel com-
posito, vel scyllino, secundũ fortitudinem sub-
iecti, & materiæ crassitiem: cum decocto be-
tonicæ, maioranæ, saluiæ, cymini, vel anisi ad
incidendum. Concocta materia euacuanda
erit pilulis cochiis. Post corporis euacuatio-
nem, nempe quod nunquam sint applicanda
localia ante euacuationem, localibus erit vtẽ-
dum, infusionibus capiti applicitis, & in nari-
bus ex oleo sambucino, & oleo de been, quod
est glans vnguentaria apud græcos, vel fiet po-
mum odoratissimum ex xiloaloe, ambra, &
musco. Præbentur autem odores, quoniam o-
dor est vapor tenuissimus ascendẽs ad caput,
habens exsiccandi vim superfluitates, & sui va-
pore penetrans vbi non penetrat oleum. Po-
terit etiam insufflari muscus in naribus, præ-
sertim in iis, in quibus est maxima frigiditas, &
obstructio cerebri. Quod si dolor multum in-
festabit,

Localia non sunt applicanda ante vacuationem.

Odoramenta.

festabit, deueniendum erit ad extrema remedia, ad euphorbium, ad castoreum. In euphorbio enim est vis calida in quarto, cum ardore: castoreũ vero & ipsum est maxime calfactiuũ ratione tenuitatis substantiæ. Quãtitas autem sumi poterit a Gal. 1. de comp. med. per loca, cap. de alopecia, vbi ait quod singulæ vnciæ euphorbii adsit libra vna olei. hoc igitur modo confici poterit: Ex olei sambucini vnci semis euphorbii, castorei ana granat, 10. misce, & infundantur in aures. Sed hæc de curatione intemperiei capitis associatæ cum suis causis, & symptomate hoc, quod dolor appellatur. Sequitur vt agamus de curatione obstructionis ductuum cerebri, a qua prouenit amissio sensus, & motus, quod symptoma apoplexia appellatur. Quæ quidem recte fiet, si ab arte curandi ad curationem obstructionis ductuum descendamus. Cum igitur symptoma hoc, amissio scilicet sensus & motus remoueri non possit, nisi causa & morbus depellatur: cumque morbus sit obstructio exsistens in ductibus cerebri, indicabitur ab exsistentia huius morbi, cum sit in compositione, aperiendum esse. Amplius, considerandum erit, vtrum obstructio sit facta, an vero adhuc fiat, quoniam facta simplicem præbebit indicationem aperiendi. Sin autem adhuc fiet, complicitam, nempe aperiendi eam, quæ facta est, & prohibendi futurã, auertentes causam facturam obstructionem. Accidentia hu-

Euphorbiũ.
Castoreum.

Apoplexia curatio.

Obstructio quid indicet.

ius morbi adeo ſæua ſunt, vt ſæuiora excogitari non poſſint, quibuſcum ſi aſſociata erit virtutis debilitas, indicabitur nihil eſſe tentandum. Mores huius morbi cognoſcentur ex dictis ſymptomatis, & ex cauſis; quoniam ſi a ſanguine, benignior erit: ſi a pituita, minus: ſi a melancholia, deſperata erit, quod humor ſit rebellis, nec cito euacuari poſſit, prout indiget ſæuum ſymptoma. Tempora in hoc affectu non erunt conſiderāda, licet adſit humor crudus, quia ægritudo non dat inducias vt cōcoquamus, ſed extremo morbo extrema erūt adhibēda remedia. Motus autem huius morbi cū ſit præceps cum difficultate anhelitus, indicabit non dari inducias, & ſtatim eſſe agēdū. Dein erunt conſiderandæ cauſæ ipſæ morbi, ſeu obſtructionis: & primo procatarcticæ: vnde aeris erit habenda maxima ratio. Quare obſtructione pendente a multitudine ſanguinis ſuffocantis, aer frigidior, euentabilis, eligendus erit; ſi a pituita, aer calidior. dein ab intrinſeca erit accedendum, primumque ad antecedentem quæ ſi fuerit ſanguis, indicabitur euacuandum eſſe per ſanguinis miſſionem diuertendo. Ratione vero qua non dat inducias, indicabitur diuerſionem non eſſe fiendam ad partes admodum longinquas, vt a ſaphenis: & hoc, quod vt ait Gal. 2. reg. acut. remedium vel eſſet tardum, vel nullum. Ob id altera cephalica, vel vtraq; erit eligenda, & poſt duas, aut quatuor horas ſcindendæ erunt apoplecticæ

Apoplexiæ morum cognitio.

Tempora.

Apoplexiæ cauſa.

Aer.

Miſſio ſanguinis.

poſt

post aures:et si necessitas vrgebit, incipiẽdum erit ab apoplecticis, indicatione sumta a motu præcipiti:vt fiat promta deriuatio, & auersio. Sin autem causa erit pituita, indicabit euacuationem per medicamentum. Quoniam vero nõ possumus exhibere medicinas, veluti sunt pilulæ, cum non adsit in hoc morbo tempus illas exhibendi, quare indicabitur euacuationem clysteribus acutissimis esse fiendam, indicatione tamen sumta a corpore affecto, & temperatura. Quoniam in puero, & etiam in muliere non erit faciendum ex colocynthide, & elleboro albo, & centaurea ponenda erit in minori quantitate. Frictionibus etiam vti solent, quæ in hoc morbo sunt leue remedium; vt deficiente instrumento phlebotomiæ, raro habeamus instrumenta quæ valeant ad huiusmodi morbum. Frictiones autem lenes esse debent, vt aperiantur pori, & materia exhalare possit, cum pannis calidis, & manibus fricantium tali medicamento inunctis: Ex olei amygdalarum amararum vnc.vna, euphorbii dra.j.castorei drac.ij.simul commixtis. Ratione enim olei, & castorei euacuamus poros:ratione euphorbii adurimus, dolor infertur, & sensus excitatur, bonum etiam erit oleum laurinum, de euphorbio, præcipue oleum de tartaro. Amplius, ligaturis vtendum erit dolorosis, quæ trahant deorsum, in brachiis supra cubitum, & coxis supra genu factis, cum frictionibus salis educentes.

Pilulæ non exhibentur.

Clysteres.

Frictiones.

Ligatura dolorifica.

Localia quando adhibenda.

Dein accedendum erit ad eam causam morbi coniunctam, vtentes localibus. Non ignorandum tamen est, localibus non esse vtendum, nisi prius diuerteris a superioribus ad inferiora, & nisi prius euacuaueris materiē coniunctam. Vnde male operantur, qui incipiunt capiti apponere patellam ignitam, cum plus materiæ attrahant. Amplius vtendum erit iis, quę faciunt euentationem. Si fuerit suffocatio spirituum a pituita, calidis digerentibus vtēdum per poros, vel attenuantibus, vt descendat per nares, per os, vtque tandē fiat paralysis: & hoc, vt amittamus potius partem, quam corpus vniuersum. Vel euacuando causam coniunctā simplici deriuatione, vt apponendo sanguisugas post aures, vel secando venas aut nasi, aut frontis deriuādo. Quod si huiusmodi dum fiūt diuersiones, continget raptus ad caput, supra caput ponendum erit oleum rosatum cum aceto. Factis his omnibus, quoniam non erit amplius intentio repercutiendi, remouendú erit oxyrrhodinum, & ventosas apponemus cum scarificatione, abraso prius capite, fouentes, caput decocto anethi, camomillæ liliorum alborum, vt materia per halitum exhalet absque attractione. Item circa nares sternutatoria vtroque elleboro, succo ciclaminis cum melle in naribus instillato, succo elaterii, insufflantes penna piper. Quod si materia transeat ad paralysim, tunc ad partem affectam conabimur trahere, & materia trahetur ad

In suffocatione spirituum a pituita.

Arthritis curatur paralysi.

tur ad locum, vt æger euadat paralyticus. Hactenus dictum sit de curatione obstructionis exsistētis in ductibus cerebri, a qua proueniat apoplexia, & cuius actuali paroxysmo affligatur patiens. Sequitur vt agamus de curatione huiusce morbi, cum iam sublatus est paroxysmus. Etenim etsi remoto paroxysmo coniuncta causa sit remota, cum tamen causa antecedens non sit remota, quæ totum corpus obsidet, sequitur circa causam antecedentem esse insistendum. Et quoniam locus affectus, cerebrum scilicet, propter paroxysmum tam sæuū euasit imbecillum, tum propter spirituum resolutionem, tum propter refrigerationem, sequitur locum quoq; affectum curandum esse. Quoniā vero remoto apoplexiæ paroxysmo, non propter hoc remouētur omnia symptomata, sed aliquando post ipsam relinquitur paralysis, stupor sensuum, priuatio vocis & sermonis: sequitur & huiusmodi symptomata esse remouenda. Quo igitur ad causam antecedentem cum sit materia, indicatur eius euacuatio: euacuari autem cum non possit, nisi prius præparetur: modus præparandi sumendus erit a qualitatibus ipsius materiæ. Cū igitur sit viscida & crassa, indicabit abstersionem & incisionem. Huiusmodi autem præparatio fieri poterit duplici instrumento: tum victus ratione in sex rebus non naturalibus, tum iis quæ habent rationem medicamenti. Quo igitur ad victus rationem, cum intentio sit inci-

Apoplexia post paroxysmum curatio.

Causæ antecedentis curatio.

Præparatio.

Victus. dere & attenuare, eligendus erit aer calidus, vel arte erit parãdus rebus calidis, ſiccis, odoratis, quæ tamen non repleant caput. Poterũt igitur cum aceto exſtingui. vnde caryophyllum conueniet, nux muſcata, nigella in olla puluerizata, vbi ſit acetum cum aqua roſacea, quæ bulliant in cubiculo. Ita enim aerem calfacient, & exſiccabunt. Quo ad ſomnum & vigilias, inclinet potius ad vigilias, & ſomnum præcipue meridianum, tanquam caput replẽtem, aufugiat. Quo ad animi accidentia, iraſcatur, vt accendantur ſpiritus, & calor innatus. Quo ad motum & quietem, bonum eſſet exercitium, ſi poſſet exerceri. Ob id iuſſit Paulus, vt ſuper currum portetur: quod tamen tutum nõ eſt: ſed loco exercitii melius erit vt frictionibus longis calidis vtatur, manibus ante preparatis cũ oleo calido & ſicco. Quo ad cibũ & potum, tenuis ſit & attenuans, id eſt ſubtilians, vt materiæ concoqui poſſint. Vnde alterandum erit alimentum calidis & ſiccis, & acribus, quæ humores attenuent, veluti carne pullorum, hædina, auium montanarum paruarum habentium paucam ſuperfluitatem, in iuſculis decoquentes anethum, caryophyllos, aniſum, macim, cyminum, atque ea quæ ſunt amara, vt incidant, vrinam prouocent, & materiam concoquant: quæ regula communis eſt ad omnes ægritudines frigidas a pituita pẽdentes. vinum aufugiat, quoniam tametſi calfaciat, & ſpiritus recreet, & vtroque indigeamus

Aeris calidi præparatio.

Somnus & vigilia,

Animi accidentia.

Motus & quies.

Cibus & potus.

Aphoriſmus de affectib. frigidis.

B

mus calfactione ſcilicet cerebri refrigerati, & ſpirituum recreatione: quoniam tamen cum eſt in ventriculo euaporat ad caput, ideo ab eo cauendum erit: Quemadmodum etiã in ſyncope alicuius habentis ventriculum imbecillum, cum plurimo indigeant alimento, ratione cuius nil eſſet melius carne porcina: ratione tamen imbecillitatis ventriculi non potẽtis concoquere, ab ea abſtinemus: ſed loco vini exhibendum erit oxymel ſimplex, vel oxyſaccharum ſimplex, in quo ſit decoctum permixtum vel cymini, vel aniſorũ, vel fœniculi, vel cinnamomi, vel macis, vel nucis muſcatæ ſecundum varium guſtum. Sed hæc de victus ratione in ſex rebus non naturalibus præparante, & concoquente. Sequuntur ea quæ cõcoquunt, attenuant, & abſtergunt in ratione medicamenti: & ſunt omnia genera ſyruporũ, quorum electio indicabitur ab ipſius materiæ modis: quæ cum ſit admodum craſſa & viſcida, indicabit ſumendos eſſe ſyrupos multum abſtergentes, & incidẽtes, veluti oxymel ſcylliticum, quod ratione amaritudinis ipſius ſcyllæ abſtergit, ratione vero acrium, vt aceti, incidit. Sin autem materia non erit ita craſſa & viſcida, ſyrupos etiam eligemus minus incidentes, & abſtergentes, vt oxymel ſimplex, ſyrupum de ſtœchade, de betonica, de hyſſopo, pro varietate varii modi ipſius materiæ varium etiam eligentes præparandi genus, reſpiciendo ſemper pro eligẽdis ſyrupis præpa-

Vinum nocet ratione vaporum.

Caro porcina cur imbecillo ventriculo non conueniat.

Syrupi abſtergentes & incidentes.

Vehementer abstergētia & incidētia quibus noceant.

rantibus locum affectum. Quoniam etiã materia maxime abstergentibus & incidentibus indigeret: vbi tamen erunt contrariæ indicationes, vt puer vel mulier, vel stomachus debilis, non dabimus hæc vehementer præparantia, quoniam facerẽt mordicationem. Ob id Gal.2.meth. oxymellitis acrimoniam melle rosato corrigit, vt frãgat nimiam abstersionẽ, & acutiem quam timebat. Correctio autem maxime attenuantium fienda erit cum recrassefaciente. Et quoniam incidẽtia omnia acria sunt, cum emplasticis eorum acrimoniã moderabimur: veluti ex oxymellitis scyllitici, syrupi de betonica, vel de stæchade, mellis rosati colati an.vnc.ß.decocti anisi, vel fœniculi, vel cinnamomi, vel omnium simul, vn.iiij. misce, & detur in aurora, ad incidendum & abstergendum, tot syrupos exhibẽtes, quoad in vrina appareat concoctio. Notanter autem addidi horum decoctum, nõ autem aquas: & hoc, quod aquæ omnes distillatæ frigidæ sint, etiãsi a calidissimo aliquo simplici distillentur, præsertim ab herbis, etiamsi fuerint fœniculi, maioranæ, calamenthi, absinthii. In materia vero calida aquas non timerem, veluti endiuiæ, violarum &c. Præparata materia, euacuanda erit pilulis cochiis, vel fœtidis, vel cum hermodactilis, confectione hamech. vel hyera colocinthidis. Et vbi erit in loco, in quo non adsint hæc composita, opus erit habere artem componendi medicamentum. Hactenus de curatione,

Incidētium correctio.

Aqua omnes distillatæ sunt frigida.

Vacuatio.

tione,ſeu purgatione, & præparatione materiæ antecedentis.Sequitur vt aggrediamur loci affecti curationem. Cerebrum enim poſt paroxyſmum ita permanet attonitum, licet actu non ſit in paroxyſmo, vt nonnulli attoniti & ſtupidi fiant, nonnulli vocem amittant.Hęc autem cum duabus præcipue de cauſis eueniant, tum quod facta ſit maxima ſpirituum reſolutio, ratione quorum fiunt animales operationes; tum etiam maxima cerebri refrigeratio:ſequitur igitur,cum omnis indicatio fiat per oppoſitum, ratione reſolutionis ſpirituũ ſpiritus nouos eſſe gignẽdos: ratione vero cerebri refrigerati cerebrum eſſe calfaciendum. Spirituum autem generatio cum fiat, vt ait Gal.6.& 7.de paci. & libro de vtilitate reſpirationis ex aeris conſolatione: & hoc, quod ſpiritus cerebri ex illa aeris attractione nutriantur,cumque apoplexia ex multitudine pituitæ pendeat: ſequitur igitur aerem declinare debere ad caliditatem,& ſiccitatem, vt cerebrũ etiam refrigeratum calfiat. Amplius cũ odor ita ſe habeat ad cor, ſicuti ſapor ad nutrimentum, & ſicuti ſapor amarus guſtui eſt ingratiſſimus, quod ſcilicet maxime contrarius ſit ſapori dulci,quo maxime nutritur homo: ita odor gratus indicat talem rem eſſe ſpiritibus familiarem,a quibus recreantur, ſicuti a fœtore terrentur. Quoniam vero ſpiritus animales non tantum gignũtur propter aeris attractionem, ſed etiam ex ſanguine calidiori tenuiori

Apoplectici poſt paroxyſmum ſtupidi & muti.

Spirituum generatio.

Aer.

Odoramenta.

nutriuntur: ideo indicabitur quod præter aerē cibaria quoque ſint tenuis ſubſtantiæ, vt conuerti poſſint in bonum, calidum, & ſubtilem ſanguinem. Et hæc quo ad indicationem, quā præbet ſpirituum reſolutio. Cerebri vero refrigeratio calidis depelli poterit vel exterius applicitis: non quidem actualibus illis, quibus vtitur Raſis cum adeſt paroxyſmus, ſicuti patella ignita, ſed rebus potentia calidis, vt ſinapiſmis, & dropaciſmis factis ex rebus in tertio calidis, quæ attrahant ad extra: veluti ſagapeno, pipere, pirethro, quæ calfaciunt, ſed veſicas non faciunt, neque eſcharas. Pix etiam deraſis capitis pilis illita rubificat, & mire calfacit. Sinapiſmi vero (veſicatoria appellantur, quod veſicas inducant) fiunt ex rebus in quarto calidis, cuiuſmodi ſunt ſinapi, naſturtium, cantharides, thapſia, euphorbium. Aduertendum autem erit, iis non eſſe vtendum, neque aliquid capiti applicandum eſſe, niſi prius euacuata cauſa antecedente. Per interius vero calfacientia, & exſiccantia, adhibēda, ſicut acores conditi. Et quia non inueniuntur, condiendus erit calamus aromaticus, nux muſcata cōdita, caryophylli, zedoaria. Compoſita quinetiam, vt diacalamenthum, diaſpoliticum, diacyminum, diatrionpipereon, de quibus 5. de tuen. ſanit. Amplius theriaca, mithridatum, quod maxime facit ad calfaciendum, & ſpiritus roborandos, cum modico ſacchari roſacei dra.ij. Amplius celebratū illud apud Arabes, & Græ-

Spirituum nutritio.

Cerebri calfactio.

Sinapiſmi.

Dropaciſmi.

Pix.

Theriaca.

Mithridatum.

cos remedium, quod cõfectio anacardina dicitur. Sequitur curatio ſymptomatum, quæ remanent poſt apoplexiam, vt eſt amiſſio vocis, & paralyſis. Quæ quidem curabuntur eadẽ cura qua diximus curari refrigerationem, cõfectione anacardina, ſinapiſmis, gargariſmis. Quo ad vocis amiſſionem, cum vocis harmonia duplici de cauſa poſſit amitti, vel propter deperditionem imaginationis & memoriæ: & hoc, quod non poſſit formari vox, niſi prius fiat imaginatio: quæ quidem erit curanda curatione amiſſæ memoriæ, & diſcurſus: vel propter impedimentum in organo vocis, vt quia muſculi linguæ ſint reſoluti, & laringis, & nerui reuerſiui humoribus ſint repleti: & hęc erit curanda curatione paralyſis: Sed ſumendo indicationem a loco affecto, curanda erit per gargariſmata, maſticatoria ex rebus calidiſſimis facta, qualia ſunt ſinapi, naſturtium, piper longum, nigella, gingiber, calamenthũ, radix thapſiæ. Ratione vero qua opus eſt vt diutius in ore permaneant, vt pluries poſſit maſticari, indicabitur eſſe maſticatorium fiendum cum cera. Quoniam vero maſtix plurimũ valet ad ſaliuam prouocandam (vt forte maſticatoria a maſtice ſint dicta) ob id maſtix etiam ponetur in hunc modũ: Ex ſtaphiſagriæ, pyrethri, gingiberis ana ſcrup.ij. maſticis drac.j. ceræ vnc. ß. fiant paſtilli parui, qui mandantur. Nam ratione maſticis ſaliuã maxime prouocabũt, ratione ceræ pertinaciter adhærebunt, & non re-

Vocis amiſſio poſt paroxyſmum apoplecticũ.

Vocis harmonia duplici de cauſa amittitur.

Maſtix.

Paſtilli.

ſoluentur, ratione vero aliorum pituita maxime educetur. Sed hæc de curatione obſtructionis ductuum cerebri. Sequitur vt agamus de cerebri inflammatione illa, quæ phrenitis dicitur. In cuius curatione eodem modo, ſuppoſita methodo indicationum vnde ſumatur, vt ab affectu, loco affecto, & circunſtantiis, incipiendum a morbo eſt, cuius prius diſtincta cognitio cum ſit habenda, cumque phrenitis ſit inflammatio, ſeu tumor præter naturã cauſatus a defluxu materiæ calidæ ad locum cerebri, diſtinguenda erit hæc materia calida, vtrũ ſit ichor ſanguinis, vel bilis, vel pituita ſalſa: & quodcunque horum ſit, vtrum peccet quantitate, vel qualitate. Nam ſi quantitate peccabit, indicabit quod debet euacuari: ſi qualitate, vt ſi caliditate, & ſiccitate, quod debet alterari, refrigerari, & humectari. Demum diſtinguendus erit iſte defluxus, vtrum iam fluxerit, vel partim fluxerit, partim fluat: & vtrum defluat a toto corpore, vel a parte ad partem, vel a capite tantum. Quoniam ſi a toto, indicabitur totum eſſe euacuandum: ſi a parte, vt euacuemus illam partem, & trahamus verſus partem mandantẽ: vt ſi ex pleuritide fiat phreneſis, trahendum erit ad locum, qui prius erat affectus, ad partes thoracis, cum ſcarificationibus, rubificantibus, ſinapiſmis, frictionibus, diuertẽdo humorem aſcendentem ad caput: & hoc indicatione ſumta a loco mandante. Si vero fuerit in capite tantum, aduertenda erit

Curatio phrenitidis.

Quid phrenitis.

Indicationes a materia fluente.

Phreneſis ex pleuritide.

par-

pars affecta. Et ſuppoſito quod exterius ſit cauſa, vt ambulatio in ſole, a qua caput calfiat, ex qua calfactione materia trahatur per venas demum ad membranas, tunc caput euacuandum erit, circa verticem capitis apponendo ventoſas, vt a centro ad circunferentiam educatur materia: & in ſpatulis, dummodo in toto non ſit plenitudo, quia tunc materia traheretur ad caput. Sin autem deueniet inflammatio per fluxum materiæ per venas, cum humor ſit permixtus ſanguini, euacuandum erit per ſanguinis miſſionem, eam copioſam & non copioſam facientes, ſecundum quod magis vel minus humores diſtabũt a natura ſanguinis: vt in ichore ſanguinis, copioſe; in bile mixta cum ſanguine, minus, in pituita ſalſa mixta cũ ſanguine, adhuc minus. Et hæ erunt indicationes a materia fluente. Indicationes autem a materia fluxa duplices erunt, ſecundum quod materia dupliciter poteſt eſſe fluxa. Nam vel erit fluxa hoc modo, ita quod adhuc exſiſtit in venis circumiacentibus & paruis, vel in cauitatibus loci affecti, vt repleat locum, & faciat tumorem; vel ita erit fluxa vt iam fecerit abſceſſum. Si erit fluxa primo modo, non poterimus euacuare a loco affecto, quia locum affectum irritaremus, plus attraheremus ad locum, & ægritudinem augeremus. Vnde hic nõ conuenient ſcarificantia, & reſoluentia, nec diuerſiones a longinquo, quia conueniunt materiæ fluenti. Quare in materia hoc modo

Phreneſis ab ambulatione in ſole.

Indicationes a materia fluxa.

fluxa tantum deriuabimus procedentes cum repercutientibus. Sin autem materia ita fluxa sit, vt fecerit abscessum, tunc non amplius cōueniet deriuatio, quia materiā putridam circa venas traheremus, quæ tendit ad saniem, sed conueniet vel scarificatio, vel resolutio cum calidis. Decursis indicationibus a morbo, & a causis morbi, deueniendum erit ad indicationes quæ sumuntur a temporibus morbi, quæ quatuor sunt; principium, augmentum, status, & declinatio. Ex quibus quatuor temporibus, principium est incommodius reliquis. quoniā cum morbus sit præter naturam, indicat ilico & in principio esse occurrendum. Secundario est declinatio. melius tamen est in principio, ne producatur morbus. Augmentum est tertium, minus tamē commodum, maxime versus statum. His visis consideranda erit etiā pro recta cognitione morbi, malitia ipsius morbi, vtrum lethalis sit, vel non. Quoniam licet omnis phrenitis sit lethalis, aliqua tamen est quę habet spatium, quęque est minus lethalis. Quæ quidem indicatio facit medicos cautos, vt videntes morbum lethalem, non exhibeāt medicinas, ne calumnientur remedia, vt monet Galenus 11. metho. Amplius pro recta cognitione naturæ morbi, considerandum erit vtrum sit per essentiam, aut per consensum: & vtrum sit morbus verus, an non verus. Quoniam videmus aliam esse phrenitim verā, quæ est inflammatio membranarum cerebri ab humore

Indicationes a temporibus morbi.

Phrenitis lethalis.

Phrenitis alia est per essentiam alia per consensum.

humore acri tenui, ſeu ſit ichor, ſeu bilis, ſeu pituita ſalſa, non vera; aut ratione loci, vt quia non ſit in mēbrana, in qua fit exquiſita phrenitis, ſed in ſubſtantia cerebri, aut ratione materiæ, veluti cum humor non erit tenuis, ſed craſſus, qua ratione etiam non habent veras vigilias, ſed inclinantur etiam ad ſomnum: & hoc, quod media exſiſtat inter phrenitidem, & lethargum ratione humoris pituitoſi. Habita cognitione indicationum quæ ſumuntur a natura morbi, a morbo ſcilicet, cauſis, temporibus, & eius natura: perpendendus erit locus affectus, vtrum membrum ſit carneæ ſubſtantiæ, an neruoſæ, an laxæ, an duræ, quas operationes habeat, an vitæ neceſſarias, an vtiles, an ad ſuperfluitates excrementorum excernendas, an nobile, an habeat communicantiam cum nobilibus, cuius ſenſibilitatis, an ſit in profundo, vel emineat, an habeat vias, an poſſit recipere ſanitatem. Vnde cum ipſa phrenitis ſit in membranis cerebri: cum ſciamus membranam eſſe valde ſenſibilem, elicimus medicamentum non debere eſſe mordax: Quia cum ſit valde ſenſibilis, ſi dolor augeretur, periculum eſſet ne homo periret. Ratione vero qua ſcimus membranam eſſe in profundo, & quod intermedia dura ſunt, & membrana quoque ſolida eſt, elicimus medicamentum locale debere eſſe ſubtiliſſimæ ſubſtantiæ. Ratione vero, qua ſcimus quod ex affectu membranæ ſimul quoq; ſub-

Indicationes a loco affecto.

ſtantia cerebri afficitur,in qua fiunt operationes tam nobiles , elicimus cauendum eſſe a multum infrigidantibus, & ſpiritus corroboramus , quibus plurimis indigemus pro tot operibus obeundis. Ob id odorata miſcemus, ſicuti fecit Raſis , qui in locali pro phrenitide hordeum miſcuit propter familiaritaté,quam habet cum natura,cum ſit alimentum , ſpirituum confortatiuum.De ductibus , per quos cerebrum poteſt euacuari, cum multi ſint cõmodiores eligemus.His perpẽſis quo ad morbum,& locum affectum,accedendum erit ad virtutum,a qua quandoque nullam indicationem ſumemus, quandoque totam , ita quod ipſi penitus eſt attendẽdũ aliis neglectis: quãdoque vero medio modo,altero oculo ad virtutem,altero ad morbum reſpicientes.Virtus igitur ſi erit valida,negligemus eam,& ambos oculos vertemus ad morbum, vt illum tollamus. Sin autẽ debilis erit,ambos oculos vertemus ad virtutem , non reſpicientes morbũ, cum natura ſit operatrix,medicus vero ſolum minister,vt Gal.12.meth.qui in ſyncope ex dolore nutrit in principio acceſſionis , neglecto prorſus morbo. Si vero virtus medio modo ſe habebit , vt nec morbus ita ſæuus ſit, nec virtus ita debilis ; tunc reſpiciẽdum erit altero oculo ad virtutem, altero ad morbum. Nam morbus vel erit breuiſſimus , vel breuis, vel longior.Si breuiſſimus erit , ita vt terminetur in quatuor diebus , victu tenuiſſimo vtemur,

Hordeum.

B

Indicationes a virtute.

ita vt

ita vt nihil demus, ac tantum cibi indulgendum erit, quantum morbus erit vel longior, vel breuior: ea omnia considerantes, de quib. diximus cum ageremus de arte tractandi primum instrumentum medicorum. His tribus consideratis, perpendemus etiam alia septem annexa, quæ coadiuuant. Nam si morbus erit calidus, & siccus in regione calida & sicca, sciemus quod morbus acrior erit, & sic de cæteris. Sin autem hæc omnia erunt contraria, minus, quia tunc habebunt rationem remediorum. His omnibus recte cõsideratis, quoniam postea contingit vt duo adsint impedimenta, quæ impediunt rectam hanc curandi operationem, viæ sane impeditæ, (vnde corpora cum quis purgare voluerit opus est fluida facere) humores crudi, id est, a bono non separati, igitur primo oportet eos concoquere, intelligendo per concoctionem separationem, & præparationem: quia concocta medicari, atque mouere &c. Præparantur autẽ cum sunt tenues, & acres, obtundentibus; cum nimis crassi, incidentibus; cum nimis viscidi, abstergentibus. Quandoque vero licebit inter initia, stante humorum cruditate, euacuare: & hoc, vbi cum humorum cruditate inter initia contingent accidentia sæua; quod extremis morbis extrema remedia conueniant. & cum morbi incoant, si quid videtur mouendum moue. & in acutis nonnisi in principio. Quare cum hæc contingent, comparabit medicus

Humorum præparatio.

Incocta quando euacuanda.

moram cruditati,& si videbit quod accidentia adeo sæua sint, vt nõ valeat æger sufficere donec fiat præparatio : tunc materia exsistente cruda,& mobili,erit euacuãdum: & hæc cura coacta a modernis appellatur. Sed hactenus dictum sit de indicationibus operandi. Igitur sumta indicatione a causa morbum faciente, cum sit bilis, seu pars subtilior sanguinis defluentis ad locum, qui imbibitur in membranis cerebri,conueniet missio sanguinis, sicuti etiam conuenit in pleuritide, cum tam phrenitis, quam pleuritis a subtili humore proueniat,& vtraque sit in eodem membro, scilicet in membranis, differens solum ratione situũ, quod altera costas succingit, altera vero cerebrum contegit. Quare vtrobique mittendus erit sanguis,sed indicatione sumta a loco, differentes erunt. Indicat enim locus nõ a pede, nec a basilica,sicut fit in pleuritide,quia locus non est membrana costas tegens, sed ratione loci affecti,& membri,cephalica erit eligenda eiusdem lateris: & hoc, quod cum phrenitis sit in principio, non sit eligenda reuulsio simplex,quæ fit per maximam distantiam:quoniã talis reuulsio debetur materiæ fluxuræ, vt assuescat humor, qui fluere solebat ad caput, & epilepsiam,exempli gratia,facere,trahi ad pedes. Neq; debemus vti deriuatione simplici, quæ opposita est reuulsioni simplici,cum hæc proxime ad locum affectum trahat: sed cum inflammatio medio modo se habeat, habens

Cura coacta.

In phrenitide & pleuritide conuenit sang. missio.

Phrenitidi in principio non cõuenit reuulsio simplex.

Nec simplex deriuatio.

humorem

humorem partim fluxum, partim fluentem, debet etiam remedio medio modo ſe habente adiuuari, qui fluxurum reuellat,& fluxum euacuet. Vnde cum nec per locum proximum poſſimus euacuare, ne trahamus materiam, quæ eſt in motu,ad locum affectum: nec per valde longinquum, reuellendo, quoniam vt ait Galenus 2.reg.acut. de pleuritide loquens, remedium vel eſſet nullum,vel tardũ, eligẽda erit vena media eiuſdem lateris, vt per eã habeamus euacuationem a loco proximo ſimul & reuulſionem. Quare miſſio ſanguinis in phrenitidie indicabitur a peccato ſanguinis,a qua autem parte(quia ſcilicet a cephalica eiuſdem lateris)indicabitur a loco: quantitas ſanguinis,confuſe tamen indicabitur a magnitudine morbi, atque a dominio ſanguinis, ſed certam quantitatem poſt modũ determinabit virtus tanquam regina. Hactenus dictum ſit quomodo in curatione phrenitidis euacuandum ſit per ſanguinis miſſionem. Sequitur vt percurramus ſecundum inſtrumentum, quomodo tractanda ſit ratio victus. Porro vt ait Galenus,& Hippocrates 1. reg. acut. comm.9. cum ſcopus alendi ægros ſit propter cuſtodiã virtutis:& hoc, quod morbus vt morbus nullum prorſus cibum expoſtulet,ſed duntaxat vt contrariis tollatur: ſi igitur contigerit, vt morbus talis ſit, & virtus talis, vt videatur ex motu eius, & arte prognoſtica, quæ habetur ex libro de criſi, & arte prognoſtica,

Miſſionis ſanguinis in phrenitide indicationes.

Victus ratio in phrenitide.

Morbus vt morbus cibũ non poſtulat.

In morbis acutissimis. morbum per crisim terminari posse, absque aliquo alimento, vt fieri solet in morbis acutissimis, vt in angina, vtemur tenuissima diæta, & nihil profecto dabimus, si videbimus cito terminaturum morbum, & virtutem sufficere posse. Sin autem cogemur alimenta exhibere, indicatione a virtute sumta, cõsiderandus erit etiam ipse morbus: & indicatione a morbo sumta, talia alimenta erunt exhibenda, quæ morbo remedia sint. Qua ratione ductus Hippocrates, & Rasis in phrenitide, inuenerunt dandam esse ptisanam in morbis acutis, quæ habens rationem nutrimẽti, virtuti satisfacit, cum obstructiones aperiat, abstergat, & infrigidet: morbis acutis facit satis, qui calidi sunt vt plurimum: licet epilepsia, & apoplexia ratione loci duntaxat sint acuti, & tamen frigidi. Quare ptisana optima est. Quantitas vero ipsius sumenda erit a morbi quantitate, & cõsuetudine. Nã si phrenitis erit terminatura in quarta, ptisanam colatam exhibebimus. Sin autem morbus terminaturus erit in quartadecima, non colatam. Indicatione sumta a consuetudine, si quis assuetus erit quater in die comedere, optimum erit eius cibationem partiri in quatuor vicibus. Sequitur vt percurramus tertium instrumentum pharmacandi in phrenitide? Porro perpetuum erit documentum in phrenitide, & tandem in acutis omnibus ægritudinibus, a validis pharmacis esse cauendum: ita vt etiam rhabarbarum sit suspectum. Qua

Ptisana morbis acutis satisfacit.

Victus quãtitas.

In phrenitide & omnibus acutis valida pharmaca vitentur.

Qua ratione ductus Rasis, elegit decoctum fructuum, exempli gratia mirobalanorum citrinorum, & indorum ana drachmas duas, decoquantur in duabus libris aquæ violarum vsque ad dimidium, & in decoctione addantur pruna numero decẽ dulcia, qualia sunt hispana, non autem damascena, quæ sunt austera, tamarindorum dra.ij. qui cõterantur minute, & iterum decoquantur omnia quousque remaneat vn.j. decoctionis, & facta expressione, dissoluatur mannæ vnc.j. & ß & erit medicina benedicta. Sequitur vt localia percurramus.

Rhabarbarum suspectum.

Notandum autem erit localia in principio dũtaxat competere, cum scilicet phrenitis fit, quoniam cum facta est, nõ amplius est repercutiendum localibus, nec vlla localia conueniunt, tametsi moderni catulos recenter dissectos apponãt, & columbaceos pullos ad resoluendum, sed parum proficiunt. Quare patet tempus applicandi localia in acutis ægritudinibus. Locale autem erit hoc. Ex olei rosacei vnciis tribus, aceti vncia vna. Aduertendum erit autem aliquando conuenire maiorẽ portionem aceti, minorẽ olei: aliquando maiorem olei, minorem aceti. Si enim aderit magna caliditas circa caput, & instantia vigiliarũ, maior sit olei rosacei, minor aceti, cũ habeat vim exsiccandi: sed tanta quantitas adsit, quæ sufficiat ad faciendam penetrationem. Sin autem inclinaret phreniticus ad somnũ, maior erit aceti, quæ habeat vim exsiccandi humidũ

Topica in principio tantum conueniunt.

Locale ex oleo rosaceo & aceto quomodo variãdum.

causans cataphoram. Tempus autem applicandi locale, est cum inflammatio incipit. Ratio autem, seu modus vtendi locale talis erit: Actu frigidum accipere oportet oxyrhodinũ, & pannos lineos infundere tenues, ne calfiat æger, & applicare circa commissuram coronalem. Melius imprimet si ex alto cadat in caput, facta corona ex pasta, ne oleum decidat. Quod si dolore afficietur phreniticus, cauendũ erit ab embrocatione, ne nimia perfusione augeatur dolor, & consequẽter inflammatio. Sequitur vt accidentia corrigamus, quæ in phrenitide contingere solent; cuiusmodi solet esse nimia vigilia: quæ symptomata cum habeãt rationem causæ, curationem expostulant, & ipsis tanquam causis primo est occurrendum, vt ait Galenus 12. therap. rationẽ autem causæ habebunt, vbi calfacient, & exsiccabunt, quæ omnia sunt aduersissima phrenitidi. Quare tollendæ erunt vigiliæ, si phreniti dem curare voluerimus: vnde caput erit inungẽdum lacte admixto cum oleo violaceo. Lac enim humectat cum modica caliditate, quæ tollitur ab humiditate olei. Additur autem v[illegible] seruetur præceptum commune omni medicinæ exhibendæ, vt cum medicamento exhibeatur aliquid, quod naturæ sit familiare, & spiritibus. Erit autem naturæ familiare, quo[illegible] ties habebit rationem alimenti, vt eo mediãte natura postea melius deducere possit ad act[illegible] medicamentum secum coniunctum. Qua[illegible] ha[illegible]

Tempus applicandi localia.

Modus vtendi.

Dolor in phrenesi.

Symptomatũ in phrenitide curatio.

Vigilia.

Lac.

hac ratione additum fuit lac, vt natura melius actuare possit medicinam: tum etiam vt sua vi emplastica vim bilis obtundat, & ex lentore suo adhæreat, & non effugiat: ponitur autem oleum violaceum, quod humectet in secundo, & infrigidet: & hoc, vt concilietur somnus qui fit a frigido, & humido, & remoueantur vigiliæ, quæ fiunt a calido, & sicco. Hactenus percurrimus cerebri intemperiem associatã cum causis, & symptomatibus, atque eiusdem obstructionem cum suis causis, & symptomatibus: item & eius inflammationem cum suis causis, & symptomatibus adiunctam. Nunc sequitur vt exempla proponamus multiplicis generis morborum simul implicitorum, ad quos sequũtur sua symptomata; nẽpe malę cõplexionis, & malæ compositionis simul, quæ duo genera morborũ associata cum suis causis producunt hoc symptoma, quod spasmus appellatur. Pro cuius curatione, mente semper opus erit habere artem illam curandi, & quatuor locos illos vnde indicationes omnes recte curandi sumuntur: nempe affectum, locum affectum, circunstantias, & remedium, atque ab illis vniuersalibus toties supra enarratis ad hanc particularem spasmi curationem descendendum erit. Vnde cum in arte curandi dictum sit tria esse præcipue, a quibus sumuntur indicationes, morbum, locum affectum, & virtutem: & quo ad morbum, cum in eo quinq; cõsiderãda sint, eius essentia primo,

Oleum violaceum in vigiliis.

Spasmi curatio.

In spasmo.
1.
Indicationes a morbi essentia.
Spasmus est morbus malæ complexionis & compositionis:

Igitur spasini essentia cum talis sit, vt sit morbus in complexione per affluxum materię, vel per ariditatem, & in compositione, quia spasmus chordam, vel caput musculi abbreuiat, & propter hoc actio musculi læditur, & corripitur. Ex cognitione igitur istius essentiæ incipit nasci cognitio curationis, & recte operãdi. Nam ex quo scio quod est morbus in complexione, cum sit res præter naturam, indicatur quod debet remoueri: si fuerit sicca indicabitur, quod per oppositum sit remouenda cum humectãtibus: si fuerit ex repletione per affluxum materiæ, indicabitur quod euacuanda sit materia: quo ad malam compositionem indicabitur nobis, quod eam reducamus ad naturalem suam longitudinem. Secundum quod in morbo considerandum esse diximus, est terminus morbi. Igitur & in spasmo considerandum erit an factus sit, an adhuc fiat: quia si adhuc fiet, indicabitur nobis quod remoueamus iam factum, & prohibeamus futurum ne fiat. Tertium symptomata morbi. Quæ sanæ cum in spasmo & multa & magna esse soleant, vt alienatio, impedimentum anhelitus, præsertim cum in musculis colli tetani fiũt, vt cum protenditur ad musculos thoracis, sequitur suffocatio, & impedimentum anhelitus, fiunt etiam syncopes, quæ curari debent: deinde sequi solet dolor adeo intensus, vt necessariũ sit sedare dolorem, si spasmum sedare velimus præsertim cum ita sæuus exsistit, vt habeat rationem

2.
Indicationes a morbi termino.

3.
A symptomatis

tionem causæ, & noui morbi, vt aliquãdo cogamur (ne sequatur interitus) vt tollatur symptoma, cum similibus occurrere ægritudini: quemadmodum in dolore colico aliquando contingit a pituita causato: qui cũ adeo sæuus exsistit, vt totam curandi rationem ad se vertat, cogimur philonium, & opium exhibere, quæ tamen similia sunt causæ ipsius morbi.

Symptomata curam quandoque ad se trahũt

Dolor colicus a pituita.

Quarto motus spasmi, qui quidem cum velox & acutus sit, cum cito terminetur vel ad salutem, vel ad mortem, indicabit nobis modum, vt cito agamus. Quo ad victus rationem penes quantitatem indicabit, parum esse cibandum: quo ad quantitatem cibariorum indicatio erit a causa faciente morbum: quæ si erit pituita, cum sit crassa, indicabit vt attenuemus & abstergamus, vt mundificemus, vt commode euacuari possit. Quinto, consideráda erit cruditas & concoctio materiæ morbi. Quoniam si materia erit concocta, & natura vincat morbum, sciemus quod concocta oportet medicari, atque mouere non cruda: & quod si erit cruda, quod non erit quærenda ipsius euacuatio (nisi acuties morbi, & symptomata cogãt) sed concoctio modo. At si in spasimo, qui acutus est, cum sæuis symptomatibus contingat esse cruda, quid erit agendum? cruditas enim indicabit nihil esse agendum, celeritas autem spasmi ex altera parte indicat vt statim agamus. In indicationibus his contrariis id erit agendum, quod diximus ex Gal. 9. & 10. therap.

4. A motu spasmi.

5. Victus rationem indicantia.

Dubit. an materia in spasmo cruda sit vacuanda.

perpendēda erit harum indicationū dignitas, & cum videamus cruditatem, & ex præcepto Hippocratis non ſit euacuandum, quia concocta medicari: ex altera cum immineat periculum, & mors ægri, eligenda erit via media, non quidem totam, neque confertim euacuantes, ſed partem materiæ concoctæ euacuantes, partem vero reliquam paulatim concoquentes. Et hæc de indicationibus, quæ ſumuntur a natura ſpaſmi, quæ in quinque conſiſtit, ſicuti conſiſtit conſideratio naturæ cuiuſque morbi. Sequitur vt percurramus indicationes quæ ſumuntur a cauſis morbi, & a cauſis ſpaſmi. Porro cauſæ ſpaſmi quædam erunt intrinſecę, quædam extrinſecæ. Quo ad extrinſecas, ſpaſmus vel erit humidus vel ſiccus: ſi erit ſiccus, indicabit vt eligamus cubiculum, in quo nulla ſit exſiccatio: ſed præparādus erit cum frigidis & humidis: item cibus non exhibebitur ſiccus, ſed humidus. Somnus erit prouocandus, quando aliter non poterit prouocari, cum opiatis. Circa motū, & quietem eodem modo erit procedendum, & omnia morbo breuiter debebunt eſſe contraria, ita quod ſi aduerſantur morbo, permittantur: ſi fouent, corrigantur. Sin autem ſpaſmus erit a cauſa frigida, procurandum erit vt omnia exterius adhibenda & cibus, & potus, & reliqua ſint calida, & ſicca: vt etiam febris ſit procuranda in ſpaſmo a pituita pendēte. Demum erunt percurrendæ indicationes, quæ ſumun-

Indicationes a cauſis ſpaſmi extrinſecis.

tur a

tur a causis intrinsecis morbi. Quarũ cũ quædam habeant rationem causæ antecedentis & remotæ, quædam vero proximæ, distinguendum erit, vtrum hæc causa intrinseca materialis sanguis sit, an alius humor a sanguine. Nam si erit spasmus a materia sanguinea, eligemus euacuationem per sanguinis missionem. Pro euacuatione remotæ causæ sanguineæ eligẽtes auersionem, & in auersione conuenientẽ venã, quæ erit conueniẽs quoties rectitudinẽ seruabimus: & hoc, vt tutius & citius euacuemus: vt exsistẽte in parte dextra, in dextra parte, & si in sinistra, in sinistra. Ab antecedeute causa ad cõiunctã erit trãseũdũ: & pro ei⁹ euacuatione, cũ dupliciter eam possimus euacuare, vel deriuãdo (deriuabimus autem quoties eligemus venam proximam, quę cum loco affecto colligantiam habeat) vel euacuando ab ipso loco: quod quidem fieri poterit, vel per scarificationem, vel per applicationem soluẽtium calidorum & humidorũ, lenium tamẽ. Cauendum enim ab euacuãtibus calidioribus ac sicciõribus: quia subtilioribus partibus resolutis, crassiores relinquuntur, & sequuntur postea cancri & anthraces. Vnde non erit pertranseundum oleum liliorum alborum, & camomellinum: & si sanguis feruentior erit, oleũ rosaceũ conferret, vel violaceũ, vt caliditas illa refrangatur. Sin autẽ materia fuerit bilis, vt contingit in spasmis non proportionatis ad materiã, causa remota nondũ fluxa, indicabit

Ab intrinsecis.

Sanguinis missio in spasmo a materia sanguinea.

Deriuatio causæ coniunctæ. Euacuatio.

Calidiora & licciora euacuantia sunt vitanda.

Indicationes a materia spasmi nempe bile.

vt euacuetur auertendo ad oppositum, quod sane est commune omnibus materiebus,& cũ peccet bilis, indicabit non esse fiendam euacuationem per phlebotomiam, sed cum iis, quæ bilem euacuant. Quæ autem sint bilem euacuantia simplicia & composita, libris de curatione causæ antecedentis & continentis fuit enarratum. Quo vero ad materiam biliosam coniunctam, nec hic vtendum erit phlebotomia,sed euacuanda erit & ipsa dupliciter, deriuando: quod quidem fiet, & ligaturis & frictionibus ad oppositum trahentes, faciendo lenem dolorem & calorem in parte opposita, vt materia subtilis defluat ad propinquã. Atque etiam euacuando a loco,cauentes a fomentis calidioribus, & vt non pertranseamus fomentum liliorum alborum, & camomellinum cum oleo rosaceo & violaceo, vel cum modico aceti ad penetrationem: quoniam vt monet Gal.2.ad Glauc.& 3.therap.cauendum est a fomentis calidis simul & a frigidis, quod frigidiora exacerbent, calidiora vero ad ariditatem deducant.Sin autem materia erit pituita, easdem indicationes exhibebit cum aliis materiebus communes: nempe antecedens vt euacuetur, euacuando ad oppositum his medicamentis simplicibus,&compositis alibi declaratis. Coniuncta vero,ipsa quoque tum deriuando,ac trahendo ad propinqua. Quod quidem & cauterio & causticis fieri poterit ad attrahendum violenter, tum euacuando materiam

In materia spasmi biliosa non conuenit vena sectio.

Fomenta qualia requirantur.

Indicationes a materia spasmi pituitosa.

teriam in loco iam fixam. Vbi cauendum erit ne incipiamus a valde aperientibus, & incidẽtibus, cum trahant ſubtile, & relinquant craſſum ingypſatum: ſed ab emollientibus erit incipiendum, eligentes calida & humida circa primum gradũ, quæ maturantia ſunt, & emollientia. Quod ſi voluerimus etiã concoquere, eligemus calida in ſecundo: cuiuſmodi ſunt anethum, myrrha, bdellium, ammoniacum, ſagapenum, crocus: & præcipue bdellium, & ammoniacum, quæ efficaciſſima ſunt pro cõctione materiæ pituitoſæ: reliqua calidiora tanquam adurentia omittentes. Facta poſtea concoctione accedendũ erit ad calida & ſicca in tertio gradu: ſicuti ſunt ciminum, fœniculum, calamentum, pulegium, maiorana. Et vbi hæc non ſuffecerint, veniemus ad dropaces, qui trahunt violenter a cẽtro ad ſuperficiem, & rubificant: qualia ſunt pyrethrum, pix, opopanax, ſuccus cyrenaicus, quæ differunt a ſinapiſmis, eo quód non ſolum rubificent, & reſiccent, ſed eſcharam quoque inducant, vt ſinapis, thapſia, flammula Iouis, euphorbium, cantharides. Hactenus de indicationibus a cauſis tum intrinſecis, tum extrinſecis ipſius ſpaſmi ſumtis. Sequitur vt percurramus indicationes a loco affecto ſumtas. Porro cum in ſpaſmo id quod afficitur ſit chorda, vel neruus ac quo ad eius ſubſtantiã ſit exſanguis & dura: quo ad ſitum ſit in profundo, indicabitur acuta remedia conuenire, quæ poſſint excutere

Emollientia incidentib. præmittẽda.

Concoquentia pituitã.

Dropaces.

Indicationes a loco affecto in ſpaſmo.

materiam in membro solido infixam, atque impactam. Qua ratione ducti Paulus, Auicenna, & Rasis dixerunt, quod quantum ad materiam coniunctam eadem est curatio spasmi, quæ est etiam paralysis, differũt autem in hoc solum, acutioribus frictionibus, fomentis, & linimentis vt vtamur: & hoc ratione loci affecti, quod in paralysi musculus patiatur: consequenter materia ab eo facilius excuti possit.

Spasmi & paralysis curatio, in quo conueniat.

Præterea quo ad temperaturam, scimus neruum esse temperaturæ frigidæ & siccæ: consequenter indicabit nec multum humectandum, nec multum calfaciendum. Sed cur, inquies, acerrimos dropaces, & sinapismos adhibemus neruis, si multum acria non conueniunt? Respondendum, hoc fieri non ratione temperaturæ nerui, sed indicatione a situ sumta: quoniam cum neruus sit in profundo situs, applicamus fortiter acria, quia nouimus quod remedia cum sua tanta acrimonia ad locum non accedent: & hoc, quod in via multum acrimoniæ amittant, vt ex Galeno ostendimus 2. catageni: cum nerui maximam cum cerebro habeant colligantiam, & cum corde, & stomacho, vt fiat syncope. Ideo curantes affectum neruorum, cerebri quoque, & cordis semper habenda erit ratio, corroborando cum odoratis: nempe quod odorata spiritus corroborent, & ex spirituum corroboratione cor & cerebrũ, qui sunt duo fontes spirituũ, corroborentur: ventriculo præterea odorata, & modice

Dub. de dropacismis in affect. neruorum.

Solutio.

In curatione affectuũ neruorum cordis & cerebri semper habenda ratio.

& modice astringentia erunt adhibenda: Quo ad facilitatem patiēdi, cum neruus a quolibet nocumento extrinseco patiatur, ideo cauebimus a quocunque mordicante. Ob id Galenus cauet etiam a terebinthina, cum non adest aliquod spatium notabile intermedium. Cauendumque erit a quocunque motu, qui neruum lædere posset, ac dolorem excitare. Qua ratione male Herculanus sentit in spasmo trahēdum esse membrum ad oppositum: quoniam morbus cresceret, & attraheretur materia multa: sed blande, & leniter est reducendum. Quo vero ad operationes, & si neruorum operationes magnæ sint, cum nerui sint delegati ad motum & sensum, tamen cum aliis non deseruiant, non multæ etiam ab eorum operationibus sumentur indicationes. Hæc de indicationibus a loco affecto. Sequitur virtutis indicatio, quæ reperitur in ipso spasmo. in qua sane perpendēdum erit an virtus sufficere possit necne: quod morbus indicet quid agendum sit, membrum porro affectum qualiter agendum, seu modum agendi indicat: virtus vero vsque ad quem terminum sit agendum, limitans tantum duntaxat esse agendum, quantū indicat: esto quod morbus & locus affectus alio modo indicarent. Vt autē res manifestior fiat, proponemus exemplum alicuius patientis spasmum. Primum enim in eo quod a nobis erit faciendum illud erit, vt notemus naturam morbi, & formam. Natu-

Odora corroborat.

Terebinthina in affect. neruorum.

Herculani error.

Indicationes a virtute in spasmo.

Exemplum patientis spasmum.

ra morbi conſiderabitur, quoties cognoueri-
mus ſub quo genere ſit, vtrum in complexio-
ne, vel compoſitione, vel continui ſolutione.
Forma vero, conſiderabitur enim in hoc mo-
tu conuulſio, conſiderãdo vtrum ſpaſmus, qui
eſt inuoluntaria contractio muſculi ad ſuum
principium, ſit ad anteriora, vel poſteriora, vel
tetanus. Et ſuppoſito quod contractio fiat ad
poſteriora, iam habebimus ſpeciem determi-
natam affectus, & quod eſt malus, non tamen
omnium peſſimus. Cum autem poſſit eſſe vel
ab inanitione, vel repletione, ſuppoſito hoc,
quod ex ſanguinis ſit repletione, vlterius erit
conſiderandus eius motus. & cum habeamus
quod eſt velocis motus, quodque eſt acutus
opiſthothonos, ita quod in quatuordecim die-
bus terminabitur: conſideranda erũt ſympto-
mata: & ſupponendo quod ſit cum maximo
dolore & vigiliis: & ſuppoſito etiam quod ſit
partim factus, partim fiens, ita quod habeat
cauſam antecedentem, & coniunctam, qui
procedat augendo: conſiderando etiam natu-
rã patientis: & ſuppoſito, quod ſit quadraginta
annorum, & temperaturæ humidæ, in actiuis
temperatæ, in regione frigida, & anni tempo-
re autumnali. his omnibus conſideratis & co-
gnitis, accedendum erit ad prognoſticum, etſi
videbimus curationem difficilem, cum pro-
teſtatione ad opus erit accedendum. Cum au-
tẽ ſit a repletione, & ſit partim factus, partim
fiens: conſequenter habeat cauſam antecedé-
tem, &

Natura ſpaſmi.

Spaſmi forma.

Spaſmus a repletione ſanguinis.

tem, & coniunctam: prius erit incipiendum ab antecedente: & hoc quod prius intercipi debeat materia fluens, postea fluxa: aliter nunquam curatio fiet: præsertim cum symptomata, vt ait Galenus, habent rationem causæ, 12. meth. quod est dictum, cum faciunt ægritudinem deteriorem. Quoniam vero duo adsunt symptomata, vigiliæ, & dolor, quæ si non tollantur, curatio non sequetur: igitur simul & semel accedendum erit ad remotionem causę antecedētis, & etiam symptomatum ablationem: & hoc, quod, vbi purgare volueris, prius sedandus sit dolor, Auicen. Prima igitur die anodynis dolor erit sedandus, priusque cum iis, quę qualitate manifesta illud agere possunt absq; attractione, vt oleo camomellino, liliorū alborū, decocto althææ, butyro recenti, axungia porcina, oleo sesamino seu anethino, & tandē omnibus calidis & humidis citra primū gradū: dein iis quæ occulte agūt: vt renib. nouiter extractis ab ariete, actu calidos applicando circa principium neruorum vbi fit contractio. Amplius sacculo salis circa nucham applicito, præsertim si a capite descēdat materia, quia exsiccatur. Præterea perpetuo, vt ait Auicenna, & moderni, adsit lana succida super loco, quæ sæpius ex iis oleis illiniatur, & foueat locum, quoniam ex continua illinitione fit perpetua resolutio. A stupefacientibus autem erit cauendum, quia cum nimis inculcent materiam, ægritudinem faciūt pertinacem. Quo

Antecedens causa prius tolli debet.

Symptomatum curatio.

Dolorem sedantia.

Dolores spasmi a proprietate occulta sedantia.

Stupefacientia.

Vigilia in spasmo.

vero ad vigilias, odoramentum ex iisdem faciendum cum modico croci, & capitis lotiones, & post cibum aliquid vini. ..., deinde accedendum ad materiam antecedentem, quæ quidem cum sit pituita, ac pituita non possit euacuari nisi prius præparetur, præparatio autem fiat concoquendo, incidendo, & abstergendo, & vias aperiendo. Hæc autem cum nō possint fieri nisi in morbo qui dat inducias, sicut erat in paralysi, non autem in morbo, qui non dat inducias: tū quia morbus est præceps, & in quatuordecim diebus terminaturus: tū quod ratione symptomatum, doloris & vigiliæ virtus soluitur: ideo cum maxima sit differentia inter causam antecedentem ipsius spasmi, & ipsius paralysis: tum in spasmo morbus præceps cogat nos diuertere a recto tramite procedendi circa causam antecedentem pituitosam, differenter etiam operabimur: vnde non exspectando concoctionem, exhibenda erit medicina fortis debilis, vt solet dicere Auicenna fortem ratione qua potenter euacuat: debilem vero, ratione qua in pauca quātitate exhibetur: veluti aut pilularum cochiarum drac.j. aut cassiæ drac. vj. & agarici præparati scrup.iiij. Nam tametsi indicatione sumta a cruditate nihil esset agendum, nec euacuandum nisi prius concocta materia: quia tamen motus morbi, & celeritas cum symptomatib. indicat vt cito agamus, in his opponendis indicationibus eligimus viam quandam mediā, vtrisque

Pituita prius præparāda quā vacuanda.

In spasmo cruda vacuanda sunt aliquando.

vtriſque ſatisfacientes : euacuantes quidem, ſed non multum. Nam ex parte qua euacuamus, ſatisfacimus celeritati ægritudinis, ex qua imminet periculum mortis ægro. Ex parte vero qua partem euacuamus, ſatisfacimus cruditati materiæ. Pro remotione etiam huiuſce cauſæ antecedentis incipiemus a clyſteribus. Hoc enim modo euacuabimus materias prius præparatas, incipientes a clyſteribus lenibus, ne nouam materiã attrahamus. Clyſter autem erit ex anetho, camomello, lilio, furfuribus, omnibus in aqua coctis vſque ad conſumtionem medietatis : accipientes heminam vnam huius decocti, in qua apponatur oleum liliorum alborum, camomellinũ, anethinum, rutaceum, mellis roſati vnc. iij. aceti etiam tantum: Hoc enim eſt præceptum Galeni, & Hippo. 26. de rat. vict. acut. ne detur cibus patienti ægritudines acutas, niſi euacuato prius ventre, aut clyſtere, aut balneo ſi clyſterem tolerare non poſſunt. Nam hoc modo per ſucceſſionem adiuuatur etiam euacuatio materiæ antecedentis. Sequitur vt percurramus quomodo ſit adminiſtranda viuendi ratio, cum neceſſarium ſit vt nutriamus ægrum, vt viuere poſſit. Cumq; quantitas cibi a motu morbi ſit eligenda, vt in morbo velocis motus parum cibando, in morbo vero tardi motus, multũ & copioſe, 1. aph. Cũ igitur in quatuordecim diebus ſit terminaturus, cibus & potus ita moderandus erit, vt ſufficere poſſit in toto

Clyſteres cauſam antecedentem vacuantes.

Victus ratio.

Cibi quantitas.

hoc tempore. Vnde conueniens diæta erit illa quę sit media inter tenuem, & crassam. Quare B si fuerit assuetus plurimo cibo, duas vel tres auiculas montanas comedere poterit. Electio vero quantitatis ciborum, vtrum scilicet exhibenda sint alimenta calida attenuãtia incidẽtia, an potius emplastica frigida crassefaciẽtia, indicabitur a causa faciente morbum. Quinimo quod omnes sex res non naturales variãtur, prout variantur causæ facientes ægritudinem. Vnde cum sunt contrariæ ægritudini, appellantur & sunt auxilia: cum vero aduersantur naturæ, & augent causam & morbum, sunt nocumenta. Exemplum sit in spasmo, quẽ præ manibus habemus. Iam scimus ex eius motu, qui velox est, non multum esse cibandum. Qualitas vero cibariorum indicabitur a causa faciente morbum: quæ cum sit pituita, ideo indicabit cibum calidum & siccum, quia frigida est & humida: & quia crassa est, abstergentem & mundificantem, vt commode euacuari possit. Quare victus ratio erit subtilians. Ad quod exsequendum nil præstantius montanis auiculis: pulli etiam iuuenes præparati cum radice petroselini, seminibus, vt aniso, fœniculo, pipere, caryophyllo, cinnamomo. Quæ omnia habent vim incidendi: panis sit salitus, bene coctus, aut bis coctus, in quo sit anisum, aut aliquid tale, quod habeat vim exsiccandi. Quo ad potum, a vino erit abstinendum, ne materiæ crudæ distribuantur ad locũ, & augeatur

Ciborum qualitas a causa morbi petitur.

Pituita quẽ cibum indicet.

Incidentia.

Potus.

Vinũ quando cõueniat.

& augeatur affectus. Vnde ante vini exhibitionem prius erunt educendæ materiæ: & post eductionem materierum exhibendum erit vinum, quia deducit materiam ad vrinam. Sed interim potus sit decoctũ conueniens ex cinnamomo cũ modico macis, vel caryophyllorũ, & anisorũ cũ saccharo. Potus enim hic erit gratissimus, & ad incidendum efficacissimus. Aer si frigidus erit & humidus, arte parandus erit calidus, & siccus cum suffumigiis calfacientibus & exsiccantibus. His peractis in prima die, secunda die exhibenda erit medicina satis debilis: vt scru. iiij. pilularum cochiarum, aut floris cassiæ cũ modico agarici præparati. Hoc enim medicamẽto fiet euacuatio materierum crassarum a primis venis. Hoc enim necessarium est, si volumus exhibere syrupos die sequenti, aliter deducerẽt materiam illam ad locum neruorum. Visa cõmoda euacuatione, sicuti prima die apposueramus fomẽta, oleum camomellinum, liliorum alborum, anethinum, addemus quod est efficacius ad resoluendam materiam facientem spasmum, quodque neruis est opportunum ratione virtutis exsiccantis. Dein ordinabimus syrupum vesperi, qui habeat easdem intentiones, quas diximus habere debere cibum & potum, exhibendo duos syrupos singula die, indicatione a motu morbi sumta. Parandum autem erit decoctum aliquod validum ad incidendum, vt ex cimino, ameo, caruo, fœniculo, pipere, gin-

Aer. *Vacuatio.* *Syrupi.* *Topica.* *Decoctum incisorium.*

gibere in aqua decoctis, addito ſyrupo de ſtœchade ſimplici, vel compoſito, de betonica, de hyſſopo, melle roſato, oxymellite completo Iuliani: quinta die euacuabimus, vel cum pilulis cochiis ad drachmam vnam ſecundum tolerantiam corporis, vel exhibebimus Logodionis drach. iiij. vel Ruffi, vel colocynthidos drach. iij. vel confectionis hamech. drach. iiij. Facta hac euacuatione materiæ antecedentis, non amplius erimus contenti localibus iā adhibitis, ſed ſexta die accedemus ad oleum coſtinum, de euphorbio, ad nardinum compoſitum: & hoc, quod in aliis oleis multa ingrediuntur, quæ habent magnam vim incidendi. Facta hac euacuatione, accedendū erit ad oxymel ſcylliticum cū illis decoctis: & ita concoquetur materia cum iis acrioribus vſq; ad nonam, vel decimam. Poſtea ſi apparebit virtutem deficere, nec adſit aliqua criſis, iterum dabimus pharmacum efficacius: & hoc, quod materiæ erunt magis præparatæ; vt hyera Logodii, colocynthidos audacius, quod in ipſa ſit maxima vis educendi materias craſſiores. Demum accedemus ad cauſam coniunctam, incipientes primū a dropaciſmis, quæ rubificāt, vt accipientes magnum corium, vel linteum, ita vt ſuper ipſo pix mixta cum galbano extendatur, in quibus apponetur aliquid quod incidat, abſtergat, & a profundo trahat, vt naſturtiū, euphorbiū, ſinapim. Rubificato loco, oleo miti locum liniemus, cum oleo liliorū alborum,

Colocynthis. *Cauſa continentis in ſpaſmo curatio.*

Dropaciſmi.

alborum camomellino,vel anethino. Et vbi desierit rubor, iterũ post tres horas super locum ponemus , vt attrahatur noua materia, iterumque illinietur locus. Neque erit desistendum quousq; materia deueniat ad cutim. Vbi vero post hos dropaces materia pertinacius adhærebit,transibimus ad synapismos, vt non solum faciamus rubificationem, sed etiã vesicas.Et his factis, vbi defecerit symptoma, & perseuerabit imbecillitas, vt puta frigiditas in loco inducta,his corroborantibus erit vtẽdum,ponẽdo hominem in tina, in qua camomellum,anethum,maiorana, fœniculum,stœchas,& alia sint decocta , totusque maneat in tina. deinde corroboretur gignentibus spiritum,& calorem,sanguinẽ, & conseruantibus membrorum tonum. Hactenus percurrimus intemperiẽ cerebri cum suis causis, a quibus nam prodeat deprauatio sensus tactus , quæ dolor appellatur indicando : atque vnde procedat obstructio ductuum cerebri associata cum suis causis,& hoc symptomate,amissione sane sensus,& motus, & inflammatione cerebri cum suis causis, ad quã sequatur hoc symptoma,quod vigilia appellatur: necnõ intemperies, atque mala compositio simul cum suis causis, a quibus procedit deprauatio sensus,& motus, quod symptoma spasinus appellatur. Nunc sequitur vt percurramus qua arte curatio fieri debeat,vbi propter aliquẽ morbũ, & causas immutantur excrementa cerebri,ita vt

Synapismi.

Imbecillitas post spasmũ.

Catarrhi curatio.

nimis defluant quam par sit. Pro cuius cura-
Fluxionis curatio.
tione cum catarrhus sit fluxio pituitosa ema-
nans a cerebro: sequitur prius esse percurren-
dam artem curandi fluxionem ipsam. Cum
Quid fluxio.
igitur fluxio sit expulsio præter naturã de vno
membro ad aliud, facta vel vitio membri mã-
dantis, vel recipientis, vel vitio vtriusque: se-
A fluxione duæ oriũtur indicationes.
quitur etiam quod duæ orientur indicationes
curandi; altera ratione membri mandantis:
altera vero ratione recipiẽtis. Ratione autem
1. Ratione recipientis.
recipientis, curandũ erit ne amplius recipiat.
Non recipiet autẽ, si hæc duo obseruabimus:
alterum, attrahendo materiam ad aliã partẽ,
Attractio.
ipsam auertendo ad oppositam partem. Quæ
sane auersio vtrum fiẽda sit vel phlebotomia,
vel pharmacia, a differẽtiis ipsius materiæ flu-
entis erit sumenda. Alterum vero corroborã-
Corroboratio in fluxionibus quid.
do membrum recipiens. Quæ quidem corro-
boratio etsi proprie nihil aliud sit, quam redu-
ctio membri ad habitum naturalem, in fluxio-
nibus (tametsi in his quoque naturalis habitus
desideretur) corroboratio erit, quoties effi-
ciemus membrum durum, solidum, densum,
vias latas non habens, cum viarum laxitas, &
amplitudo, & membri raritas sint maxima
occasio fluxionis ad membrum. Quare corro-
boratio in fluxionibus erit astrictio membri
recipientis: astrictio autẽ fiet refrigerantibus,
& exsiccantibus: refrigerantium autem, & ex-
siccantium gradus moderandus erit secũdum
morbi naturam. Hactenus de membro reci-
piente.

piente. Postea ad membrum mandans erit accedendum. Prohibebitur autem mandans nē amplius mandet excremēta iis duobus: nempe totius corporis, atque ipsiusmet membri euacuatione. Quod si corroborato membro recipiente, atque euacuato mēbro mandāte, ac toto corpore: ratione membri mandantis, ne attrahens a toto continue habeat vnde trahat & aliorsum mandet, si inquam adhuc fluxio perseuerabit, arguemus membrum illud mandans laborare aliqua intemperie, quæ causa sit redundantiæ huiusce excremēti propter deficientiam in concoctione. Quę quidē deficientia cum fiat ratione frigiditatis & humiditatis, arguemus membrum mandans laborare frigida & humida intemperie, idque præsertim, vbi videbimus excrementa frigida & humida. Quapropter cum euacuatio totius ac membri, fluxionem sistere non poterit, cogitandum erit de rectificatione membri mādantis. Rectificabitur autem membrum mādans cum oppositis, cum exsiccantibus. Quibus rationibus ductus Gal. 5. meth. in catarrho fluente ad pectus, ad tria curationem deduxit: ad corroborationem membri recipientis, totius corporis exquisitissimam euacuationem, ac cerebri exsiccationem: primumq; exsequitur frigidis & siccis cum theriaca noua, diaspermaton frigido. Exquisitam vero totius euacuationem, pilulis quæ constant ex aloe, scammonio, colocynthide, agarico, & bdellio.

11. Ratione membri mandantis.

Fluxio post corroborationem & vacuationē permanens quid indicet

In catarrho fluente ad pectus tres indicationes Galeni.

Tertium vero exſequitur cum exſiccantibus membrum mandans, proponens ſinapiſmos ex ſtercore columbino, cum puluerib. calfacientibus, cum dropacibus, deueniẽs ad ſinapiſmos qui adurunt, & tandem ad cauteria actualia. Atque hoc eſt illud quod ait idemmet Galen. 13. therap. 5. meth. & 2. ad Glauc. cap. de inflammationibus: duos maximos errores in principiis fluxionum eſſe aduertendos, alterũ omittendo totius euacuationem, cũ ex totius euacuatione nõ poſſint amplius mandari excrementa ad membrum mandans: conſequẽter nec mandans poſſit mandare quod nõ eſt, alterum vero ratione membri recipientis ne ipſum calfaciamus & humectemus, ſicuti amethodici quidam faciebant, cum membrũ relaxetur, rarefiat, & conſequenter augeatur fluxio: ſed frigidis & ſiccis eſt corroborãdum. Quod quidem ita neceſſariũ eſſe duxit Galenus, vt ad dolorem ſedandum procedat cum frigidis & ſiccis, timẽs apertionem. Quare, vt ait Galenus, aduertendum eſt hoc maxime in principiis omnium fluxionum: & hoc, quod errata in principio fluxionum facta affectus prorſus incurabiles reddant, vel difficillime ſanabiles. ob id. 5. meth. qui (inquit) negligẽter in principio curant catarrhos a leuioribus incipientes, ægris parant interitum longum. Et ratio eſt, quoniam ſi permittimus materiam fluere ad locum quẽ velimus rarefacere, tunc tãta moles deuenit ad locum, vt exſtinguatur calor, &

In fluxionũ principiis duo vulgares errores.

Errata in principio fluxionum peſſima.

calor,& fiat gangrena,ſphacelus, vel ſcirrhus incurabilis. Neq; hæc ſatis erunt pro recta curatione membri mandantis & recipientis,niſi vt ſupra diximus, habeamus etiam modú corroborandi membrum recipiens. Qui quidem modus corroborandi ſumendus erit a natura ipſius mẽbri, conſiderando eius temperaturã. Qua ratione caro aliter quam neruus corroboratur: nimirum quod cum caro ſit calida & humida, conſequenter non multum exſiccãtia petat, aſtringentibus in primo gradu corroborari poterit. Nerui vero cum ſicci ſint, magis etiam exſiccantia petant, & tolerent. Eadem ratione deueniente materia ad ventriculum,& hepar, iiſdem corroborantibus non erit vtendum,ſed diuerſis,maxime aſtringentia, & exſiccantia ventriculo exhibendo, veluti abſinthium,quę tamen hepati nocerẽt: & hoc ratione diuerſarum temperaturarum; quod ventriculus neruoſus cum ſit, maxime aſtringẽtia velit: hepar vero carnoſum aſtringẽtia magis moderata petat, qualia ſunt ſpica, & rhabarbarum. Amplius conſiderãdæ erunt membri operationes: quia quo operationes ſunt nobiliores, eo magis calida competunt: cum operatio fiat per calidum. Ob id ſi fluxus erit ad hepar, quod eſt opifex ſanguinis, non erit tantum refrigerandũ,quin habeatur ratio caloris innati. Qua ratione in refrigerãdis huiuſmodi morbis ſemper aliqua erunt apponẽda,quæ calorem innatũ corroborẽt. Amplius

Corroboratio membri recipientis.

Carnis & neruorum corroboratio.

Ventriculi corroboratio.

Hepatis corroboratio.

Operationes fiunt per calidum.

Communicatio membrorum.

consideranda communicantia, qua ratione membro habente situm suum membro nobili vicinum, vt cordi, vel hepati, indigebimus repercutientibus, non tamen applicabimus valde frigida, ne materia repercutiatur ad illud. Hac enim ratione fluente materia ad musculos thoracis, non multum repercutimus, ne ad interiora penetret, vbi adsunt membra nobilia.

Membrorũ nobilitas.

Amplius consideranda erit nobilitas, vel ignobilitas ipsorum membrorum, & vtrũ sint deputata ad excretioné: quia si fluxio erit ad hæc loca, veluti sunt adenes, quæ sunt carnes glandulosæ circa emunctoria illa exsistentes, ac cutis quæ habet vsum vestis pro tegẽdo corpore: aut si fluxio erit ad aliquas partes, quæ sint deputatæ ad excretionem, vt intestina, vesicam, vterum, hæmorrhoidas; fluente materia ad huiusmodi loca, multoties non indigemus repercussione.

Obiectio.

At inquies. Cur igitur aiunt in omni fluxione fienda esse repercutientia?

Solutio, in fluxionibus criticis non esse repercutiendum ex toto.

Respondẽdum, quod cum fluxio sit expulsio præter naturã excrementorum ad aliud membrum, nulli dubium membrum recipiẽs corroborari debere ne recipiat. At si contingat expulsionem fieri ad debita loca, vt ad emunctoria propria, hæmorrhoidas, intestina, vesicam, critice; vel per motum crisis similẽ: tunc cũ huiusmodi fluxio non sit ex toto præter naturam, cum aliqui habeant huiusmodi fluxiones adeo sibi consuetudinarias & naturales, vt si interciperentur, interficerentur: sicuti

cuti videmus de mẽstruis in mulieribus: nulli dubium his casibus non esse ex toto repercutiendum, nisi cõtingat quod fluxio peccet vel in quantitate vel in qualitate. Quia si nimia erit, aut nimis maligna, cum his rationibus incipiat esse præter naturam, sistenda sane erit, eligendo ex duobus modis intercipiendi fluxionem, non quidem modum illum intercipiendi fluxionem qui fit cum astringentibus, sed auersionem vt ad adenes, aut ad loca recipientia excrementa fluxio decumbat. Sed hactenus de curatione fluxionis, sumta indicatione a membro mandante, & recipiente. Quoniã vero dictum fuit, fluxionem esse expulsionem præter naturam alicuius excrementi: sequitur igitur vt consideremus etiam materiam illam quæ fluit, & demandatur a membro mandante ad recipiens. Hoc enim modo ingrediemur etiam in considerationem ipsarum causarum. Cum igitur materia fluens possit esse multiplex, sequitur quod etiam indicationes variæ fient pro varietate ipsius materię. Materia autem fluens cum possit esse vel sanguis, vel alius humor a sanguine: & si sanguis vel peccans quantitate, vel qualitate, vel vtroque, ratione cuius multiplicis vitii multiplices etiam oriẽtur indicationes: altera a quantitate, altera a qualitate, alia ab vtroque. Ea quidem quæ oritur a quantitate, & multitudine, non solum sanguinis missionem indicabit, sed copiosam, quousque tamen virtus tolerabit. Sin autem a

Materiæ fluxionum consideratio.

Indicationes a materia sumuntur variæ.

In fluxione sanguinea indicationes.

qualitate, discernendum adhuc erit, vtrum sit propter modum substantiæ, an vero propter mixtionem aliorum humorum, & si propter modum substantiæ, vtrum sit vel quia tenuis, vel quia crassus. Nam si fuerit, quia tenuis, & calor innatus exilis, cum tales facile soluãtur, cauendum erit a multitudine extrahendi sanguinem: quoniã, vt ait Galenus, si fuerit multitudo sanguinis cum rubore multo, reprimẽdus erit, non autem euacuandus: & hoc, quod in euacuatione difflentur spiritus, & calor innatus, vnde ad syncopem, & casum virtutis ægri deducuntur. At si fuerit crassities, euacuandum quidem erit, sed primo erit attenuandum, & sanguis erit reducendus ad temperiem, & post illum dispositũ oportebit euacuare, ac reliquum præparare. Sin autem sanguis erit infectus propter commixtioné aliorum humorum, considerandum erit quis sit ille humor sanguini commixtus: & si fuerit bilis, quæ superabundet in sanguine, sanguinem quidem mittere conueniet, sed parcius. quoniam vt ait Galenus 4. de val. tuen. cum humor sangini est admixtus, modo nõ sit crudus, nec multum recedens a natura sanguinis, mittendus quidem erit sanguis, sed parce, dummodo non adsit plurima bilis. Quia tunc prius euacuandum erit corpus, dein sanguis mittendus: aliter educto sanguine, qui est veluti frenum ipsius bilis, statim æger effrenitaret. hæc si materia fluxionis fuerit sanguis. Sin autem excremen-

Sanguis tenuis non est copiose euacuandus.

Sanguis bile commixtus parcius est mittendus.

crementum illud quod deponitur in fluxione fuerit alius humor a ſanguine, indicabit euacuandum eſſe humorem illum, prius tamen præcedente illius præparatione. quæ ſane materiæ quomodo ſecundum earum diuerſitatem diuerſimode ſint præparandæ, ac poſt præparationem diuerſimode pharmacandæ, ſatis abunde declaratũ fuit in curatione ipſarum cauſarum. His decurſis quo ad cauſas intrinſecas materiales, conſiderandæ erunt etiã reliquæ cauſæ efficientes ipſam fluxionem. Et indicatione ſumta a cauſis efficientibus, ſemper per oppoſitum erit procedendum: infrigidando, ſi id euenerit ratione malę temperaturæ calidæ: vel calfaciendo, ſi ratione frigidæ. Sin autem fuerint cauſæ extrinſecæ efficientes, ſi non perſeuerabunt, ab eis nulla ſumetur indicatio: veluti ſi ægroti crapula fuerit in cauſa, & amplius non crapuletur. At ſi perſeuerabunt, indicabunt vt remoueantur: eodem modo procedemus in omni cauſarum genere extrinſeco, aut ſi aer, aut ſomnus, aut vigiliæ, aut venus, aut aliud quid. Victus autem ratio recta eſt, quoties iubemus eam contrariam cauſis facientibus fluxionem, vt in materia frigida viſcida, moderate erit calfaciendum, & attenuandum non ſolum circa cibum, & potum, ſed etiam circa reliquas cauſas: vſque adeo vt aliquando & ira & excandeſcentia, & febris etiam conueniant. Hactenus percurrimus artem cu-

Fluxionum ab aliis præter ſanguinem humoribus curatio.

Indicationes a cauſis efficientib.

Victus ratio.

Catarrhi curatio.

randi fluxionem excremētorum: ex cuius re-
cta cognitione facile modo erit recte curare
fluxionem hanc pituitosam , quæ catarrhus
appellatur, descendentem ad partes subiectas:
exempli gratia ad partes thoracis; quod vt fa-
cilius fiat, prius præponemus diffinitionem i-

Quid catarrhus.

psius catarrhi. Porro cum catarrhus sit fluxio
pituitosa emanans a cerebro ad subiectas par-
tes, facta vel ratione cerebri, vel ratione par-
tium inferiorum, vel ratione vtriusque, aut ra-
tione causarum extrinsecarum , aut omnium
simul , a quo plurimi morbi manare solent:
sequitur igitur , cum hic quoque duo adsint:

In catarrho sumuntur indicationes a membro mandāte & recipiente.

alterum membrum mādans, scilicet cerebrū:
alterum vero membrum recipiēs, vtpote ali-
qua subiectarum partium , vt etiam sumendæ
sint indicationes a natura vtriusque. Natura
autem membrorum cum consistat in horum
duorum consideratione : nempe substantiæ,
ex qua membrum est confectum, an ex carne,
venis, neruis, arteriis: modi substantiæ , vt an
laxum vel solidum: temperaturæ, an calidum,
vel frigidum : sensibilitatis & insensibilitatis:
nobilitatis & ignobilitatis: operationum, qua-

A membrorum natura quot indicationes sumantur.

rumnam operationum sit opifex: situs, vtrum
in profundo vel in superficie positum sit: col-
ligantiæ seu communicantiæ. Sequitur etiam
in catarrho hæc omnia esse consideranda: &
hoc, quod secundum diuersam membri natu-
ram diuersæ etiam oriantur indicationes cu-
randi. Membrum autem mandans in catarrho
cum

cum ſit ipſum cerebrum, & cerebrum quo ad ſubſtantiam ſuam conſtet ex ſubſtãtia medullari, membranis, venis, neruis, arteriis, & multis foraminibus: ſequitur quod ratione tot vaſorum indicabitur materiã poſſe trahi & cõmode per vaſa, & facile quidem ratione qua laxum eſt: ratione ſitus, cũ ſit in ſuperioribus, quod euacuatio erit commoda, ſi ſanguinem mittere opus erit, ex cephalica ſuperiori: aut ſi pharmaco, per vomitũ, & aluum ratione cõmunicantiæ cum ſtomacho. Quo ad temperaturam, cerebrum eſt frigidum & humidũ, conſequenter abundans plurima pituita. Cũ talis ergo ſit excrementorum prouentus, qualis eſt ipſa complexio: ideo complexio indicabit euacuandum eſſe. Quæ quidem pituitæ euacuatio per ſuperiores venas, & per emunctoria, euacuari poterit cum caputpurgiis per propria foramina, & cum maſticatoriis, trahẽdo materiam per palatum, & per nares. Loca etiam, per quæ tranſit catarrhus, indicabunt agendi modum. Nam ſi catarrhus trãſibit per venas, indicabit per miſſionem ſanguinis, & per vrinæ prouocationem id fieri poſſe, dummodo materia non adſit admodum cruda, 4. de val. tuen. Quia tunc commodius euacuabitur per vrinæ prouocationem quam per ſanguinis miſſionem. Sin autem materia trãſibit per canales amplos, & primo per aſperam arteriam, indicabit euacuationem per tuſſim, & bechicis medicamentis prouocãda erit tuſſis.

Indicationes ſumtæ a ſtructura cerebri.

Pituitæ in cerebro vacuatio.

Catarrhus tranſiens per venas indicat miſſ. ſang & vrinæ prouocationem.

Catarrhus transiens per asperam arteriam, per gulam, per spinalẽ medullam.

Si vero per gulam, indicabit euacuationé per vomitũ, si vomitui erit assuetus, aut per secessum. Sin autem transibit per spinalem medullam, & neruos, in quibus neruis frigidis imbibatur materia frigida, ibique figatur, indicabit esse procedendum cum concoquentibus & digerentibus, & attenuantibus efficacissimis, & euacuationibus validissimis: sicuti fit in iis, qui patiuntur spasmum. Quod si membrum mandans excrementa non solum sit cerebrũ, sed etiam corpus vniuersum, orientur duæ indicationes: primo totum corpus, secundo caput euacuandi: tertio corroborandi. Totius autem euacuatio primo fiet per sanguinis missionem duplici ratione: tum pro euacuatione, quod pituita per venas defluat, tum ratione auersionis propter periculum rupturæ venæ: dein pharmacia; & hoc ratione humorum extra venas exsistentium, vt pituitæ exempli gratia in ventriculo exsistentis: postmodum ad capitis euacuationem erit descendẽdum, quæ quidem tribus instrumentis commode fieri poterit: caputpurgiis per nares scilicet trahẽdo: masticatoriis per palatum: & gargarismatibus: quanquam eam euacuationem quæ per nares fit non multum laudem: Dein ad capitis roborationem erit accedendum: corroboratio autem cum duplex sit: altera improprie fortiori vocabulo corroboratio dicta, quãdo scilicet membrum constringimus, ne ita aptũ sit ad receptionem fluxionis: altera proprie, quæ

A membro mandante indicationes.

Totius euacuatio per phlebotomiam & pharmaciã.

Tria instrumenta vacuandi caput.

Corroboratio duplex.

quæ eſt reductio membri ad proprium habitum naturalem, a quo lapſum fuit: quod fit caloris innati, ſpirituum, humorum, & ſolidorũ reparatione. Igitur cum caput lapſum ſit ad temperiem frigidam & humidam, per calidũ & ſiccum erit reducenda. Sed hactenus de curatione membri mandantis. Quo vero ad mẽbrum recipiens, ipſum quoque indiget ſui curatione, diuerſa tamen. Primum igitur prouidendum erit ne amplius recipiat: quod fiet duobus inſtrumentis: corroboratione ſcilicet membri impropria, quæ fit cum repellentib. & aſtringentibus, & auerſione. Quæ quidem auerſio in omni caſu perpetua eſt: non autem ſic ipſa corroboratio. Vnde quo ad materias, quæ per venas pectoris defluunt, repercutiendum erit, non quidem cum exterius repellentibus, cum huiuſmodi Galen. 5. meth. ſint abominãda, & hoc, quod refrigeratæ partes illæ aptiores euadãt ad fluxum ſuſcipiendũ. Igitur erit repercutienda cum interius repellentib. Ea autem quæ interius exhibẽtur, non debẽt eſſe cuiuſque generis, quoniam opiata, & philonium, quod moderni tam facile exhibent, cauenda ſunt: ſed repellentia in hoc caſu debẽt eſſe nec multum frigida, ſicuti eſt opium: nec multum aſtringentia, qualia ſunt illa, quæ exaſperant, cuiuſmodi eſt electuarium factum ex ſucco granatorum, balauſtiorũ, vel meſpili, vel ſumach, vel huiuſmodi. Quoniam cum exaſperent arterias, tuſſim prouocant, pulmo-

Membri recipientis curatio.

Auerſio.

Galenus repellentia exterius improbat.

Repellentia quando materia per venas pectoris defluunt.

Corroboratio.

nem exsiccant, & sputum sanguinis causant. Quare corroborantia debent esse moderate frigida, cum aliquali caliditate: sicuti est illud Galeni, quo vtitur in distillatione ad pectus, theriaca noua, vel diaspermaton ex seminibus confectum, quod habet multa calida: vel moderate exsiccantia, cuiusmodi est saccharum rosaceum, rodosaccharum appellatur, cuius vsu asserit se Auicenna phthisicos curasse: vel succo myrtillorum, vel syrupo de iuiubis, qui leniter astringit absque exasperatione: syrupo violaceo composito cum nucibus aptissimo ad corroborandum: syrupo de siliquis, bolo armena orientali, quæ præseruat a sputo sanguinis. Neque enim verum est quod vulgo dicitur, quod astringat cum asperitate: quinimo lenit & corroborat absque valida astrictione: neque enim omne exsiccans astringit. Neque propter id, quod in ore posita, videntur linguam astringere, est arguẽdum, bolum armenã astrictiuã esse, quoniã illud euenit ob hoc, quod linguã statim exsiccat, vnde pestilẽtibus maxime conuenit, in quibus maxima exsiccatio opponitur maximæ putredini, & asthmaticis propter plurimos humores descendẽtes. His factis, quo ad membrum mandans, & quo ad membrũ recipiens: considerãda post ea erit materia catarrhi, quæ quidẽ cum sit pituitosa & frigida, vt ex eius diffinitione patet, euacuãda erit. At vt recta fiat euacuatio, prius erit cõsideranda: postmodum ad illa tria instrumẽta artis

Saccharo rosaceo phthisici curati.

Iuiubis succus.

Bolus armena orientalis non astringit.

Bolus armena pestilentibus conuenit.

Materia catarrhi consideratio

artis medicæ erit accedendum: primumq; erit instituenda recta viuendi ratio circa cibum & potum, ad duo potissimum respiciendo, ad quantitatem videlicet & qualitatem. Quantitatem metiemur vt ait Hippocrates 1.aph. a fine ipsius ægritudinis; quæ si cito terminatura est, paucæ quantitatis erit: cum modo in hoc casu ęgritudo pendeat a materia frigida crassa, consequenter habeat in longum trahi, victus non erit exhibēdus tenuis, sed carnes, & vinū quandoque. Quo ad qualitatem ciborum, ratio eligendi veram ciborū qualitatē sumetur semper a causa faciente affectum: causa autem faciens affectum, cum sit materia pituitosa, crassa, & viscida: indicabit qualitatem ciborū attenuantem: subtiliantem, incidentem, atq; abstergentem, talem, qualē descripsit Gal. lib. de attenuante diæta. Acetaria igitur secundū anni tempora erunt eligenda, qualia sunt lupuli, asparagi, radices petroselini, cappares, radices dauci, quas carotas appellant, cum saccharo, aceto, & cinnamomo: radices etiam cichoreæ, cum aperiant, vrinam prouocent, & ratione amaritudinis abstergant: in ferculis semper aliquid apponētes, quod vrinam prouocet, qualia sunt radices petroselini cum fœniculo, & aniso, carnes erunt aues, pulli, hædinæ præparatæ cum iusculis, in quibus aliquid sit quod habeat vim incidendi, vt cum caryophillo, mace, cinnamomo. A vino in principio cauendum erit in catarrho, tū quod

Victus in catarrho quantitas & qualitas vnde sumatur.

Acetaria.

Radices cichoreæ.

Diuretica.

Vinum in principio non cōuenit.

in principio ſit plenum, vinum autem euaporet: tum quod humores præparatos & crudos per venas diſtribuat, cauſans per varia loca venarum obſtructiones: ſed potio ſit decoctū vel ex aromatibus, vel ſeminibus, vel herbis confectum, ſicuti caryophillis, aniſo, cimino, betonica, roremarino, in quibus eſt vis incidendi, addendo oxyſaccharum, illud efficientes magis & minus acidum, vt docet Galen. 4. de tuen. val. de oxymellite pro ratione corporis, cui debet offerri. Atque hæc erit potio, quæ ante purgationem conueniēs erit. Mundificato corpore vniuerſo, ex parte vinum cōueniet: tum quod ventriculum corroboret, & per venas reſiduum materiæ exſiſtentis in venis ad vrinam deducat, tum quod excrementa melius conficiantur a moderato vini calore. Vinum autem nec fumoſum, nec craſſum ſit, nec dulce, ſed lene, tenue, bene maturum, habens tandem ſyrupi vim, illud prius diluendo, donec æger aſſuefiat. Quo ad accidentia, omnia quæ poterunt calfacere & exſiccare ſine ſpirituum reſolutione, optima erunt, ſicuti aliqua breuis iracundia. Quo ad ſomnum & vigilias, declinabit potius ad vigilias, moderatas tamen; quia immoderatæ poſtea refrigerant. Quo ad exercitia, exerceatur tempore matutino, aut ſi non poterit ratione ægritudinis, fricentur partes inferiores longis frictionibus: & poſt frictiones inungatur oleo camomellino calido, aut anethino cum portione

Potio ante purgationē conueniens.

Quomodo vinum purgato corpore proſit.

Animi accidentia.

Somnus & vigiliæ.

Exercitia.

tione vini aromatici, vt materia diffletur. Quo ad inanitionem & repletionem habeat alui beneficium ad prohibendum euaporationes. Quod si natura defecerit, arte erit succurrẽdum, clysteribus communibus, semper commiscendo aliquid hyeræ picræ, vel aliquã ex hyeris magnis, qualis est illa Logodii, & Hermetis. Quo ad secundum instrumentum, chirurgia in hoc ægro sane erit necessaria, tũ quod materia fluat etiam per venas, tum etiam propter imminens periculum rupturæ venæ ipsius pectoris. Tempus autem mittendi sanguinem, tametsi in principio semper phlebotomia fiat, in hoc tamen casu, in quo materiæ crassæ frigidæ per venas defluunt, opus erit huiusmodi materiam crudam cum sanguine in venis commixtam, concoquere prius & attenuare, ne incidamus in frigidorum incrudationem: Quare biduo saltim, aut triduo concoquendum erit & euacuandum, postea vena erit secanda: quæ autem vena sit secanda sumetur ex Galeni præceptis, ex consideratione ipsius materiæ, vtrum fluxura sit, an sit fluxa, an vero partim fluxerit partim fluat. Quoniam fluxura auersionem tantũ requiret, eligendo venam maxime remotã: fluxa vero auersionem non postulat, sed euacuationem, & deriuationem. fluxa autem & fluens tribus indiget, euacuatione, deriuatione, & auersione. vnde erit eligẽda vena, quæ hæc tria simul efficere possit: huiusmodi autem erit ce-

Inanitio & repletio.

Missionis sanguinis tempus.

B

Materia crassa phlebotomiæ prius præparanda est.

Quæ vena sit secanda.

phalica. Vtrum autem ſemel, vel bis, vel ter
hoc ſit faciendum, indicabitur vt ait Gal. lib.
de phlebotomia, a ratione magnitudinis, ęgri-
tudinis, & conditione corporis affecti. Quo
ad tertium inſtrumentum, pharmaciam ſcili-

Purgatio totius præmittenda eſt purgationi capitis.

cet euacuantem, cum prius totum ſit euacuã-
dum, quam caput, materia autem in toto exſi-
ſtẽs ſit frigida, craſſa, viſcida, & quatenus craſſa
indiget præparatione per inciſionem: quate-
nus viſcida abſterſione: quatenus frigida &
cruda concoctione: ſequitur quod oxymel o-
ptimum erit, ſyrupus acetoſus ex ſaccharo &

Materia catarrhi præparatio.

aceto compoſitus, ſyrupus ex duabus, & quin-
que radicibus, oxymel Iuliani compoſitum
efficaciſſimũ, ſyrupus de betonica, de ſtœcha-

Purgantia totum corpus.

de ſimplex & compoſitus. Decocta etiam ex
betonica, ſaluia, & vbi timetur caliditas hepa-
tis, endiuia, boragine. Dein totum corpus erit
euacuandum agarico, pilulis cochiis, & com-
poſitis hyeris omnibus, & tandem iis omni-
bus, quibus diximus huiuſmodi humorẽ pur-
gari. Hæc de euacuatione corporis vniuerſi.

In euacuatione partis mandantis gargariſmata ſunt fugienda.

Sequitur particularis euacuatio membri mã-
dantis, & recipientis. Pro euacuatione igitur
mandantis, & ſi caput tribus inſtrumẽtis, eua-
cuari poſſit, vnum tamen, quod eſt gargariſma
eſt fugiendum: & hoc, quod trahat materiam
ad partes pectoris: ſed caput purgiis vtendum
cum aqua maioranæ, betonicę, ſucco ciclami-
nis, decoctione ellebori, vel elaterii, quod ef-
ficaciſſimum eſt ad trahendas a capite mate-

rias:

terias: masticatoria in hunc vsum erunt, mastix primi gradus: radix capparis secũdi gradus: pyrethrum & piper tertii, staphisagria omniũ validissima: aliquod vero istorum, vel plura simul accipiemus, & faciemus pulueres, & cum cera illos componemus, aliter per gulam diluerentur, & facerent excoriationem, quam prohibet cera; cum propter sui visciditatẽ adhæreat, & firmiter atque diu retineatur in ore. Quo vero ad membrum recipiens, pectus scilicet, euacuabitur cum iis, quæ tussim prouocant: cuiusmodi sunt syrupus de farsara, de tussilagine, de hyssopo, cum decocto seminũ citri, quod a pulmone per vias vrinæ euacuet, faciendo validam decoctionem, ex sacchoro & syrupis. Sequitur corroboratio membri mandantis & recipientis: Corroborabimus igitur caput cum sit frigidum & humidum, calfacientibus & exsiccantibus, puluisculos ponentes supra capitis cõmissuram, ex mace, caryophyllis, maiorana, cinnamomo, gingibere confectos, qui exsiccant, & odorati sunt. Poterunt etiam fieri cerata, dropaces, sinapismi, cum pyrethro, nasturtio, thapsia, quæ faciunt vesicas. Amplius lixiuiis diuersis corroborari poterit, in quibus sint decocta calfaciẽtia & exsiccantia: cuiusmodi sunt maiorana, rosmarinus, agaricus, ad calfaciendum & exsiccandum: conficiendo saponem ex caryophillis, iride, ladano, mace. Amplius balneis calidis & siccis in caput distillantibus. Nam tametsi

Masticatoria.

Puluerum correctio.

Membri recipientis vacuatio.

Tussim prouocantia.

Decoctum seminum citri.

Corroboratio capitis per pulueres dropaces.

Lixiuium.

Saponem.

Galenus dixerit, balnea calida & ſicca capiti non conuenire, intellexit de capitibus calidis. Corroboratio autem membrorum recipientium, vt ventriculi, fiet cum aſtringentibus omnibus, quæ ſint amara, cuiuſmodi eſt abſinthium, confectio diarrhodon, aromaticum roſatum, diaciminum. Pectus autem corroboratur theriaca noua, mithridato nouo, diaſpermaton, bolo armena, ſaccharo roſaceo. Vniuerſum vero corroborabitur, theriacis magis, qualis eſt illa antiqua, mithridato antiquo, diamuſco, & diambra. Sed hæc de curatione affectuum ſimul implicitorum ipſius capitis, quorum exemplo facile cuique erit curare affectus ſimul implicitos aliorum etiam membrorum.

Balnea.
Ventriculi corroboratio.
Pectoris corroboratio.
Corroboratio totius.

FINIS.

INDEX

INDEX TOTIVS OPERIS

Admonitio Typographi ad Lectorem.

VT vitaremus amice Lector errores crassissimos, qui in Indicibus cõficiendis ob tædiũ ac molestiã laboris immensi committi solent, nihil in hoc a nobis mutatum, sed intacta illæsaq; relicta sunt omnia. Quare in quærendis iis, quæ velut memorabilia & ἀξιομνημόνευτα in Indicem sunt relata, non eos qui singulis columnis sunt præfixi, sed quos ad marginẽ videris numeros annotatos inspicies, ad eosq; tanquam ad scopum collimabis. Vbi præterea & hoc obseruandum, post singulos numeros marginales sequi literam B. Hanc literam alicubi in Indice videris, alicubi non. Vbi videris, quæres in libro numerũ consonanti B præpositum. Ad id vbi quærendo peruenies, certo statues ea, quæ litera B in Indice fuerunt notata, repertum iri intra literam B & numerum sequentem immediate. Sicubi vero nullam in Indice videris adscriptam literam, numerus te docebit ea, quæ scire aues. Vale.

Ven[æ]

Medica-

Localia

quæ

quot

Durum

Putridarum

ex

R

Scam-

Sedant

Tenſio.

Auxi-

Ischuria

Contu-

vincula.

FINIS.